


99. a 86


23. a



El Josef de Lévia compró este libro  
Colgº de la Compº de Ths de Gran  
R-13373



El Dr. Josef de Lévia compró este libro.  
Del Colegio de la Compañía de Jesús de Granada  
R-13373



99. a 8-

23.-

33.

A

33.

*Del Colegio de la Compañía de Granada*


AD ILLVSTRI S.  
SIMVM CARDINA-  
LEM TOLETANVM.

*ANNOTATIONES IN EVANGE-*  
lia totius anni de tempore & Sæctis ex omni in vnuerum quæ  
hucusque extat doctrina Admodum R. P. Magistri F. Lu-  
douici Granatenfis Ordinis Prædicatorum, Fratre  
Barnaba à Xea et usq[ue] instituti Collectore.

Apophtegmata etiam, insigniora, dicta & facta Gentilium quæ  
cuique Euangeli magis apta videbantur, in gratiam  
curiosi lectoris adiecta sunt.

Modum inueniendi ea quæ adnotantur, vide in fine  
Præfationis ad Lectorem.

*No tiene d expugnar*



SALMANTICÆ,  
Apud S. Stephanum Ordinis Prædicatorum.  
M. D. LXXXV.

## EL REY.



OR quanto por parte de vos fray Bernabe de Xea de la orden de Señor Sancto Domingo nos fue fecha relacion diciendo, que cō licencia de vuestro Perlado auiaades compuesto vnas Annotaciones a los Euangelios del año, collegidas de toda doctrina de los Sanctos, muy prouecho sa para predicar, y nos pedistes y supplicastes os mandassemos conceder licencia para lo poder imprimir, y priuilegio por diez años, o como la nuestra merced fuese: lo qual visto por los del nuestro consejo, y como por su mandado se hizo en el dicho libro las diligencias que la pragmática por nosvltimamente fecha sobre la impresión de los dichos libros dispone, fue acordado qse deuiamos de mandar dar esta nuestra cedula en la dicha razon, e yo tuue lo por bien, por la qual vos damos licencia y facultad, para que por tiempo de diez años primeros siguientes, que corren y se cuentan desde el dia dela data desta nuestra cedula en adelante podays imprimir y vender el dicho libro que de suo se haze mencio, por el original que en el nuestro consejo se vio, que van rubricadas las hojas, y firmado al cabo de Christoual de Leon nuestro escriuano de camara, de los que residen en el nuestro consejo, y con que antes que se venda lo traygays ante los del nuestro consejo, jun-

jo,juntamente con el dicho original, para que se  
vea si la dicha impression está conforme a el, o  
traygays se en publica forma, en como por corre  
ctor nombrado por nuestro mandado se vio y  
corrigio la dicha impression por el dicho origi  
nal,y quedó así mismo impressas las erratas por  
el apuntadas para cada vn libro de los que así  
fueren impressos,y se os tasce el precio que por ca  
da volumen aueys de lleuar,y mandamos que du  
rante el dicho tiempo persona alguna sin vuestra  
licencia le pueda imprimir, so pena que el que lo  
imprimiere o vendiere, aya perdido y pierda to  
dos y qualesquier libros, moldes, y aparejos que  
del tuiiere o vendiere en estos nuestros reynos,  
y mas incurra en pena de cincuenta mil maraue  
dis que lo contrario hiziere, la qual dicha pena  
sea la tercia parte para la nuestra camara, y la otra  
tercia parte para el denunciador, y la otra tertia  
parte para el juez que lo sentenciere, y mádamos  
a los del nuestro consejo Presidente y Oydores  
de las nuestras audiencias, alcaldes, alguaziles de  
la nuestra casa y corte y chancillerias, y a todos  
los Corregidores, Asistente, Gouernadores, Al  
caldes mayores y ordinarios, y otros jueces y ju  
sticias qualesquier de todas las ciudades, villas y  
lugares de los nuestros reynos y señorios, así a  
los que agora son, como a los que seran de aqui  
adelante, que guarden esta nuestra cedula y mer  
ced que así vos hazemos, y contra el tenor y for

ma

ma della, ni de lo en ella contenido no vayan ni  
passen ni consentan yr ni passar en manera algu  
na, sopena de la nuestra merced, y de diez mil ma  
rauedis para la nuestra camara. Fecha en Mon  
con a veinte y nueve dias del mes de Nouiembre  
de mil y quinientos y ochenta y cinco años.

Y O E L R E Y.

*Por mandado de su Magestad.*

*Antonio de Eraffo.*

\* 3

Censura admodum Reuerendi patris fratri Ioannis Romero, ordinis Sancti Francisci de Padua, & in Conuentu eiusdem ordinis præfecti, apud Matriitum cui ex Regij Senatus præscripto hoc opus examinandum demandatum est.



VSS V supremi regij Senatus legi qua potui diligentia Annotationes admodum Reuerendi patris fratri Bernabe à Xea ordinis Prædicatorū in omnia opera admodum R. Patris F. Ludouici Granatēsis eiusdem ordinis, tam in ea opera quæ vernaculo quātum quæ latino scripsit sermone, & eiusdem ex eodem Annotationes ex gentilium Apophteginatibus in totius anni Euangelia, censio librum vtilissimum futurum omnibus diuini verbi prædicatoribus, ex quo toti Christiano populo maxima proueniet vtilitas, tantum abest, vt quid contineat disonum contrarium vñ fidei catholicæ dogmatibus, quinimo catholici viri arguit maximam diligentiam, & de Christi Ecclesia bene meritum pectus, in quorum fidem præsentes subscripti, apud Matriitum, decimadie Septembris, anni 1585.

*Frater Ioannes  
Romero, Corrector.*

I L L V S T R I S S I M O  
D. Domino Gaspari à Quiroga Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali, Archiepiscopo Toletano, Regni Castellæ summo Cancellario, generali; Inquisitori, Frater Barnabas à Xea ordinis Prædicatorum in Christo in æternum viuere exoptat.



O N V M & amor Dei  
Spiritus sanctus Ecclesiam sponsam suā quasi nouo illius amore inflammatuſ (Cardinalis amplissime) hoc suauissimo  
nectare, Cantic. 4. allo-  
quitur, Sicut turris David collum tuum, quæ  
adificata est cum propugnaculis, mille clypei  
pendent ex ea omnis armatura fortium. Dul-  
cissimum quoties colloquiuī mente reueluo, to-  
ties te collum Ecclesię turri David simillimum  
tot adificatum propugnaculis, tot fidei armis  
septum, tot sancta Ecclesia tellis aduersus ha-  
reticoruī insania munitū contemplor. Mille ex  
te pendent clypei infinita prope virrutū scuta,  
\* 4 quibus,

quibus ecclesiam cuius collum es , ab errorum atque peruersorum dogmatum tempestate sapienter liberas. Nolo præsul amplissime prudentiam tuam,nolo pietatis celitudinem, nolo pelagus istud sapientia in memoriam reuocare,hæc enim omnia te ipso nascente dixino Dei consilio tecum exorta sunt,Vigebuntque memoria seculorum sempiterna , nolo Toletane ciuitatis pater ad alia collisuta , ad alia desursum dona quibus singulari quodam fato fruoris oculos conuertere , sed militantis ecclesiæ colli aliqua percurrere cuius eximias laudes nō dicam ego explicare dicendo , verum nec complecti potero cogitando. Iure optimo ( Hispaniarum decus & ornamentum ) natura sancitum est ut in propinquiori capitum parte collum logetur quo ipsi prius bona omnia vita influentes communicentur, ut inde ab ipso ad cæteras corporis partes affluenter dimanent. O altitudo diuinarum sapientia & scientia Dei cuius clementia incomprehensibili in hac corporis parte Christo capiti coniunctioris constitutus, quo tu ipse primo vias quo videas arcana Dei,quo primo intelligas, quid credendū, quid extinpandū ut recte vivendi stylo fideles omnes

nes informes. Testis est ista maxima de fide inquisitio, testis est ista in expurgandis librorum erroribus diligentia , testis est ista in vitib[us] quæ in aliquorum libris siluescunt doctrinæ tue ferro coercendis cura , testis est industria qua Concilio Toletano præfuisti , in quo sanè tam vigilans studium tam solicitam curam adhibuisti , ut feruentissimum Christianæ pietatis propaganda zelum & patientia signatæ sanctitatis ostenderis , quod profecto maximum Dei Ecclesie suæ donum & amor est. Inter multa enim beneficia quæ Deus olim Hierosolymitanæ vrbi contulerat , illud inter præcipua ab Esaiā Propheta memoratur. Super muros tuos, inquit, Ierusalem constitui custodes tota die & tota nocte in perpetuum non tacebunt ut sic ab inimicorum cursibus ciuitatem undequaque defenderent. Felix igitur Hispania te custodem diuinitus concessum atque patronum sortita, quo certè iam in pace & tranquillitate vitam degat , inimicorum sacrae fidei atque impiorum hominum cupiditatum furore & ardore restincto , omnia enim ista à capite Christo descendunt. Cui ergo potius Romanæ curiae princeps vigilie metu in quibus ad

animarum salutem quo potui labore desudari  
debeantur quam tibi? cui potius lucubrations  
nostræ in quibus fidei extollitur prædicatio di-  
cabuntur quam tanto fidei propugnatori? cui  
potius offerrem quam tibi hunc qualem cun-  
que ingeniali nostri foetum quem ad eorum om-  
nium que diuino afflatus spiritu Frater Lu-  
douicus Granatensis in lucem edidit intelli-  
gentiam maximè conducere procul dubio exi-  
stimo, præcipue cum eiusdem sapientissimi Pa-  
tris liber qui Cathecismus inscribitur tibi obla-  
tus extiterit? cui tandem potius laborem no-  
strum consecarem quam tibi, de quo parentes  
mei (quod silentio præterire ingratitudinis mi-  
hi vitio daretur) adeò sunt benemeriti, tuo nan-  
que obsequio se se semper additos profitentur  
& gloriantur. Accipe igitur Serenissime Prin-  
ceps munus culum rude illud (& impolitum) li-  
benter fateor) magno tamen offertenis obla-  
tum animo. Fiet credo ut quemadmodum lapi-  
des cum vñsi nulli sunt pedibus calcantur ac  
despiciuntur, ijdem vero templorum vñsi dica-  
ti, in honore habentur & ad certam quandam  
dignitatem euhuntur, ita cum hunc ego la-  
pidem in Ecclesiæ collo coſtituerim, cum hunc  
lapidem

Lapidem quem ad lapidea hominum corda con-  
fringenda edidi tanto antistiti Ecclesiæ patro-  
no dicauerim, fiet profecto ut apud omnes in  
pretio fit & honore, & mihi quodd tibi obtule-  
rim gratias agere non defissent. Vale Car-  
dinalis amplissime, & totius Hi-  
spanie patronæ singu-  
laris.

# AD CHRISTIANVM

## Lectorum Præfatio.



VPERFLVVM mihi videtur (Christiane lector) in retam parua longavi præfatione. Breuiiter ergo mei consilij rationem tibi aperiam. Delestantus doctrina doctissimi & religiosissimi patris

F: Ludouici Granatensis ordinis Prædicatorum, quam sæpenumero legebam (quem enim talis tantique viri doctrina non delectat? cui non placet? quem non excitat ad cælestia? quem ad charitatem non accendit? quem ad meliorem mentem, & peccatorum detestationem non reducit? Mirum profecto mortuam literam mortuos vivificare. Quidam Ciceronem Christianum cum vocant, vt olim Laetantium Firmianum. Alij Hispanicae linguae palmam indicendo tulisse affirmant. Nullus eloquentius eo, aut efficacius locutus est. Nullus absque vanis superfluisque verbis, ita castè. Sed quod magis miror, Deumque misericordem in homine laudo, vim spiritus diuinis suis ipse verbis sic apposuit, vt lectores in admirationem adducens, Deum loquentem in verbis ipsis exaudiant. Sed taceam, viuit enim ipse, licet

inter

Inter Sirenarum cantus nouerim eum surda aure transire, viuat cui viuere Christus est. Sed (heu) si obierit magnum ei à Dei misericordia sperandum lucrum. Viuat cuius vita seculi nostri vita est: viuat per quem à Deo tot mortui vitam accipere. Sed quo diuerti, oblitus quo tendebam? Ignosce lector, tanti enim viri admiratione excessi præfationis limites, & dum vera omnibusq; nota dico assentator alicui videbor. Sed nunquam carne vidi hominem, mente nunquam oculos ab eo diuerti, Nihil temporale ab eo expecto, tantu opto, suarum feruentissimarum orationum imeritus particeps fieri. Delestantus (inquam) tali tantique viri doctrina, cogitau qualiter ea commodiū vti possem, ad prædicationem exhortationemque fidelium, cui ministerio, maiorum me addixit obedientia. Perlegi quām sæpius, tabellā mibi composui, vt facilius mihi occurreret in quauis occasione eius doctrina. Viderunt aliqui, laborem impensum laudauerunt, & petierunt obnixē, vt labor hic noster (qualisunque sit) in omnium cederet utilitatem. Sed non ignarus tenuitatis ingeniali mei, homo incognitus, & in re graui, tantique viri doctrina, meam apponere diligentiam, multorum me censuræ exponere detestabam. Vicerunt me proximorum amore, publicaque utilitate. Contuli opus cum viris mei instituti grauissimis & è primoribus probauere. Accipe benigne Christiane lector laborem nostrum,

ftrum, eo vtere, vt huius viri doctrina tuam ornes  
Concionem, eius ebibas imiterisque spirirum, de  
uotionemque. Neque me latet, ante me alium  
hanc prouinciam accepisse, ante me accepit, si an  
te decem annos accepit. Sed præter hoc quod tab  
ella illa lectorum tantum remittit ad opera ea  
quæ autor vernacula scripsit lingua, neque ad li  
brum deseruit Introductionis symboli, lectoris  
curiosi erit, omnia probare, quod libri commo  
dius viderit eligere. Annotationes iste (sic enim  
libuit appellare) ad omnia te remittunt opera,  
quæ hucusque extant nostri autoris. Sed & ad  
Conciones, cum ipse sint suis proprijs diebus de  
putate: nam ea est huius viri doctrina, vt si saepe  
repetatur, nūquam fastidium causabit, & ad alia  
oportuna loca deseruire potest. Allegationes  
quæ ad Conciones remittunt, per se satis apertè  
sunt, sed & ille quæ ad Rethoricæ librum deser  
uiunt, cum libros & capita citent, G. litera, librū  
designat cui nomen est *Guia de Peccadores*.  
*O. la Oracion. M. el Memorial dela vida Chri  
stiana. Ad. Addiciones al Memorial.* In libris  
quæ ad devotionem pertinent, vt in O. in M. in  
G. & in Add. neque folia neq; paginas citamus,  
eo quod cum variae sint impressiones, variae & fo  
liorum & paginarum computationes. Sed sic ci  
tamus, Considerationes, Meditationes, Regulas,  
quod facillimo negotio illa quæ desiderat lector  
inueniat. Ex Collectanea ciudē Apophtegmatæ

Sele-

Selectiora quæ nobis visa sunt, & cuilibet Euan  
gelio magis accommoda adieciimus, vt in autore  
inuenimus, eo quod liber ille semel impressus nō  
facile in librariorum officinis inueniatur, in quo  
illud aduertendum quod quæ epistolas & libros  
citant ex Senecæ operibus sunt desumpta, cæte  
ra apophtegmata in fine ad eum remittunt auto  
rem ex quo originaliter sunt desumpta. Accipe  
ergo humane & Christiane lector, hanc qualem  
cunque nostram diligentiam, Autorem nostrum  
lege, perlege, meditare, in illo versare, si cupis tibi  
ipsi & animabus proximorum utilis esse, & me  
indignum Christi seruum apud omnipo  
tentem omniumque Dominum  
tuis adiuua precibus.  
Vale.

## ERRATA.

**F**olio.7.pag.1.lin.penul.Anaxagora.l.Anaxagoræ.fol.9.pag.2.lin.vlt.penum.1.ple-nu.n.fol.15.pag.1.lin.4.puls.l.plus.fol.16.pag.1.lin.vlt.haut.l.haud.fol.28.pag.1.linea.7.quidem.l.quidam.fol.40.pag.2.lin.7.diurnos.1.diurnus.fol.37.pag.1.lin.4.preminus.l.præmi-mur.fol.45.pag.2.lin.vlt.Quadragefima.l.Quad-ragefimæ.fol.31.pag.2.lin.1.Dominica c.l.Do-minica.1.fol.52.pag.1.lin.19.bela.l.bella,folio 53.pag.2.lin.penul.peccatores.l.peccatoribus.fol.53.pag.1.lin.penul.oral.hora.fol.58.pag.2.lin.21.moriturorum.l.moriturus.fol.77.pag.2.lin.4.inganij.lingenij.fol.75.pag.1.lin.penult.abl.ob.fol.93.pag.2.lin.11.eremus.l.eremus.fol.101.pag.1.li.1.præteris.l.prateritis.fol.104.pag.2.lin.vlt.parentem.l.parente.fol.114.pag.1.lin.8.inducebat.l.induatur.fol.117.pag.2.li.16.egressioni.l.egressionis.fol.158.pag.1.lin.pen-prauæ.l.praue.fol.ibidem pag.2.lin.6.euenerent.l.euenerunt.folio.201.pag.2.lin.4.Quis.l.Qui-folio.243.pag.2.lin.12.feruntque.l.feriunt quæ.fol.244.pag.1.lin.4.Dominica.28.l.18.

## DOMINICI ET FERIALES DIES

Sanctorumque festa quæ  
in hoc volumine conti-nentur.



Dominica II. in Aduentu Domini,  
& prima iuxta morem Romanū.  
Euangelium.Erunt signa,&c.Lu-cx.21.

Folio.1.

Dominica.2.in Aduentu Domini iuxta vsum  
Romanum.

3

Dominica.3.in Aduentu Domini iuxta vsum  
Romanum.

8

Dominica.4.in Aduentu Domini iuxta vsum  
Romanum.

15

De vigilia Natalis Domini pro kalendæ exposi-tione.

17

De Natiuitate Domini. Ibidem.

De Euangilio, In principio erat verbum. 18

De Euāglio,Exiit editū à Cesare Augusto. 19

De Circuncisione Domini. 22

De eodem festo. 23

De Epiphania Domini. 24

Dominica infra octauas Epiphaniæ. 25

De octaua Epiphaniæ. 26

Dominica.1.post octauas Epiphaniæ. 26

Domi-

Dominica. 17. post Pentecosten.	222
Dominica. 18. post Pentecosten.	223
Dominica. 19. post Pentecosten.	224
Dominica. 20. post Pentecosten.	225
Dominica. 21. post Pentecosten.	227
Dominica. 22. post Pentecosten.	ibidem.
Dominica. 23. post Pentecosten.	228
Dominica ultima post Pentecosten.	229

**¶ Tabula de Sanctorum Festis.**

In festo Beatæ virginis Mariæ.	229
In festo S. Andräæ.	231
In festo S. Stephani.	232
In festo S. Ioannis.	233
In conuersione S. Pauli.	ibidem.
In festo SS. Apostolorū Philippi & Iacobi.	234
In festo S. Crucis pro Inuentione & Exalt.	235
- In festo SS. Apostolorum Petri & Pauli.	236
In festo S. Mariæ Magdalenaæ.	ibidem.
In festo S. Matthæi.	237
In festo Angelorum.	237
In festis S. Dominici, & S. Francisci.	ibidem.
In festo omnium Sanctorum.	229
In festis Sanctorum in communi.	240
In communi Sanctorū Apostolorum.	ibidem.
In communi Sanctorum Martyrum.	244
In communi SS. Doctorū & Confessorum.	256
In communi Sanctorum Virginum.	275
In funeribus defunctorum.	276

F I N I S.

I

# DOMINICA PRIMA IN ADVENTU

Domini Euangeliū iuxta  
Ordinis Prædicato-  
rum vsum.

*Cum appropinquaret Iesu Ierosolymam, ¶  
venisset Bethphage ad montem Oliveti.  
Matth. 21.*

**V**I D E quæ adnotamus Dominica in Ra-  
mis.

**D O M I N I C A I I .**  
in Aduentu Domini & prima  
iuxta morem Romanum Euangeliū.

*¶ Erunt signa in Sole ¶ Luna ¶ Stellis.  
Luce 21.*



Istoriām omnem iudicij habes in  
Orac. meditatione. 2. pro feria. 5.  
De iudicio etiam finali, vide in  
G. lib. 1. capite. 8.

Huic Euangeliō quadrat con-  
cio. 1. Dominica. 24. post Pentecosten. tom. 4.

A Iudi-

*Annotationes in Euangelia.*

Judicium futurum, & in eo ratione strictè exigendam explicatur Dominica. 8. post Pentecosten concione. 2. in tractatione thematis to. 4.

De quibus sit in die iudicij ratio exigenda, ibi dem Dominica. 2. 1. concione. 1. §. 1. & 2.

Qualiter diem iudicij meditari, & ad illum nos præparare debeamus. tomo. 2. de Sanctis, Concione. 2. in Festo S. Bartholomæi, ibi. Sed vt ad nos ipsos.

\* Iudicij nos admonet Dominus, vt minus nos præuisa feriant iacula, & vt ad illum nos iuxta sapientis monitum nostras præparemus animas. Feria. 4. post secundam Dominicam Quadragesimæ Concione. 1. in principio.

Proponit nobis Ecclesia iudicij diem, vt Dei cõcepto salubriter timore ad illum nos præparare solicite curemus, de Dei timore, in G. lib. 1. c. 27. p̄t totū, ybi vt salubris hic timor in nostris concipiatur cordibus, diuinæ iustitiae opera recensentur. Et Dñica. 9. post Pentecosten Conc. 2. in tractatione thematis, to. 4. Timoris Dei vtilitates re censemur. to. 1. de Sanctis, Cōcione. 1. in Purificatione B. Mariæ. §. 2. & Concione. 2. §. 1. & Concione. 4. statim post exordium. Qualiter sancti Deutimuerint, fer. 4. post 2. Dominica Quadragesimæ Concione. 2. in principio, tomo. 2.

Crux Christi & eius stigmata, mali erunt terrori, bonis consolationi, apparebit tunc signum filij

*Dominica I. Aduent.*

2

filij hominis, vide Dñica in Albis Concione. 3. ibi. hæc eadē. Grauiter & deuotè insurgit noster autor in eos qui his diuinis admonitionibus non commouentur, in M. tractatu. 1. cap. 5.

Quid sint in mundo Sol Luna, superioraque astra, & quod superioribus cessantibus causis nihil in mundo permaneat; vt inde colligere valeamus quanta tunc erit mudi, hominumq; calamitas; in introductione fidei lib. 1. cap. 4. 5. & 6. & cap. 3. 8. §. 4.

De poenis inferni quæ post cuiuslibet in morte peculiare iudicium, & post omnium universale impios manent, vide ex professo in G. lib. 1. cap. 10. & in O. meditatione 2. pro feria. 6. Vide etiā quæ adnotamus in cōmuni Virginum in illud; Mittent eos in caminum ignis.

In eadem Dominica prima in Aduent. & quæ sequuntur duximus adnotanda ex libro Collectaneorum eiusdem, De Dei prouidentia & iustitia vt Deus malorum & bonorum retributor videatur, & timeatur.

**L**ibanis sophista, summus Iuliani apostatae fautor, cum interrogasset Antiochiae ludi magistrum quandam, virum bonum atque piuum, Quid nunc fabri filius (Christum per contumeliam intelligens) ageret? respondit. Non A 2. otiatur,

*Annotationes in Euangelia.*

otiatum, o sophista, quem fabri filium appellas: parat enim Julianus loculum. Intellexit autem vir optimus, Julianus ob insignem impietatem & crudelitatem, non diu superstitem fore, & diuinam virtutem praeforibus esse: paucos enim post dies Julianus est interfactus. Tripar. histor. lib. 6. ca. 44.

Philosophus quidam interrogatus, respondit. Quod est in triremi gubernator, in curru rector, praecantator in choris, dux in urbe, imperator in exercitu, hoc est in mundo Deus. Apuleius de Mundo.

Thales Milesius, qui sapientissimus inter se ptem fuit, dicebat, Homines existimare oportere, Deos omnia cernere, Deorumque omnia esse plena, & ita fore omnes castiores, si Deo teste & spectatore se omnia agere crederent. Omnem virtutis philosophiam hoc uno verbo vir sapiens complexus est. Cic. lib. 3. de legi.

Idem rogatus, num lateret Deos homo iniuste ageret, respondebat, Ne cogitas quidem. Significas Deo nihil omnino esse occultum. At vulgus putat, quae corde volvunt, latere Deum. Laert. lib. 1.

Athenodorus Philosophus dicere prudenter solebat: Ita cum hominibus homines vivere debere, ac si Deus retributor bonorum, malorumque; vult, omni loco ac tempore actiones nostras insuetur, conspiceturque humanis nostris oculis. Fulgo. lib. 7. cap. 2.

Philo

*Dominica II. Aduent.*

3

Philo cum alijs Iudeis apud C. Caligulam accusatus ab Appione, quod Cesari divinos hones non tribueret, eieclitus ex aula, socijs Iudeis respondit, Bono animo nos esse oportet, quibus iratus est Caius: quia necesse est adesse diuinum, ubi humanum cessat auxilium. Euseb. lib. 2. Eccl. hist. cap. 5.

**D O M I N I C A   I I .**  
in aduentu Domini iuxta  
vsum Romanum Euangelium.

**C**um audisset Ioannes in vinculis opera Christi. Luce 11.

**D**E admirabili iustorum spiritus libertate, etiam si corpore captivi teneantur, & contra de captiuitate spirituali malorum etiam si corpore sint liberi, in G. lib. 1. cap. 19. & conacione. 1. supra Dominica I. iuxta vsum ordinis Prædicatorum. §. 1. eleganter.

In carcere erat Ioannes, & catenarum suarum quibus vinciebatur oblitus de domini gloria erat anxius, dulces illi erant catena: cum esset de Dei sui protectione certus. Vide Dominica post Ascensionem, Concion. 1. ibidem, quod ergo tantis malis.

A 3      De ad-

*Annotationes in Euangelia.*

**D**e aduersitatibus pro Christo patienter tolerandis, præter ea quæ adnotamus in communione Martyrum, vide in G.lib.2.cap.2.2.

Quam dulce sit bonis pro Christo pati, in introductione fidei parte.3. cap.18.

(Pauperes Euangelizantur.) Pauperes Evangelicæ prædicationis officium acceperunt, & pauperibus præcipue bonum hoc nuntium misserunt, & demandatum est. Vide elegates huius rei rationes, Conccione prima in Nativitate Domini, ibi, sed quoniam Dominica nativitatis.

(Beatus qui non fuerit scandalizatus in me.) Christi gloria in humilitate carnis ostenditur ut scandalizandi in eo ansa subtrahatur, in introductione fidei parte.4. dialogo. 4. & 5.

Christus ex prophetijs ostenditur, quas hodie Dominus significat adiimpletas, ibid. parte.3. tractatu.2.cap.1.

Quid existis in desertum videre, quid conferat vtilitas solitudo, vide Dominica Prima in Quadragesima Conccione.4. parte.2. §.1.

Ioannis Baptiste laudes, vide in Concionibus in festo eiusdem. tomo.1. de Sanctis.

Laudatur Ioannes quod à delicijs in dominibus Regijs affuetis abstinuerit. De vera laude & contra corporis delicias. Vide quæ in fine Dominicæ sequentis errore sunt apposita.

*In eadem*

*Dominica II. Advent.*

4

**I**n eadem Dominica secunda

Aduentus, & quæ sequuntur, duximus adnotanda ex libro Collectaneorum eiusdem de Vera & Falsa libertate, veram enim spiritus libertatem Ioannes habebat corpore, licet captiuus.

**D**iogenes interrogatus, quid esset in vita optimum. Libertas, inquit, at vere liber non est, qui seruit vitijs: nec liber esse potest, qui multis eget: plurimis autem eget avarus, ambitionis, ac delitijs deditus. Laert. lib.6.

Ageilaus cum audiret, quædam admirari, cur rex cum ceteris Lacedæmonijs tam frugalibus & vestitus vteretur: Optimam messem metimus, inquit, libertatem, quæ sine frugalitate esse nequaquam potest. Plut. in Apoph. Leon.

Diogenes cū Xeniadæ seruiret, amici agebant de redimendo. At ille, Nequaquam, inquit, an nescitis, leones non ijs seruire, à quibus aluntur, sed altores potius seruire leonibus? Nam leo ubique cunque est, semper leo est. Laer. lib.7.

Diogenes dicebat, inter seruos ac dominos malos, præter vocabula, nihil aliud interesse, nisi quod mancipia seruirent dominis, domini cupiditatibus. Significans vtrosque esse seruos: miseriorem tamen seruire seruitatem dominos, si sint improbi. Nam qui ducitur affectuum arbitrio,

A 4 & inul-

*Annotationes in Euangelia.*

& multos habet dominos, & turpes & inclem-  
tes. Laert. lib. 6.

**S**ed ut Ioannis constantia explicetur & que  
sequuntur duximus adnotanda ex eodem,  
& de eius fortitudine.

**V**id Diogenes? nunquid dicendi liberta-  
tem non habuit, qui castra Philippi in-  
gressus, quo tempore hostis Græciam  
invadet, cum quasi speculator ad eum ducere-  
tur? nempe, dixit, tuæ auaritiae & dementiae spe-  
culator veni, qui breui temporis spatio de prin-  
cipatu simul & vita veluti ad aleam periclitatu-  
rus accedas. Lib. de exilio.

Verūmenim vero vt animi constantiam in re-  
bus aduersis retineamus, operæ pretium est, non  
transmittere illam conniuētibus, vt aiunt, oculis,  
qua præclare aliquando nobis, atque ex  
animi sententia cesserint, concinnaque mixtu-  
ra, cum deterimo quoque euentu secundiores  
compensare. Nunc vero, cum oculos præniten-  
tium rerum aspectu perstrictos, ad floridos her-  
baceosque colores auertere recreādi causa solea-  
mus; contrā meateim nostram ad moestifica in-  
tendimus, vimque ei afferentes, cogimus ad poe-  
nitendarum maxime rerum recordationem in-  
cumbere, tamque à prædicabilibus inuitam  
propè dixerim, renitentemque conuellimus.

Atqui

*Dominica II. Aduent.*

5

Atquisubit nunc mihi, appositissimè hoc trans-  
ferri posse id quod in hominem olim curiosum  
dictum est, aliena ad se nihil pertinentia perscrutantem. Quid, malum, homo malevolentissimè,  
aliena vitia miluinis oculis cernis, tua vero trans-  
mittis noctuinis & conniuētibus? Quid mala tua,  
vir beate, tam accurate perspicis, præsentariaque  
semper & recentia iugi recordatione facis: à præ-  
sentibus autem bonis auersam mentem habes: Et  
quemadmodum cucurbitula medicinales deter-  
rimum sanguinem ex carne eliciunt, sic te pessima  
quaque tuorum in te congeris ipsum. Libro  
de Tranq. ani.

Lacæna quædam cùm filium audisset, in acie  
cecidisse ait,

*Plorentur timidi, mi infletus humabere nate,  
Et matre hac vere dignus es, & patria.  
Plut.in Lac.Apoph.*

Altera quædam filium qui deserto loco fuge-  
rat, hostis crudelitatem inetuens, interemit dices,  
Haud meum est hoc germen, quod adeò à vita  
abhorres semel amittenda. Plut.vbi supra.

Quædam sepeliebat filium: ad eam cùm vilis  
anicula quædam accessisset dicens, H̄eu fortu-  
nam: illa subiecit, Per Geminos, inquit, bonam  
quidem arbitror: siquidem cuius gratia filium pe-  
peri, videlicet vt pro Sparta moreretur, id mihi

A 5 contin-

*Annotationes in Euangelia.*

contingit. Fortissima mulier aniculæ deploratio-  
nem vertit in gratulationem. Plat. in Laco.

Paulina vxor Senecæ cum mariti mortem iam  
imminentem grauter ferret, Seneca ad illam, Ca-  
ue(ait) hanc meam mortem amplius ut contumie  
liosam defleas: ne vel te nimis amasse, vel gloriæ  
meæ inuidisse videaris. Ex vita Senecæ per incer-  
tum autorem.

Antisthenes dicebat, virtutem sibi sufficere  
ad felicitatem, nec vllare opus habere nisi ro-  
bore Socratico: Socrates autem ad omnium re-  
rum patientiam obduruerat. Imbecillitas verò  
corporis impedit frequenter vsum virtutis. Laert.  
lib.6.cap.1.

Ageſilaus cùm arderet podagræ doloribus,  
eumque Carneades inuisiſſet, atque exiret tristis:  
Mane, inquit, Carneade, nihil enim illinc huc  
peruenit, oſtenſo peſtore. Sentiens pedes qui-  
dem dolere, ſed animum dolore vacuum eſſe.  
Plut. in Lacon.

Sylla cùm post occupatam Rempub. Sena-  
tum coegiſſet, ſententia que rogaret, vt Marius  
hostis Reipub. iudicaretur, nullis audentibus ob-  
uiam ire, ſolus Scæuola ſententiam dicere voluit:  
quoniam etiam truculentius minitanti Sylla: Licet,  
inquit, mihi agmina militum (quibus curiam cir-  
cunſedisti) offentes, nunquam efficies, vt propter  
exilem ſenilemque ſanguinem meum, Marium  
(à quo

*Dominica II. Aduent.*

6

(à quo vrbs & Italia conſeruata eſt) hostem iudi-  
ceni. Brus. lib. 2. cap. 1.

His exemplis adductis maior apparet Ioannis  
fortitudo, qui carceris & imminentis mortis obli-  
tus, de diſcipulorum ſalute & Domini gloria  
erat anxius.

*Eadem Dominica secunda in*

*Aduentu Domini, & quæ ſequuntur, duxi-  
mus adnotanda ex eodem vbi ſupra, vt exem-  
plio Ioannis in carcere coſtituti diſcamus qua-  
liter nos gerere debeamus dum aduersa impe-  
timur fortuna.*

*Q*uemadmodum muſcæ in terribiliſimiſ ſpecu-  
liſ reptantes, delabuntur, asperis verò hæ-  
rent locis facillimè: ſic ſtulti homines ex  
iucundiffimiſ placidiffimiſ quererebus decidentes,  
triftiſſimarum rerum recordationem tenaciter  
apprehendunt. Imò vero quemadmodum apud  
Olynthios locum quendam eſſe aiunt (quod ex  
reſumpto nomine, Cantharoletron dicitur) in  
quem congeſti ſcarabæi foras erepere nequeunt,  
ſed diu multumq; intus volutati, orbesq; nequic-  
quā duceates, intereunt ad extreμū: ſic homines  
in malorū memoriā reuoluti, enī posthac non  
poſſunt, nec respirare. Proinde vt piſtores fuſcos  
in tabulis colores, omninoq; ſubducēdos oculis,  
præni-

p̄nentibus alijs & visendis coloribus inducere atque interlinere solent, sic homines in suo sibi animo, tristia quæque maximè silendaq; euenta memorādis alijs & prædicabilibus premere oportet, & tanquam obruere. Tam est enim varia multiplex reciprocabilis mūdi huius armonia quām līrē est aut arcus, neque in humanis quicquam est quod purum, sincerum, simplexque sit. Verum vt musica sonis acutis & grauibus cōstat, & grammatica literis vocalibus & mutis: ac musicus grāmaticusq; est non qui horum alterutris illorumque offenditur, sed qui vtrisq; vti misericri quæ accommodatisimè nouit aut aliter sapienter, is demum instituisse vitam videtur, qui diuerfissimos rerum euentus, mutuoq; sibi obuersarios misce re scitè didicit, secundos cum aduersis compensando. Nam vt seorsum bona & mala ponantur, humanæ vitæ commoditas non admittit; sed tem per amētum quoddam ex vtriusq; conflarem cōuenit, si recte de ijs statuere volumus. Non est igitur consentaneum alteris eorum ingemiscere, & tanquam oneri iniquo succumbere, animo coincidentes. Sed deterimi cuiusque euentus vim atque impressionem meliorum rerum recordatione retundere, omninoq; commodis incommoda, veluti inuolucro quodam velantes, totius vite tenorem, ex prosperis aduersisque rebus concretum quoddam efficere, harmonica ratione tēperatum.

ratum. Nec vero, vt Menander putauit homini statim nato præstò genius est aliquis auspicandæ benevitæ initiator, recteque degendæ magister. Sed vt Empedocles potius boni nos genij, hoc est bifariæ sortes (quibus ille multa nomina varia que indidit in lucem protinus editos, accipiunt. Iam inde autoratos sibi datos quæ pari propediixerim mancipij iure. Harum omnium affectionū impendentia semina aiebat genitaram nostram suscipere, ideoque ductum vitæ nostræ non liberatum & æquabilem, sed salebrosum potius atque asperum esse, proinde sapienti in votis meliora esse, deteriora vero etiam in expectatione, vtrorūque autem temperamento ipsum vti sapientem neutrām in partem nimium. Quippe vehemens cuiusq; rei appetitio comitem formidinem habet illius amittendæ, quæ hebetem ipsa latitiam, atque identidem interpelabilem facit, perinde atq; flammām flatu violenter inhibitam, quæ vero ratio docuit præfidenter & intrepide ita fortunam alloqui. Si dederis præletus ero, repetiueris æqui. Hunc nimirū sese fretum præsentancis rebus, suauissime frui oportet, neque succurrente iacturæ cogitatione metu subinde velicari. Anaxagoras accepto de morte filij nuntio: Ego (inquit) cum genui interitrum sciui, & ei expectatione sustuli. Hæc Anaxagora affectio tam nobilis imitanda est, quam est admirabilis. Vnicuique certe

certe infortunio subtestari illico licet: sciebā precarias me opes , nec trabali clavo fixas, vt aiunt, posidere, omninoq; vt endas accepisse. Haud ignarus eram, qui mihi potentiam dedissent, eosdē adimere quoque posse. Noueram vxorem probā esse, sed mulierem quoque. Denique non me latet, amicum hominem esse animal natura facilē deprauabile, vt Plato dicitur. Profectò qui affectum suorum rationem hoc modo compa- rauerit, illaque sibi subsidia rationis præstruxerit, si quid ei præter votum aut retrorsum forte cesse- rit, nec tamen improuisum: quum vulgaria illa nunquam admiserit (Haud vñquam existimas- sem, In magna spe eram, Hoc nunquam futurum arbitratus sum) tum vero subtilientis micantisq; cordis in:equabilitatem abstulerit, confessimq; ex turbulento & percito, compositum cōstantq; sibi reddiderit. Carnades aduersorum casuum prosperis maximè in rebus ad:nonere solebat: quod omne improuisum cum ægritudine animi, & quodam quasi deliquio excipi natum esset. Enimvero Homerus luculento admodum exem- plu docuisse mihi videtur, quām vulnificantiora sint ea, quæ improuiso inopinatoq; feriunt. Vlif- ses peregrè reuersus, repentinæ morti canis sui illa- chrymauit: vxori suæ flenti assidens, non illa- chrymauit. Siquidem iam inde aduentans, præ- sumpta lachrymatis vxoris imagine, erupturum haud

haud dubio in repræsenti affectum ociofē man- cipauerat sibi, offirmito que prius animo, in po- testatem redegerat: canis vero nec opinato inter- ritu perturbatus est: quum spatium in re impro- uisa non haberet affectus vim inhibendi. Lib. de Tranquil.animi.

Quod autem vnuquisque securitatis anxieta- tisq; conceptacula, quasiq; scaturigines in suo ani- mo habeat, & omnino bonorum malorumque Homericā illa dolia (non quidem, vt aiebat ille, in Iouis limine deposita, sed intus in anima sita) ho- minum sanè discrimina declarant, quos affectio- nibus animi variè moderari videmus. Etenim insipientes bona quoque præsentia transmittunt, vñq; adeo ad futurum vergunt intentissimæ sem- per eorum curæ. Prudentes contrà, acrise recordatione in rem præsentem reducentes, vel ea quæ iam non sunt, instare etiam atque adesse faciunt. De Tranquil.animi.

Sylla Quæstor in Lybia, Imperatore Mario, missus ad Bocchum, re feliciter gesta, vinclum Iugurtham adduxit. Ea re, vt erat iuuenis, & glo- riæ paulo auidus affectator, neque felicitatem modice tulit, & Iugurthę imaginem, vt fuerat tra- ditus, in annulo quem gestabat insculpsit. Eam rem crimini dans Syllæ Marius, amicitiam eius post hac aspernatus est: ad Catulum ille atque Metellum claros tum viros, alioqui infestiores Mario,

Mario se se contulit, neque multo post Marium autoritate deiecit. & opibus omnibus exuit, concitato iam illo bello ciuli, ex quo parum obfuit quominus Romana res funditus periret felicitas in rebus agendis (si Demoslheni credimus) stultum complexa virum prorsus infanire facit, atq; eadem insano turpia perpetrandi certissima occasio est. Fuerunt nonnulli quibus exilium & pecuniarum iactura viaticum extiterit ad studium ac Philosophiam, veluti Diogeni & Crateti. Nam Zenon vbi nauigium suū fractum audisset, bene facis (inquit) fortuna cū ad pallium nos cōpellis.

### D O M I N I C A   III. in Aduentu Domini iuxta vsum Romanum Euangelium.

¶ *Miserunt Iudei ab Ierosolymis Sacerdotes & Leuitas ad Ioannem.*   *Ioannis. 1.*

**T**V quis es.) Hanc interrogationem vnus-  
quique sibi ipsi facere quotidie debet, cer-  
te vtilissimam sibi. De sui ipsius cognitio-  
ne est elegans tractatus in O. meditatione. 2. pro-  
feria. 2. vide etiam ad longum Dominica. 22.  
post Pentecosten concione. 2. in tractatione the-  
matis.

(Confessus

(Confessus est & non negavit, & confessus est.) Sufficiebat vt videtur dicere, negavit se esse Christum, sed tot verba repetit Euangelista vt inde colligere liceat, quam firmiter Christo Ioannes adhærebat qui taliter à mundo impetus ab eius non potuit confessione auelli. Ad cuius imitationem, hoc ante omnia sibi quilibet Christianus statuere debet, vt pro nulla re peccatum mortale committat, in G. libro. 2. cap. 3. Huic non incongrue aptari potest intento, Susanna constantia, qua tali impedita tentatione, nulla mundanae considerationis ratione auelli potuit à Domini spe, & ad adulterij nefandum adduci scelus, hoc eleganter explicatur Dominica. 4. post Pascha, Concione. 3. tomo. 3. ibi. Iam nunc quod promissimus.

(Ego vox.) Si volueris, literæ adhærens, scire vbi & qualitet vox formetur, ex quo facilis negotio sensum poteris educere spiritualem, vide in Introductione fideilib. 1. cap. 26. §. 4.

Exemplum insigne fugiendę vanę glorię prebet nobis hodierna Euangelij lectio, de vanagloria fugienda, vide in G. lib. 2. cap. 4.

**B**      **Eadem**

Eadē Dominica tertia in Ad-  
uentu, & quæ sequuntur duximus adnotanda  
ex libro collectaneorum eiusdem, de sui  
ipsius cognitione, vt quisque sibi  
hanc faciat interrogationem,  
Tu quis es?

**H**omerus quidem, ubi mortalium animan-  
tium genera contemplatus esset, horum-  
que vitæ rationem & statum inter se con-  
tulisset, in hanc vocem erupit: Omnia quæ in  
terris & spirarent & serperent, nihil esse calamito-  
sius homine: principatum haud sanè felicem ho-  
mini tribuens, vt in malorum expensione primas  
teneat atque excellat. At nos hominem tāquam  
iam vincentem calamitate, ianiqüe animantium  
omnium pronūtiatum miserrimum, ipsum cum  
seipso conferimus, vt proprijs malis secum ipse  
certet, eum in corpus atque animum partientes.  
Quod quidem negotij nequaquam fuerit inuti-  
le, sed vehementer ad rem pertinens: nimur ut  
intelligamus, vtrum per animum, an per nos ip-  
sos miserius viuamus. (Et mox.) Dicamus igit-  
ter ipsi nobis, complures quidem, o homo, mor-  
bos ac mala corpus tuum & gignit ac prodit ex  
se se, & foris incidentes accipit: verum si te ip-  
sum intus aperueris, varium quoddam ac multis  
refertum malis penum reperies: ac mundum  
quendam

quendam miseriarum reconditum (quemadmo-  
dū inquit Democritus) non quidem foris inci-  
dentiū, sed ipso in solo ipsaq; in terra suos haben-  
tium fontes, unde scaturiant. Hos elicit malitia,  
copioſu ac largum fluxum præbens affecti-  
bus. Quod si corporis moti pulsibus arteriarū,  
aut coloris rubore deprehēduntur, hosq; feruor  
aut facilis laſſitudo solet arguere: contrā; animi  
mala plerosq; ita fallunt, vt non habeantur pro  
malis: nimur ob idipsum periculosiora ſunt,  
quod ſui ſenſum adimunt ægrotanti. Siquidem  
corporis morbos ratio ſana percipit: at animi  
morbos ipſa ſimul ægrotans non potest de ſuis  
iudicare malis, quibus laborat: propterea quod  
ægrotet ea pars, cuius erat iudicare. Proinde in-  
ter primos ac maximos animi morbos ponenda  
eft dementia: per quam fit, vt plerisq; immedica-  
bilis ac domēstica ſit & conuiuat, & commoria-  
tur malitia. Etenim sanitatis initium eft, ſi quila-  
borat, ſentiat ſibi opus eſſe remedio. Rurſum qui  
non videt, quibus eget, propterea quod nō cre-  
dat ſeſe ægrotū, etiamli pŕaſto ſit qui medeat,   
tanē recuſat, nec admittit curationē. Nam inter  
corporum morbos pernicioſiores ſunt hi, qui ſui  
ſenſu vacant: quod genus ſunt lethargus, capitis  
dolor, morbus cōmitialis, febres, ac hæ potiſſimū  
febres quæ vitiosum humorē veliemēter exacer-  
bant, ac ſenſum velut in organo perturbātes, mo-

uent chordas non mouendas mentium. Quapropter medici concedunt quidem, vt ægrotet homo, at ita si qui ægrotet, non ignoret se male habere: id quod non in omnibus animi morbis solet vsu venire. Nec enim qui desipiunt, nec qui sunt temulentii, nec qui faciunt iniuriam, sibi vindicentur peccare: verum etiam sunt, qui tum offi- fiosæ se facere putant. Febrim enim nemo vocat sanitatem, nec tabem quisquam appellat bonam habitudinem; nec podagram, pedum velocitatem, nec pallorem nominat ruborem: at iracundiæ multi fortitudinis nomen imponunt: amorem, amicitiæ nomine palliant: iniuriam, æmulatio- nis timiditatem, diligentia, qua res in tuto collo- centur. Hinc fit, vt illi quidein medicos accer- sant, quippe qui intelligent, quid morbus postu- let: è diverso hi fugient philosophos, veriti ne non assequantur eas res in quibus delinquent. (Et mox.) Itaque quemadmodum periculosior est tempestas, qua vetat in portum appellere, quam ea qua cohibet à nauigando: itidem qua in animo accidunt tempestates, grauiores erunt, qua non sinunt hominem contrahi, nec ratio- nem perturbatain consistere: sed nullo gubernato- re, nullis fulturis in perturbatione atque erro- re, perniciose cursu procul aucta, præceps in me- tuendum aliquod incidit naufragium, suamque ipsius vitam illisa communivit. Proinde his quoq;  
de causis

de causis grauius est animo quam corpore ægro- tare: propterea quod hi tantum patientur, illi non solum patientur, verum etiam faciant ma- le. Lib. Vtrum grauiores sint animi morbi quam corporis.

Aduerte Christiane lector quam eleganter Ethnicus hic animæ morbos (quos peccata tu in- tellige) amplificet, quæ sui ipsius auferunt cognitionem. Non solum (vt est apud Phoclidem) mul- torum dolis expositum esse eum qui cupiat in bo- norum virorum haberi numero necesse est, sed etiam crebro irrideri, contemni, ac mortuis denta- tos in se accipere illum qui prorsus cupiat ab ani- mo explodere incitiam,

Socrates dicebat, si quis in theatro coriarios surgere iuberet, eos solum surrecturos: similiter si fabros æriarios, textores, aut alios generatim. Sive ro prudentes aut iustos, hic omnes exurrecturos fore. Est enim hoc in primis in vita damnosam, quod cum hominum pars maxima stulta sit, sa- pere tamen sibi videantur. Stob.ser.2.1.

Diogenes interrogatus quidnam in tota re- rum natura existeret difficillimum, Nosse seip- sum, inquit. Multa enim propter amorem sui sibi quemq; sumere solitum. Anto.in Meli.par. 2. serm.75.

Æsopus vnumquemque nostrum duas ferre aiebat peras, alteram ante nos, alteram à tergo. Et

Pythagoras aiebat, in ciuitate primum irre-  
pulsæ delicias, mox saturitatem, deinde vinolen-  
tiæ, postremo exitium Laërt.lib.7.c.1.

Architas Tarentinus nullam pestem in mun-  
do capitaliorem esse dicebat, quæ corporis volu-  
ptatem. Hinc enim patriæ prodiciones, hinc cum  
hostibus clandestina colloquia nascuntur. Nullū  
denique scelus, nullum magnum facinus est, ad  
quod suscipiendum non libido voluptatis im-  
pellat. Stupra vero & adulteria, & omne flagitiū,  
nullis alijs illecebris excitantur, nisi voluptate. Ci-  
cero in Catone maiore.

Diogenes inuiserat Lacedæmoniā, inde Athe-  
nas reuersum quidam percōtabantur, vt fit: Quo  
iret, & vnde veniret? A viris, inquit, ad foemina-  
nas. Notans Atheniensium delicijs effeminatos  
mores, cum Lacædemonij durè instituerentur.  
Laërt.lib.6.

Idem, eos, qui per luxum in coquos, parasi-  
tos, scorta, & adulatores facultates suas profun-  
derent, similes dicebat arboribus per præcipitia  
nascentibus, quarum fructus homo non gusta-  
ret, sed à coruis & vulturibus ederentur. Sentiens  
eos, qui gulæ ventriquæ seruiunt, non esse homi-  
nes. ibidem.

Heraclitus Philosophus in seditione rogatus,  
vt apud populum sententiam diceret, quo pacto  
ciuitas redigi posset in concordiam: consenso

suggesto,

suggesto, poposcit calicem aquæ frigidæ, & pau-  
lulū farinæ inspersit, mox deglitione admisit,  
id est vel pulegij sylvestris, vel leguminis genus.  
Deinde epoto calice discessit, nec verbū addidit:  
hoc pacto inuenas, ita deinceps ciuitatem carituram  
seditionibus, si repudiatis delitijs, assuesceret par-  
uo contenti esse. Eraſt.lib.8. Apoph.

Aristoteles Stagyrita semper admonebat vt  
voluptates contemplari, non venientes, sed  
abeuentes: hoc est, nō à fronte, sed à tergo. Venien-  
tes enim fucata specie blandiuntur, abeuentes au-  
tem poenitentiam ac dolorem relinquunt. Laërt.  
lib.5.cap.1.

Dionysius Sophista familiaribus dicere cōsue-  
uit, mel summo digito, non caua manu esse gu-  
standum. Sentiens voluptates quæcum parciissimè  
admittendas. Philost.in Sophis.

Arcefilaus Scytha percōtanti, qui fieret vt ab  
alijs sectis multi deficeret ad Epicureos, ab Epicu-  
reis nulli deficerent ad alios. Quoniam, inquit, ex  
viris galli sunt, ex gallis viri nequaquam. Sentiens,  
homines esse promptiores ad voluptatem, quam ad  
virtutē. Gallos dixit sacerdotes Cybelis euiratos.  
Porro voluptatē amplecti foeminarū est potius,  
quam virorum. Laert.lib.4.cap.6.

Philoxenus Erixius collum longius sibi quam  
grubus fieri exoptabat, vt in gustu magis obli-  
etaretur. Arist.in Ethicis.

Lycurgus Lacedæmoniorum legislator omnē vnguentorum vsum è medio sustulit, non ob id tantum, quod oleum odoribus vitiatum, nullum traderet vsum, sed vt omnem luxum Reip. perniciōsum esse ostenderet. Plut. in Lacon.

Cum Persæ (quoniā regionem habebant montuosam, asperamq; ) cuperent eam campestri ac molliore cōmutare, non passus est Cyrus, dicens, Quemadmodum plantas ac semina, sic hominū mores ad regionis habitum immutari. Sentiens se velle duros homines, & laboribus accomodos. Nam mollis ac fertilis regio molles & ignauos reddit homines. Plut. in reg. Apoph.

Xerxes iratus Babylonij, quod à se defecissent, posteaquām illos in potestatem suam redigerat, interdixit ne ferrent arma, sed psalterijs & tibijs canerent, sc̄bta alerent, caponas haberēt, ac siuosis tunicis vterentur: quo voluptatibus euirati, non molirētur denuo defectionem. Plut. in reg. Apoph.

Monachus quidam Ægyptius interrogatus, cur toties voluptates sibi subtraheret? Ideo subtraho, respondit, vt irā causam & occasionem præcidam. Scio enim illam semper de voluptatibus belligerare, mētemque meam perturbare, & cognitionem ipsam fugare. Niceph. lib. 11. c. 43. Eccles. hist. ex Euagrio.

Antisthenes voluptatem in tantum execrabitur,

batur, vt diceret se malle insanire, quām voluptate affici: Insaniam enim aufert medicus, voluptas cum æquè mentem eripiat homini, vix sanabile malum est. Laert. lib. 6. c. 1.

Ageſilaus cum in Asia domus cōtignationem ex quadratis trabibus factam aſpexiſſet, ædium herum rogauit, num apud illos quadrata naſcerentur ligna eo negante, sed rotunda dicēte arte quadrari. Quid igitur, inquit, si quadrata eſſent, rotunda faceretis? Notauit autem luxum, & preciosam illam in ædificandis ædibus ſolertiā. Brus. lib. 3. ex Laco. Plut.

Alexander Macedonū rex Darij regiam ingressus, cum vidiffet sublime cubiculum, & in eo ſtratum, mensas, cæteraq; omnia mirifice ornatū inſtructa, Hoccine, inquit, erat imperare: Sentiēs, non eſſe regium huiusmodi delicijs indulgere. Plut. in Alex. vita.

Idem lectum ingressus, excuſis acuratè palilijs, dicere solebat: Nunquid hic delicatum aut ſuperfluum mater addidit? Adeo abhorrebat à muliebribus delicijs. Ibidem.

Ægrotanti Pompeio medicus præscriperat, vt turdis vſceretur. Cumq; ij, quibus datum eſſet negotium, negarent inueniri (non enim erat tempus, quo genus hoc auium capi ſolet) admonuit aliquis apud Lucullum inueniri poſſe, qui turdos toto anno ſolebat alere: Ita ne, inquit,

inquit, Pompeius, nisi deditus delicijs esset Lucculus, nequaquam viueret Pompeius: cōtempcioq; medico, cibis parabilibus vsus est. O vere masculum animū, quo nec vitam quidem delicijs acceptam ferre sustinuit. Plut. in Rom. Apoph.

Tiberius Cæsar Attilio Butæ, viro prætorio, cum is ad inopiam per luxum ac fœcordiam redactus, fateretur, ac deploraret paupertatem suā, Sero, inquit expperrectus es. Dormiunt temulentia ac luxui dediti, verius, quam viuunt. Nam vita vigilia est. Sene. in Epistolis.

Heliogabalus adhuc priuatus, cum luxuriosus omnibusq; voluptatibus prædictus esset, reprehensus à quodam, qui dicebat: An non times vir luxuriosissime, ne post tot delicias pauperias? Quid melius, inquit, quam vt ipse mihi hæres sim vxoris meæ? Brus. lib. 3. cap. 3.

Idem dicere solebat, se nolle filios, ne quis frugi sibi nasceretur. O naturæ portentum verius quam homo. Ibidem.

Eques quidam ingens patrimoniu per luxum ac libidinem absorberat, ac insuper magnā æris alieni vim contraxerat. Pro hoc intercedentibus quibusdam apud Alphonsum Aragoniæ regem, ne saltem quæ debebat, corpore luere cogeretur, Alfoncus, respondit; Si tantam pecuniam vel in suæ regis obsequio, vel patriæ commodis, vel subleuandis propinquis impendisset, audirem.

Nunc

Nunc quoniam tantas opes impendit corpori, par est vt luat corpore. Eraf. 8. Apoph.

Q. Metellus deuicta iam Carthagine, in Senatu sapientissimè, nescire se dixit, puls-ne boni vel mali Reipu, illa victoria attulisset. Quoniam vt pacem restituēdo, profuisset: ita Annibalem submouendo, non nihil nocuisset. Eius enim transitu in Italiam, dormientem populi Romani virtutem excitata, metuique debere, ne acri æmulo liberata, in eundem somnum reuoluetur. Valer. Max. lib. 7. cap. 2.

## DOMINICA IIII. in Aduentu Domini iuxta vsum Romanum Euangelium.

*Anno quintodecimo Imperij Tiberij Cæsaris.  
Luca 3.*

**N**eque mysterio vacare credendum est, tot explicari temporis circumstantias in quo beati Ioannis cæperit prædicatio, & ad Messiam præparatio, id certè factum est, vt dum animaduerterimus Iudæorum gentem ab alienigenis gubernari & ipsorum de stirpe Iudæi cessasse regnum, certum agnoscamus Messiacæ aduentum impleta Jacob ad Iudæa prophetia. Vide tomo. 2. de Sanctis

de Sanctis Conc. 2. in Nativit. Beatis. Mariae. §. 1.  
Vide etiā in introductione. fi. par. 4. c. 19. & 20.

(Parate viā Dni.) Qualiter præparare debeamus viā per quā Deus ad nostras descendant animas, vide Dhica. 4. post Pascha Concione. 3. per totam, in qua de præparatione ad Spiritus sancti Aduentum agitur, & Dominica post Ascensionem Concione. 1. ibi. Quod si à me quæras.

(Erūt prava in directa & aspera in vias planas.) Facilē redditā est per Christū virtutis viā, quam asperā reddiderat ppter Adæ peccatū appetitus repugnās, in introductione fidei. p. 3. tract. 1. c. 12. & 13. & in G. lib. 1. c. 2. 8. & fer. 2. Paschē to. 3. ferè idē est argumentū vt est videre in præfatione earundē cōcionū, & to. 1. de Sanctis Conc. 1. in festo S. Matthiæ, in tractatione thermatis, & cōcione. 2. per totā. Vide etiam quæ adnotamus in cōmuni Apostolorū in illa verba, lugum meū suave est.

### Eadem Dominica Quarta in

Aduent. & quæ sequuntur duximus adnotāda ex Collectanea eiusdē, in illud. Et aspera in vias planas, vt virtutis asperitatē ostendētes videamus quantum Christo Dño debeamus, cuius exemplo & auxilio facilis reddita est virtutis via, vt cum Dauide viā mādatorū eius currere possimus & in ipsa ac in diuitijs omnibus oblectari. ¶ Quod virtus circa difficile versetur.

In literis

**I**N literis discendis in musicis à luctandi arte, exordia multum exhibent laboris & difficultatis in modica obscuritate, verū progreso paucis per facilitia cognitu sūt omnia, & amabilia quæ & gesserit & dixerit. Itaque velut cum homine ignoto magna mox intercedit benevolentia & familiaritas, simul atque in mutuam vitæ consuetudinem transferis: ad eum sane modum, in ipso philosophiæ vestibulo nō deest insoliti quippiā quo torqueare. Atqui negligenda hæc sunt, atq; adeo non tanti æstimanda vt metu & animi deiectione mox in limine ab instituto resilias. Sed strenue tentanda res est vnaquæq; recordatione dulcedinis, quæ blanditur tendentibus porrò ac suauia facit omnia quæ sunt pulchra. Veniet tñi non multo post lux quædam simul cum disciplina, sumnum ingerens amorem & illecebras ad virtutem. Plutar. lib. de Offi. Aud.

Diogenes dicebat homines summa cura, quæ faciūt ad viuēdū perquirere: sed quæ ad bene viuēdū cōducāt nihil pēdere & negligere. Stob. ser. 2.

Iſocrates rhetor videns ex discipulis quēdam agrī sui colendi studiosum, ceterum in exornandis moribus p̄fidem, vide inquit ne agrū mitiore cultioremque faciens, tu incultus animo atque agresti prorsus euadas, vbi supra. ¶ Lapis negotiator interrogatus quomodo sibi parasset diuitias, magnas (inquit) haut difficulter: exiguae verò cum

cum labore, actarde. Sentiēs initio paulatim magnaq; vigilantia corradi pecuniam: cæterum parata iam ingenti sorte facile esse amplis lucris distescere. Plutarch. in libello an seni sit capesenda Resp. Hoc dictum ad virtutis studium traduci re-  
cte potest: quæ initio quidem paulo difficilior, hac vero difficultate superata ad cætera omnia facilis additus est.

Alphonsus Aragonum Rex audiens ab agricultoribus mala punica, quæ natura acria sunt, arte ac diligentia fieri dulcia: cur non etiam nos inquit, ciues & populares nostros ingenio malo prauoq; præditos industria & labore meliores reddimus? Innuit autem populi mores vix esse tam prauos, quin rite gubernantis studio labore & industria meliores reddi queant. Panor. lib.4.

Agatocles Figulo patre natus fuit. Is vero cum Sicilia potitus esset, rexq; declaratus, solitus es in mensa sicutilia pocula iuxta aurea ponere eaquæ iuuenibus ostendens dicere, cum antea talia fecerim (commostratis sicutilibus) nunc per vigilantia ac fortitudinem talia facio commonistrans aurea, non puduit pristinæ fortunæ, sed gloriofius exi-  
stimauit regnum virtute partum quām si hære-  
ditate obuenisset. Nam regem nasci nihil magni est: at regno dignum se præstisffe maximū est. Plutar. in reg. Apoph.

Antisthenes dicebat virtutem esse armaturā,  
quæ

quæ detrahi nō posset. Ensis enim & clipeus ex-  
cutiuntur: sapiēs autem ac virtute præditus nun-  
quam non armatus est, eoq; vinci non potest.  
Laert. lib.6.cap.1.

Zeno cum ascenderet in theatrum cithara ca-  
nēte Amæbeo, versus ad discipulos dixit; Eamus  
vt pernoctamus quam vocem, quemque concen-  
tum edant intestina, nerui, ligna & ossa, quibus  
adest tractatio, numerus & ordo. Quod si in re-  
bus inanimis tantum valent illa, quantò plus va-  
lebunt si in omni hominis vita seruentur. Laert.  
lib.9.cap.5.

## IN VIGILIA NATA- lis Domini pro Kalendæ expositiōne.

**E**Mitte agnum Domine.) Patrū & Prophe-  
tarum desiderium de Domini Aduētu ex-  
plicatur supra Dominica I. Aduētu iux-  
ta usum fratrum ordinis Prædicatorum Con-  
cione. 1. ibi. Celebrat etiam, & Congione. 2. ibi.  
Quanto rectius.

Syllarum de Christi Domini Aduētu Pro-  
phetias habes in Introducōne fidei parte. 4.  
capite. 2 1.

IN NATIVITATE  
Domini.

**N**atiuitatis Domini historiam deuotè habes explicatam in M. tract. 6. & in Adit. in tractatu de Vita Christi.

Mysterium hoc ex Dei in nos immensa processit charitate, quæ absque meritis nostris humanae naturae filio Dei vniuit, in Add. lib. 1. ca. 1. Hoc mysterii explicatur ibid. Consideratione. 3.

Factus est hodie Deus cognatus noster, inefabilis & indissolubili matrimonio nostram assumens naturam, ibidem consideratione. 4. ex septe[m]n vltimis considerationibus.

Huius mysterij exaggerationē habes in Rhetorica lib. 2. cap. 11. & lib. 3. cap. 5.

Copiosa prædicatur hodie apud Deū redemptio, hoc ostendi potest arborum similitudine in quibus à conditore posita est seminis abundans sui conseruatiua. Vide in Introductione fidei, parte. 1. cap. 10.

Mala quæ ex peccato originali homini prouenerunt recēsentur ut cognita infirmitatis magnitudine, vis & potentia medicinæ cognoscatur, tomo. 1. de Sanctis, in Concionibus pro Concepcione B. Mariae, & in Introductione fidei, par. 3. à cap. 2. vsque ad 7. inclusiue.

Bona

Boria quæ suo aduentu felicissimo nobis attulit Dominus recensentur, ibidem. cap. 8. & Dominica. 1. Ad iusta vsum Prædictorum Conc. 2. eleganter.

Christi incarnatione ad Dei nos excitat amore, & ad ea imitanda opera quæ in nostra carne operatus est Dominus, Dominica. 2. post Octauas Epiphanie Conclitione. 1. in principio post Exordium. tomo. 1.

Conuenientia Dñicæ Incarnationis explicatur in Introd. fidei, par. 3. tract. 3. per primos quatuor Dialogos, & in vltimo redditur ratio ob quam Dñs abiectam & humilem vitæ elegerit.

Figuræ de Incarnatione Christi Domini recēsentur & explicantur, ibidem cap. 26.

Hominis status in iustitia originali, eius lapsus, Dei bonitas aqua & remediu & spes recuperadæ salutis explicatur. ibid. par. 4. à cap. 2. vsq; in finē.

**In Euangeliu[m]. In principio  
erat verbum. Ioannis 1.**

**R**eturum mos est minora amplificare, vt inde gradu & cōparatione facta, superiorū maiestas & dignitas intelligatur, quod hic facere videtur Euāgelista, qui mirè Dei maiestate & potentia in creatione amplificata, ad Incarnationis & redemptionis mysterii exaggerandum

C 2 assurgit.

In Domini præsepio hominum cōdemniatur fastus & superflui cupiditatum suarum ornatus, in O. parte. 2. cap. 3. §. 8.

(Pastores erant in regione eadem vigilantes.) Quod mane ad Deum vigilates eum inueniant, Concio. 1. in Resurrectione Domini. ibi. & valde mane, tomo. 3.

(Euangelizo vobis gaudium magnum.) Beatae Virginis, Sanctorum Angelorum & hominum quanta fuerit de Christi Domini Natiuitate latititia explicatur, tomo. 1. de Sanctis, in exordijs dnarum Concionum in festo S. Ioannis Baptista, & Concio. 3. parte. 2.

**In eodem Feste Natiuitatis Domini.** Ut vno duarum adeo inter se distatium naturarum in Christo intelligatur, & hec quæ sequuntur de Dei hominis quæ natura duximus apponēda ex lib. Collectaneorū eiusdem.

¶ De Dei sumi natura sic ethnicis sensere.

**S**imonides interrogatus olim ab Hierone tyranno, Quidnam esset Deus? deliberandi sibi unum diem postulavit. Cumque idem ex eo postridie quæreretur, biduum petiit: ac cū ita saepius quærenti duplicaret numerum, admiratusque Hiero tyranthus, qui rogauerat, efflagitaret, cur ita faceret? Quia, inquit, quanto diutius considero,

considero, tanto mihi res videtur obscurior. Cice. Lib. 1. de Nat. Deorum.

Socrates dicebat, Deos omnium optimos ac felicissimos. Ad horū similitudinem quo quisq; propius accederet, hoc & meliorem esse, & beatitudinem. Si corrigas vnius vocis numerum, nihil dici potest Christianus. Rot. lib. 3. Apoph.

Euclides à quodam interrogatus, quales essent Dij? Cætera quidem ignoro, respondit: at curiosos illi odio esse certo scio. Max. serm. 2. 1.

Euagrius cum longa orationis serie audiisset de Deo atque Trinitate disputantes, Diuinitatē nequaquam esse definiendam respondit. Omnes enim alias propositiones habere genus, quod predicitur, aut speciem, aut differētiā, aut proprium aut accidens, aut ex his compositam orationem: sed nihil in sancta Trinitate horum, quæ dicta sunt, posse comprehendendi. Ideoque quod ineffabile est, silentij tantum oratione esse adorandum. Socrates lib. Tripart. hist. ca. 2. 1.

Attalus insignis Christi martyr, à tyrano per contemptum interrogatus, Quod nomen Deus haberet? Qui plures sunt, respondit, nominibus discernuntur. Qui autem unus est, non indiget nomine. Eusebius lib. 6. Eccles. hist. cap. 3.

Thales Milesius interrogatus olim, quidnam in tota rerū natura esset vetustissimū? respondit, Deus. Cur ita? quia nūquā esse coepit. Eras. li. 7. Apoph.

C 4 Cum

Cum Pompeio res infeliciter cederent, & ad Cæsarem inclinaret victoria: Cato dicebat, in rebus diuinis multum esse caliginis: quod Pompeio præter ius agenti fuissent omnia prospera, causam Reipub. tuenti nihil succederet. Plut. in Catone.

¶ De hominis natura.

Interrogatus olim Solon Salaminius, quid esset homo? respondit: Putredo est in exortu, bulla in omni vita, esca vermiti in morte. Guido Bituri.

Diogenes quoties considerabat in hominum vita ciuitatum gubernatores, medicos, aut Philosophos, nullum animal dicebat esse homine sapientius. Idem contemplans somniorum interpres, coniectores, diuinos, & huius generis cæteros, aut qui gloriae diuitijsque seruirent: aiebat fibi nihil homine videri stultius. Indicans, hominis ingenium ad res optimas accommodum, si exerceatur: sin ad vitia degeneret, longe esse infra multis pecudes. Laert. lib. 6.

Diogenes quodam tempore lucernam accensam geltans, obambulabat in foro, clarissima luce, quærenti similis. Rogatus quid ageret, Hominem, inquit, quæro: Notas publicos ciuitatis mores vix homine dignos. Laer. lib. 6.

Idem eos, qui in coquos, adulatores, & scorta facultates suas profunderent, similes dicebat arboribus per præcipitia nascentibus: quarum fructus

fructus nullus hominum gustaret, sed à coruis & vulturibus ederentur. Quo dicto innuit eos nequaquam esse homines, qui ventri & gulæ seruiunt. Laërt. lib. 6.

Socrates interrogatus, quomodo quis sine molestia vitâ ageret, negauit ylo modo id fieri posse. Non enim licet, inquit, hominibus conuersanti. Ab homine quippe homini (vt ait Seneca) quotidianum periculum est. Vnde non temere à veteribus dictum est, Homo homini Dæmon. Stobæus. ser. 97.

Idem dicebat se putare, quod Diij semper irrideant vanas hominum curas & studia, & inexpibilem vindique congerendi cupiditatem, perinde atque se perpetuo victuros putarent: cum tamen mox hinc nobis migrandum sit, omnibus reliquit. Stob. ser. 96.

Aristoteles interrogatus, quidnam esset homo? respondit, imbecillitatis exemplum, temporis spolium, fortunæ lusus, inconstantiae imago, inuidiae & calamitatis trutina; reliquum vero pituita & bilis. Stob. ser. 96.

Alexander dum in obsidione cuiusdam urbis, infirmissima moeium querit, sagitta grauiter iectus est, nec tam ab instituto deflitit. Sed mox cum represso sanguine fisci vulneris dolor cresceret, & crus equo suspensum paulatim obtorpuisset, coactus quod cooperat omittere, ac chirur-

gum accersere: Omnes, inquit, me prædicant Iouis esse filium: Sed vulnus hoc hominem me esse clamat. Plut. in vita eiusdem.

Silenus senex, à Mida captus, rogatus est, quid esset homini optimum? diu silentium tenuit. Tandem adactus dicere, respondit: Optimum esse nunquam nasci: proximum quam ocyssimè aboleri, atque hoc pretio dimissus est. Huius dicti præter alios meminit. Quid. lib. 11. Methamorph.

Architas dicebat, Quemadmodum si summatum diligentiam adhibeas, tamen piscem sine spinis non inuenies: sic neque hominem inueniri posse, qui non dolosum, spinosumque quidam habeat admixtum. Aelian. libro. 10. de varia historia.

Solon legum Atticarum conditor, dicere solebat, vrbes atque oppida nihil aliud esse, quam humanarum ærumnarum domicilia, quibus luctus, moerores tristitia mortaliuum, quasi septis includuntur. Beroal. de terræ motu.

Hinc Dei natura & hominis considerata dicere possumus cum beato Iob, Quid est homo quia magnificas eum, eius sumens naturam, Et Dauid,

Quid est homo quod tu qui talis ac tantus es, sic illius memor es factus, vt vnum cum illo fieres.

## IN CIRCUNCISIONE Domini Euangelium.

¶ Postquam cōsummatis sunt dies octo. Luc. 2.

D E hoc mysterio vide in M. tract. 6. & in Add. in tractatu de vita Christi, & de sanctissimo nomine Iesu, Ibidem.

De abuso iurandi, vide in G. lib. 2. cap. 11.

De Circuncisione spirituali appetitus & carnis, & proprij amoris, vide copiose in Add. à cap. 5. vsque ad. 9. inclusuē.

Quid scripta lex præstare absque Christo potuerit: quid Christus Dominus è cœlo descendens legi contulerit: quid nos facere debeamus quo beneficijs eius participes efficiamur, explicatur fer. 6. post primam Dominicam Quadrag. concionie. 3. per totam. tom. 2.

Côtra iuramentorum abusum, Vide in fin. cōcōnisi. 1. de poenitētia, quæ habetur in fine, to. 1. con.

Peccati originalis macula, pro quo olim circūcīcio instituta, explicatur exācte concione. 2. Pentecostes in prin. tomo. 3. & tom. 1. de Sanctis, in duabus concionibus pro Conceptione B. Mariæ.

Duo hodie cernuntur mirabilia, alterū in summa Dei misericordia, cum Saluatoris nomen & officium Deus suscipit: Alterum infinitæ eius iustitiæ, cum non aliam elegerit æternus pater

pater pro nostris sceleribus satisfactionem, præter dilectissimi filij sanguinem, cuius hodie guttæ copiose redemptionis in cruce exhibendæ, pinguis extitere. Bene ergo Isaías, Vocabitur (inquit) nomen eius admirabilis. Quid ergo magis mirabile, quād eodem actu, & infinitæ misericordiæ, & infinitæ item potentie & iustitie, quæ inter se contraria videntur, exhibere mysterium. Vide Dominica. 9. post Pentecosten Concio. 2. ibi. Cum sanctus Patriarcha.

**De legum obseruatione, quibus Christus Dominus hodie se subdidit, & quæ sequuntur duximus adnotanda ex Libro Collectaneorum eiusdem.**

**A**nthonistes sapientissimus Atheniensium Philosophus negabat, sapientem virum obstatulū esse legibus ab hominibus promulgatis. Intellexit vir prudentissimus sapientem obligatum esse virtuti, iuxta cuius normam vitam instituit, leges enim non omnia præscribunt sed ipsa ratio docet, quid turpe, quid honestū: & virtutis regula ubique ostendit, quid viris bonis agendum sit. Laërt. lib. 6.

Demosthenes orator, ciuitatis animam leges esse dicebat, ut enim corpus anima carēs cadit, sic ciuitas nullis administrata legibus. Max. ser. 5. 8.

Plato

Plato Atheniensis, rogatus à Cirenenibus, vt ipsis leges inscriberet, ac reipublicæ statum compонeret, recusauit, dicens, per difficile esse condere leges tam felicibus. Iudicans non facile obedire eos qui nimiū se felices esse putant. Laërt. lib. 3.

Antiochus tertius scripsit ciuitatibus, vt si quid per literas iuberet fieri, quod aduersaretur legibus, recusarent, perinde ac si ipso nescio scriptum esset, Interdum enim principes dum metuant quosdam offendere, scribunt quæ nollent fieri. Quicquid autem pugnat cum legibus, hoc in sciente principe scriptum esse putandum est, quippe legum defensores, non oppugnatores esse debent principes. Erasmus libro. 5. Apoph. ex Plutarcho.

Anacarsidi illud tribuitur multò vulgatissimum, leges aranorum tellis esse similes, in quibus in firmiora animalia hærent, valentiora prærumperent: ita leges humiles actenues constringunt, à potentibus impunè violentur. Valerius libro. 7. cap. 2.

Leges ante oculos semper habeant magistratus, quibus omni ex parte parendum esse sciant, nam sicut magistratibus, leges, sic legibus magistratus imperare debent. Verum nanque est illud Ciceronis adagium, magistratum legem esse loquentem, legem autem mutum magistratum. Ex Francisco Senens lib. 3. de instit. Reipub.

In eodem

**In eodem festo Circuncisionis**  
contra blasphemos & iurantes ex eo-  
dem vbi supra.

**P**Olicarpus Martyr ab Herode Proconsule aduronitus, ut abiuraret fortunam Cæsaris, & conuictia diceret in Christum, respondit, octoginta & sex annis seruio ei, & nihil ne lessit vñquam: qua igitur conscientia maledicerem & blasphemarem regem meum, quis salutem mihi dedit. Euseb.lib.4.Ecclesiast.histor.

Epicurus dicebat, si mortalium omnium Deus votis responderet, prope futurum esset ut vniuersum genus hominum pereat. Quandoquidem videre est, tantas vicissim tamque diras, & exitiales imprecations, hinc inde vulgo effundi. Stob.

I Socrates sacramentum oblatum, duabus de causis fide firmandum esse, suadebat: vel vt te ipsum turpi suspicione liberes, vel vt amicos ex magnis periculis eripias, pecuniarum vero causa, & si iustum causam haberet, non per Deos iurandum dicebat, Quid hic Christiani homines paucim perierantes respondebunt. Stob.

Alexander statuerat Lamsacum diruere, ad id tendenti, cū Anaximenes Alexandri præceptor, veniret obuiam extra muros, deprecatus suæ ciuitatis pernitiem. Alexander suspicans quod esset petiturus. Iuro, inquit, me nō facturum quod petit

petit Anaximenes: Peto, inquit, vt Lamsacum diruas, captus fuit Alexander, & iure iurando compulsus est seruare, quos demoliri statuerat. Eras. lib.7.Apoph.

**I N E P I P H A N I A**  
**Domini Euangelium.**

**Cum natus esset Iesus.** *Math. 2.*

**D**E hoc mysterio habes peculiariter in M. tract.6. & in Add.in tract. de vita Christi.

Nuptiæ hodie Christi cum ecclesia celebrantur, canit enim ipsa, hodie coelesti sponsiuncta est Ecclesia. Quæ bona Christus Dominus suæ attulerit suæ amantisimæ sponsæ, recensentur Dñica. 1. Ad, iuxta vsum fratrum Prædicato rū, cōcione. 2. ibi. Vt ad id quod primo loco, lege vsq; in finē illius concionis. Vide etiam præcipue Dñica. 19. post Pentec.concione. 2. in prin. to. 4.

(Ecce Magi ab Oriente.) Aduerte qua diligen tia Magi Christum quærunt, eadem & tu quære & inuenies. Vide in O. part. 2. §. 1. & 2. & ibidem cap. 4. ratio redditur quare stella ad tempus se absconderit, & rursus ad tempus apparuerit.

(Vidimus stellam eius in Oriente). Stella duce Magi ad adorandum Christum ducuntur: sic & iusti Spiritus sancti magisterio, ad coelestia & ardua ducuntur, ipse viā demōstrat qua ad Christum itur, spiritus

spiritus enim Dei bonus ad terram rectam nos adducit. Vide in festo Pentecostes concione. 4. vbi. Sed haec tamē Spiritus sancti officia.

Stella hæc animæ duætrix syndere si virtus intelligi potest. De qua vide in G. lib. 1. cap. 17.

Audita Domini voce in stella, gentes idolatria relista fidem acceperunt, & ad Christum accesserunt verum eorum patrem. De gentium conuersione, idolorum destruccióne, copiose habes in Introd. fid. libro. 1. cap. 17. & parte. 3. cap. 13. & deinceps, & Dominica. 1. Aduent. iuxta usum fratum Prædicatorum, cōcione. 3. in princip. tom. 1. & in festo Sanctissimæ Trinitatis, concione. 4. statim post exordium. tom. 3. Prophetiae de gentiū conuersione, quorū primitiæ hodie ad Christum veniunt explicantur in Introd. fid. par. 4. ca. 9. 10. & 11. & in. 11. explicatur. Quod media Christiluce ḡetes relictis idolorū profundis tenebris in verā fint Dei cognitionē vocatæ.

De fidei dignitate & proprietatibus, quæ hodie in Magis mirè splendent. Vide in Introd. fid. par. 2. per totam.

Stellæ miraculo moti Magi Christum licet humili præsepio positū Deum & celorum regem odorant, & de miraculorum efficacia, Ibid. c. 27.

Vna stellæ natum prædicat Christum, quem Sol radiorum suorum subtractione prædicabit mortuum, Ibidem. §. 1.

(At illi

(At illi dixerunt ei in Bethlehē Iudeæ, sic enim scriptum est.) Parum ad rem facere videtur (indigenter aduertas) quod hoc vel illo loco Christus nascetur. Sed nullum ad fidem confirmandum quod omnis de Christo prophetia ad minimum usque impleatur. Vide Dominica in Ramis concione. 2. ibi. Principio querendum.

(Vbi est qui natus est Rex.) De regno Christi, vide ibidem in tractatione thematis.

(Cum inuenieritis renuntiate mihi.) Perdere Herodes Christum volebat, & Christo in celestis subleuato regno, ipse misere periret, & in laqueū cecidit in idipsum. Quod omnes Christi persecutores miserando perierint sine. Vide in Introduktione fid. par. 2. cap. 26.

## DOMINICA INFRA Octa. Epiph. Euang.

Cum factus esset Iesus annorum duodecim.  
Luce. 3.

**D**E hoc mysterio habes peculiariter in M. tract. 6. & in Add. in tract. de vita Christi.

(Remansit puer in Ierusalem. Aduerte quam dulce sit pro Christo pati, cum ab hoc neque ipsa Domini mater fuerit exempta. Vide in G. lib. 2. ca. 17. §. 6. & tom. 1. de Sanctis, concione

D vnica

*Annotationes in Euangelia.*

vnica in cōmemoratione Annūtiationis.ibi.Hoc itē Mariæ nomen. De vtilitate tribulationū vide quæ adnotamus infra Dñica. 3. post octa. Epiph.

Pie sui p̄esentiam ad tempus Deus suis auferit, præcipue dum eius deficiunt consolationes, & hoc in ipsorum coimmoburn. Vide in O. parte. 2. cap.4.§.1. & feria. 2. Paschæ, concione. 2. ibi. Occu li autem eorum. tom. 3.

(Quæsierunt illum inter cognatos.) Qua solici tudine curandum ne Deus amittatur, & amissus vt inueniatur. Vide de hac sollicitudine in G.lib. 2.cap. 22. & in M. par. 1. In eo loco vbi tradūtur, quæ nos ad contritionē peccatorum, qua Deus amissus recuperatur, mouere possunt: sic enim beata Virgo & Ioseph quæsierunt eum, dolentes de eius amissione.

(In medio doctorum eum inuenerunt.) Vt ex æquò omnes posset aspicere, omnibus responde re: Sic & post Resurrectionem in medio discipu lorum suorum stetit. Vide Dominica in Albis, concione. 2. ibi. Sed ad historiam. tomo. 3.

(Inuenerunt illum in templo.) Quo gaudio re pleti fuerint tali inuento thesauro, estimari potest, ex gaudio quo Reges Christo inuēto affecti sunt, gauisí enim sunt gaudio magno valde. Vide in Epiph. concione. 2. in fine. §. 3.

(Maria conseruabat hæc omnia in corde suo.) Quæ in corde Mariæ essent considerationes, & confo

*Dominica I. post Octa. Epiph. 26*

consolationes de tantorum mysteriorum confi deratione, colligi potest ex ijs quæ in corde Elisabeth eius cognatæ de eorundem my steriorum consideratione erant, quæ sibi à Deo fuerant re uelata. Vide tomo. 1. de Sanctis, concione. 1. in Visitatione B. Mariæ. §. 1.

**I N O C T A V A E P I phaniæ Euangelium.**

*Venit Iesus à Galilæa in Iordanem. Matt. 3.*

**D**E hoc mysterio vide peculiarter in M. tract. 6. & in Add. in tract. de vita Christi.

Aquis tribuit hodie virtutem Christus purificandi animas suo diuino contactu. De iustificatione quam in baptismo consequimur. Vide in G. lib. 1. cap. 5. De baptismo vide etiam in Ad. lib. 1. consideratione. 5.

**D O M I N I C A I. P O S T Octa. Epiph. Euang.**

*Nuptiae factæ sunt in Cana Galileæ. Ioan. 2.*

**V**OCA TVS est autem Iesus & discipuli eius ad nuptias. Aderit nostris coniuuijs Christus, si sobrietatis & temperantiae

*Annotationes in Euangelia.*

limites non excesserint. Temperatum certè hoc erat conuiuum, vt ex vini exigua copia colligere licet. De Gula vide in G.lib.2.cap.8.

Vel ideo nuptijs & conuiuo interesse voluit Dominus, ipsius parsimoniae magister, cum discipulis suis, vt nouelas plätationes, ad tēpus recrearet, vt corporibus recreatis spiritui seruirent iucundius. De discretione in virtute abstinentiae seruanda. Vide in O.pär.2.cap.3.§.10.& 11.

Ebrietatis vitium latè explicatur & impugnatur in Rhetorica lib.2.cap.2.

Nuptijs interesse voluit Dominus, vt quam necessaria sit eius præsentia eis qui vitam ducunt coniugalem ostendat. De cura familię, vide in G.lib.2.cap.18.

Quæcunq; præceperit vobis facite. Docet beata virgo perfectam obediētiam. Cuius munus est absq; disceptatione, prompte, hilariter, obedire. De perfecta obediēia. Vide to.1. de Sanctis.concio.1.in festo S.Andreæ, & in G.lib.2.c.17.§.5.

Quæcunq; dixerit vobis facite. Aduerte ad vocem fiducia plenam, ab eius profectam ore quæ probè filium nouerat, & maioribus ab eo signis visis, nulla ei futura difficultia, firma fide, & firmissima confidebat spe. Discamus eius exemplo nostros in Deum iactare cogitatus. Vide Dominica.4.in Quadrag.concione.1.& 2.& cōcione.2. in princip. & paulo post principium ibi. Præsto tamen

*Dominica I. post Oct. Epiph.*

27

tamē adest. Vbi manuum Domini virtutem explicans noster autor, in illis omnia nostra tuto reponienda esse docet. Vide etiam de hoc in ferijs rogationum, concione.3.tomo.3.

(Vt viderunt aquam vinum factam.) Qui potuit aquam in vinum mutare. Poterit absque dubio appetitum, in multis aquæ similem, ad virtutem & calorem spiritus religare. Vide in Add.lib.1.cap.4. in cuius capitib; fine, iusta hunc sensum istud explicatur miraculum.

De matrimonio spirituali inter Deū & homines, vt ad sensum moralem nuptiæ istæ explacentur. Vide in Add. considerationē.4. ex septem vñtimis.

Necessaria inter virum & vxorem animorum vnio, societas & amor, arborum exemplo ostendi potest, in quibus quodam matrimonij specimen apparere videtur. Vide in Introduct.fid.par.te.1.cap.10.

Non omnino excludi à virginitatis gloria eos qui matrimonio copulantur, si sobrie temper & honestè matrimonio vtantur, ostenditur notanda historia, Contione.2.in Annuntiatione Beatæ Mariæ in illud; Quomodo fiet istud.tomo.1. de Sanctis.

Simili ex gallo adducto exemplo explicatur qua cura vir vxori teneatur in necessarijs prouidere. In Introduct.fid.par.1.cap.14.

D 3 In eadem

**I**n eadem Dominica Prima post Octauas Epiphaniæ, & quæ sequuntur duximus adnotanda de perfecta obedientia, in illud; Quæcunq; dixerit vobis facite.

**A** Gesilaus cum secū haberet Xénophontē, iussit vt filios suos acceſſeret Lacedæmonē, docendos artē omniū pulcherrimam, scilicet, imperare & parere imperio. Plut. in Lacon.

Idem rogatus quo pacto Spartanorum Resp. præ cæteris ſecundis rebus floreret? quoniam, inquit, præ cæteris in hoc ſe exercent, vt pariter imperare & parere ſciant, quæ duæ res à ciuibus excludunt ſeditionem, & tuentur concordiā. Ibidē.

Scipio maior in Sicilia percontanti cui dā, quare fretus classem reducere pararet in Africam ostendit viros armatos trecentos ſe exercentes: præterea turriam excelsam, mari imminentem, & cait, nullus horum est qui non conſenſa turri, ſemet in mare præcipaturus fit, ſi iuſſero: ſentiens non perinde referre quām numero ſam educas multitudinem, modo fortis dux educat exercitatoſ, & dicto audientes. Plut. in Rom. Apoph.

Zeno Citticus Philosophus celebratissimam Hesiōdi ſententiā ſolebat inuertere. Cum enim ille primas tribuat ei, qui per ſe ſapiat, ſecondas qui recte admonenti obtemperet. Zeno ordine inuerſo,

inuerſo, ſic pronuntiabat, optimus ille quidem qui pareret recta monenti. Sed probus ille quoq; eſt qui nouerit omnia per ſe. Addebatq; cauſam, quod qui ex ſe noſſet omnia, nihil haberet præter intelligentiam, haberet etiam effectum. Nam parere dicitur, qui quod didicit optimum, etiam faciet. Laert. lib. 7. cap. 1.

Apud Lacedæmonios iuuētus quidem diſcebat literas ad uſum: ſed cæteras diſciplinas exoticas eiiciebat. Illorum enim eruditio erat parere magistratibus, & patientem eſſe laborum, & in prælio vincere, aut mori. Plutarchus in Laconicis.

Ad Theopompuſ, cum quidam dixiſſet, ideo ſeruari Spartanorum Rempub. quod reges ſci- rent imperare: imò potius ait, quod ciues ſciant parere. Idem vbiſupra.

**P**ro eadem Dominica prima

post Octauas Epiphaniæ, & quæ ſequuntur duximus apponenda ex libro Colleſtanorū eiusdem, vt quales debeat eſſe viri & vxores qui nuptijs gaudent intelligatur, & qualem vir debeat eligere vxorem.

**P**Ittacus Mitylenus interrogatus à quodam, qualē vxore ducere deberet: respōdit. Aequalem tibi ducito. Ipſe enim cū domi haberet

opulentiorem, habebat etiam morosam & impetuosam. Laert.lib. 1.cap.5.

Chilonis dicterium est. Vxorem humilem modico apparatu ducendam, ne pro coniuge dominam accersas domū. Sat enim dotata venit puella quæ pudicitiam & honestos mores secum affert. Proinde hoc erat vnicum ex Laonicis institutis, vt virgines sine dote nuptiarent. Laert.lib. 1.c.4.

Democritus dicebat, eum qui bonum generū natus esset, inuenisse filium: qui vero malum, & filiam perdidisse. Stob.ferm. 6.8.

Aureolus Philosophus rogatus, pauper ne audiues vxor ducenda esset, pauperē ait alere difficilē est, diuitē vero ferre tormentū. Brus.lib. 7.c.22.

Licurgus cuidam percontanti quam ob causam lege cauisset, vt sine dote virgines elocarentur. Vt, inquit, ne propter inopiam ille relinquerentur innupte, neque ob diuitias expeterentur: Sed vt iuuenium quisq; ad pueræ mores conspiens ex virtute fäceret electionem. Plutar.

Themistoclem vnicæ filiæ pater consulebat, vtrum eam pauperi sed ornato: an locupleti sed partum probato collocaret. Malo inquit Themistocles, virum pecunia, quam pecuniam viro indigentem. Valer.lib. 7.cap.2.

Olimpias, cum accepisset adolescentem quendam aulicum accepisse vxorem eleganti quidem formæ, sed famæ parum secundæ. Ille, inquit,

non

non sapit, qui vxorem oculis, non etiam auribus duxerit. Forma cernitur oculis, fama auribus deprehenditur. Quidam autē nec auribus nec oculis, sed digitis ducunt, solam spectantes dotem. Eras.6. Apoph.

Aurelia Iouiani Pötani filia, natu maior, amissio Paulo marito, cum à patre ad secundas nuptias hortaretur. Quin tu, inquit, pater secundas nuptias non inis? (erat enim is etiam viduus.) Quia, respondebit, nullā matri tuæ simili me reperturū confido. Eadem cura (respondit illa) me quoq; versat pater, quod mihi placitum Paulo æquè similem sperem neminem. Adrianus Barlandus.

Metellus Numidicus dicebat. Si sine vxoribus possemus esse, omnes ea molestia careremus: sed quoniam ita natura tradit, vt nec cum his satis commodè nec sine his vlo modo viui possit: salutis perpetuæ potius, quam breui voluptati consulendum est. Brus.lib. 7.cap.22.

Socrates se consulentibus de ratione matrimonij contrahendi, dixit: quemadmodum pisces ò adolescentuli, qui nondū intra nassas sunt, volunt intrare: qui autem iam intus sunt, volunt exire: sic & vos, ne idem vobis accidat, videte. Anton. in Melis.p.2. sermone. 34.

Solon cū ad Thaletem Miletū venisset, admiratus dicitur, quòd nuptias, filiorumq; procreationem contempserisset, Thaletem vero tacuisse.

*Annotationes in Euangelia.*

Interiectis autem diebus aliquot peregrinū subornasse, qui decimo post discessum die Athenis venisse fateretur. Hic rogatus à Solone, nunquid noui Athenis esset? edoc̄tus ille à Thalete, Nihil aliud, inquit, præterquam quod adolescentis cuiusdam efferebatur funus, ciuitate omni subsequente, quod eius pater virtute & admiratione inter ciues primas obtineret, quē tunc abesse dixissent. O illum miserum! Solon ait. Sciscitanti vero de nomine, respōdit, excidisse memoria: sed ob iustitiam illius in omnium ore versatum. His Solon in metum coniectus est. Postremo nomen peregrino subiecit, ab eoque contendit, num illi Soloni nomen esset? Annuento homine, Solon caput cädere coepit, filium suum obijisse ratus. Tum Thales ridens ait: Hæc me Solon à nuptijs & procreandis liberis dehortantur, quæ te hominem fortissimū infringunt: & tunc rem fictam esse ostendit. Bruso. lib. 7. ca. 22.

Socrates percontatī, cur Xantippem moribus incompositis foeminam haberet domi, dicebat: Sichabendam cōstitudinem cum morosis vxoribus, quemadmodum quis ad studiū equestre exercent: parant enim equos ingenij ferocioris, quos si subegerint, ac perpeti possint, ceteris vtūtū commodius. Ita qui morosæ coniugis mores ferre didicerit, multo facilius cum quibuslibet habebit consuetudinem. Laert. lib. 2. cap. 5.

Alphonsus

*Dominica I. post octau. Epiph.* 30

Alphonsus Aragonum rex dicere solebat, ita demum matrimonium tranquille, citraque quærimonias exigi posse, si maritus surdus fiat, vxor cæca: innuens opinor, foemineum genus obnoxium esse zelotypiæ: atque hinc oriri rixas & quærimonias. Rursum maritis permolestam esse vxorū garrulitatē: qua molestia cariturus est, si fiat surdus: nec illa vexabitur adulterij suspicio-ne, si caret oculis. Eraf. lib. 8. Apoph.

Annia, cum ab amicis adhortaretur, vt post defunctum priorem maritum, alteri nuberet, cum ætas esset & integra, & forma præstantissima adhuc ( quorum alterum præberet spem prolis, alterum promitteret amorem mutuum.) Nullo, inquit, pacto hoc factura sum. si enim bono viro nupsero, nolo posthac timere ne amittam: sin vero malo, quæ me caperet dementia, vt post optimum tales admitterem? Eraf. lib. 8. Apoph.

Liua Augusti Cæsarī vxor interrogata, quibus rationibus Augustum sibi subiecisset, respōdit, Multa modestia: quod ea, quæ placerent Augusto, faceret libenter: quodque se scire dissimularet, quibus ille rebus venereis domi fruētur. Diony. in Tyberio.

Cum adolescentis quidam Socratem interrogaret, an ducere vxorē nec ne deberet, breuiter respondit, Vtrūvis feceris poenitebit: sentiens, & in matri-

matrimonio , & in coelibatu sua esse incommoda, quæ ad poenitendum inducant.

Canna Synorito Galatæ nupserat. Eam Synotrix iuuenis præpotens adamabat : & clam interfecto Synorito , de nuptijs Cannâ solicitare cœpit. Illa quò coniugis mortem vlcisceretur , dissimulauit dolorem , & cōiugij spem præbuit. Tandem Synorigem ad se venire iubet in templum Dianæ , cui erat dicata, quasi vellet hanc esse coniugij testem : & astans altari ceu Deæ libatura , è poculo bibit toxicum: moxque tradidit Synorigi. Qui simul atque reliquum ebibisset , venerata Deam, Te, inquit, Dearum præstatiſſima testor, me huius tantum diei gratia haſtenus Synorito fuisse ſuperftitem. Eral.lib.6. Apoph.

Armenia à Cyri conuiuo domū rediens, Cyri pulchritudinem omnibus laudantibus , interrogata à viro, quid de Cyri dignitate sentiret, ait: A te mi vir oculos nunquam deflexi. Itaque qualis alieni viri forma fit, prorsus ignoro. Ex libro. 4. Fran. Seneñ. de inst. reip.

Thesea Dionysij foror, nupta Polyxeno , posteaquam maritus metu tyrannī profugerat , & rex fororem accusaret, quod conficia fugæ mari- ti, non indicasset. Adeo ne, inquit, Dionysi, me vilem abieciique animi foeminaam iudicas , vt si sensisse illum moliri fugam, nō me illi nauigationis & omnium aliarum fortunarum comitem additura

additura fuerim? Eraf. 5. Apoph.

Bruti vxor Portia, Catonis filia , posteaquam fensit conpiratum de Cæſare interficiendo , ea nocte quæ præcessit diem , in quo Cæſar occisus est, egresso cubiculum Bruto, cultellum tonsoriū velut vnguium refecandorum gratia poposcit: eoq; quasi forte de manibus elapso , feipsam grauiter vulnerauit. Mox Brutus clamore ancillarum in cubiculū reuocatus , obiurgare eam cœpit, quod tonsoris præripuisset officium. Hic illa clam marito, Non hoc, inquit, temere feci : nam experiri volui, si quod constitutum est , parum cesserit ex ſententia, quām æquo animo me ferro sim peremptura. Plut.

## DOMINICA II. post octauas Epiphaniæ Euangelium.

*¶ Descendens Iesus de monte securæ sunt eum turbæ. Matth. 8.*

**D**escendit de æternitatis monte ad nostram in imo vale positam carnem , vt errantem quæreret ouem , tenebamur nos Deum quærere per rupium & montium difficultates, sed ipse ad nos descendit fugientes infecuturus: ea est

*Annotationes in Euangelia.*

ea est sua bonitas & clemētia. Vide Domini. c. 1. in ad iuxta vsum fratrum ordinis Prædicatorum Concione. 1. ibi quia vero nunc tempus instat. Descendit etiam de mōte suæ maiestatis , ad vallem nostræ miseriæ , vt cum non possent turbæ illum imitari cum esset in excelso throno , illum imitentur nostræ vnitum carni. Vide in. M. in. 2. regula bene viuendi cap. 1. & in Introductione fidei parte. 3. cap. 19.

(Adorabat eum.) Qua reuerentia animique & corporis submissione adorare debeamus, eum ad templum cum Deo collocuturi accedimus in. O. parte. 1. cap. 5. & parte. 2. cap. 5. §. 13.

(Et extendens Iesu manū tetigit eum.) Quam virtutem Domini habuerint manus , explicatur copiose Dominica. 4. in Quadragesima Conc. 2. ibi præstò tamen adeſt.

(Non inueni tantam fidem in Israel.) Fidei maximum argumētum explicatur tomo. 1. de Sanctis Concione, 1. in Festo Sanctorum Philippi & Iacobi in principio.

Centurionis laudatur fides qui solo primę veritatis verbo cui fides innititur credidit , nam si homo homini dicenti adhibet fidem & hominum testimonium accipimus , testimonium Dei maius est. Absq; fide humana inter homines vita transfiguratio potest; à fortiori ergo in Deum necessaria ad salutem fides, vide in exordio Concionis

Dominica II. post octau. Epiph. 32

cionis primæ in Festo Sanctissimæ Trinitatis. Fidem Dei esse donum & absque eius auxilio, licet multa videantur miracula , homines non posse credere fide ad salutem necessaria , insigni historia comprobatur , Dominica 20. post Pentecosten, Concione. 2. ibi, verum hic consurgit.

(Multi ab Oriente & Occidente venient &c.) Filii regni ideo grauiter puniuntur quia cum maiorem Dei notitiam habeant, & eius sciant voluntatem iuxta eam non faciunt, & ideo æquum est ut multis vapulent. Vide Dominica. 13. post Pentecosten Concione. 1. ibi. Est & aliud.

(Ab Oriente multi venient &c.) Non confert Deus coelestia beneficia eis qui ei magis propinquai hominibus videtur , cum ipsi videant ea quæ foris patent, Dominus autem cor intueatur cuius oculis omnia sunt nuda & aperta , sed secundum suæ liberalitatis voluntatem , non exclusa tamen hominū ad gratiam dispositione quæ ab eo est. Vide in Epiphania Concione. 1. ibi, Cum ero magi.

Lepra cū peccato similitudo explicatur Dominica 13. post Pentecosten Concione. 1. par. 2. tomo. 4.

Pro

Pro eadem Dominica secunda

post Octa. Epiphaniæ, & quæ sequuntur du-

ximus adnotâda ex libro Collectaneorū eius-

dem de Centurionis erga suum seruū cura, vt

qui seruis imperat discat moderate imperare.

**M**emoria nostra seruus extitit ingenij pef-

simi, animique truculenti. Huic saeuissi-

mus herus fuit, qui in eum verberibus

fauire non desinebat. Iratus autem seruus, cum

dominum vlcisci nequiret, duos quos habebat

infantes, anniculum vnū, alterum bimulum cor-

ripuit: turriique editam concendit, dominum

que vocavit, monuitque, vt infantes suos gremio

exciperet: quos quamprimum illis parieti deie-

cit, se sequit, præcipitauit, ne viuus in potestatem do-

mini veniret. Ex Fran. Sen. libro. 4. de Inst. Reip.

Hoc animaduertant, qui omnia sibi in seruos li-

cere arbitrantur: quorum nunquam tam desti-

tuta fortuna est, vt non interim vehementer no-

cere dominis possint.

*Contra eos qui superbia efferruntur ex honori-*

*bus & diuitijs, quæ non elatum reddiderunt*

*Centurionem istum ne à serui salute procu-*

*randa desisteret. Ex eodem ubi supra.*

**S**ocrates cum videret Alcibiadem ob diuitias

elatum animum gerere, & ob agrorum mul-

titudinem

titudinem superbire, adduxit ad locum in quo

tabula quædam ambitum terre complectens, su-

sponsa erat, & eum rogauit, vt Atticam ibi requi-

reret, quam cū inuenisset, suos fundos eum iussit

ostendere, & cum respondisset, nusquam ibi pi-

ctos esse. Horum, inquit, Socrates possessione te

effers, qui nulla pars sunt terræ? Illudens hoc di-

cteriori Alcibiadis stultitiam, qui superbiebat in ijs

rebus quæ fluxæ sunt, & cum mūdo interire so-

lent. Älianuſ lib. 3. de Var. Hist.

**D O M I N I C A   I I I .**

post Octauas Epiphaniæ

Euangelium.

*¶ Ascendente Iesu in nauiculam. Matth. 8.*

**D**iscipuli fatigati & Iesus dormit.) Sic in-

ter mundi procelas quibus mali turban-

tur iusti in tranquillitate sunt in spiritus,

in G. lib. 1. cap. 2. 2.

Modicè fidei.) Hic fides pro fiducia videtur su-

mi, De fiducia in Deum inter medias tribulatio-

num procelas & aquarum fluctus in quibus non

ad nostrorum peccatorum aquas, sed sarsum ad

Deum configiendum docemur. ibidem lib. 2.

capite. 18.

*Annotationes in Euangelia.*

Aliquando permittit Deus suos quibus semper præfens adest absque cōsolatione nauigare. Vide in O. parte. 2. cap. 4.

(Imperauit vētis & mari.) De qualitatibus ventorum & maris ad Deum eorū cōdитorem ipsorum obediētia. Vide in Introduct. fidei parte. 1. cap. 7. & 8.

De quodam pīscicuо qui contra ingruentes procelas se munit, qui ad tentationes nos præparare docet, ibidem cap. 15.

(Ipse vero dormiebat.) Non abs re erit hic de diuina agere prouidētia quæ licet malis dormire videatur semper ad rerum humanarum gubernationem vigilat ibidem, parte. 1. cap. 36. §. 1.

Nauicula hæc Ecclesia intelligi potest cuius est D. Petrus gubernator, cuius excellentia ex eo colligi potest, quod persequitionum diuersarū procellis impedita inter turbulētas vndas semper viētrix eusit. Ecclesiæ persecutioпes recensentur ibidem, parte. 2. cap. 12. Et deinceps.

(Suscitauerunt eum.) In tribulationibus & angustijs ad Deum clamandum; Exurge quare obdormis Domine ibidem, parte. 3. cap. 22. Concio. 1. in Communi Martyrum huic potest Euangelio aptari, vbi per tribulationes ad beatitudinis tranquillum portum peruenientium decemur, sed & Concio. 2. ibidem, sicut in fine eiusdem autor aduertit. In hoc Euangelio de tribulationum

ad eo

*Dominica III. post octau. Epiph. 34*

adeò frequenti materia tractari solet, de qua eleganter noster autor in innumeris penè suarū cionum locis disputat, ex quibus & quæ sequuntur adnotanda duximus.

In Domino spem ponendam in tribulationibus suademur Dominica. 1. in Quadragesima Concio. 1. dum illa explicantur verba; Non in solo pane.

(Facta est tranquillitas magna.) Ex magna procela ad magnam deuentum est tranquillitatem. Sic diuerſis modis ab hominum consideratione alienis ad optatum solet Dominus suos deducere portū Dominica. 4. in Quadragesima, Concio. 2. ibi, Praefato tamen adest, & feria. 4. post quartam Dominicam Concio. 1. ibi, Sed iam ad ceci.

In omniis tribulationibus ad Deum clamandum, sed præcipue cū Petri, id est, Ecclesiæ nauicula in medijs tribulationū vndis fluctuat, Concio. 2. in feria. 2. Pascha ibi, Cum ergo Dominus. tomo. 3.

Patientia in tribulatione commēdatur, Dñica in Albis Concio. 3. ibi, Cum multa. tomo. 3.

Quatuor anchoris animæ nostræ nauicula in Dei gratia conseruanda est, cum tempestatibus & tribulationibus in hoc mundi periculo pe-  
lago quatitur, Dominica. 2. post Pascha ibi, Alias oves habeo. tomo. 3.

*Annotationes in Euangelia.*

Tribulatio nos mittit ad Deum à quo retrahit humana prosperitas & consolatio terrena, Dominica. 4. post Pascha Concione. 3. §. 2. tomo. 3. & Dominica. 2. post Pentecosten Concione. 2. ibi. Sunt rursus alij, & Dominica. 20. Cōcione. 1. ibi. Hic vbi ægrotante. tomo. 4.

In tribulatione animæ sanitas est quæ in tranquillitate aliquando infirmatur, ibidem Concione. 2. in principio tom. 4.

Quis ex tribulatione sit fructus, ibidem Dominica. 23. Concione. 1. in principio, & Concione. 2. in principio explicatur qualiter tribulatio nos ad Deum mittat, & Dominica. 4. Aduent. iuxta morē Romanum Concione. 3. §. 1. tom. 1. & eodē tomo, Dominica infra octauas Epiphaniae Concione. 2. §. 1.

In tribulatione gratia Dei eiusque auxilium ab eius infinita misericordia promissa sunt, vnde tribulatio quodam videtur cum sacramentis nouæ legis habere Symbolum, tomo. 1. de Sanctis, Concione. 1. S. Ioannis Evangelistæ, ibi Quæret fortasse.

Pro

*Dominica III. post octauas Epiph.* 35

Pro eadem Dominica tertia, &

quæ sequuntur duximus adnotanda ex libro Collect. eiusdem in illud. (Ipse vero dormiebat) de tranquillitate animi. Boni enim Christi Domini exemplo, inter turbulentas mundi procelas cum quibus mali pereunt, in tranquillitate sunt animæ.

**S**i à multis clarissimorū Philosophorū quæras, quisnam eos insectatus fuerit, & exulare coegerit, inuenias neminem. Sed ipsi sponte quietem sequuti, cuius participare nequeunt, qui domi nominis aliquid vel potestatis obtinent. Itaque cum cætera suis nos doceant libris, hoc profecto re ipsa etiam docent. Et nunc quoque optimus quisque & probatissimus peregrè viuit, non pulsus, sed sponte aliò transgressus: nec fugatus, sed fugiens ipse molestias, occupationes, negotia, quæ patria afferre solet. Olimque antiquis illis, vt videre est, lucubrationes, quæ pulcherrimæ extant, maximeque approbantur, adiuuante exilio, à Musis peractæ absolutæq; sunt. Lib. de Exilio.

Qui censem ad vitam per tranquillitatē agendam, non multa agere oportere, nec priuatim, nec publicè, hi primum magno nobis parabilem animi tranquillitatem faciunt, vtpote inertia segnitiaque venalem. Deinde etiam falsum est, ho-

E 3      mines

mnes minime actuosos trāquillè vitam ducere: alioqui tranquillorem mulierum vitam, quām virorum esse oportuerit; nempe quæ plerūq; domi excubare fessitantes sole int, sellularijs in officijs occupatae. Nec vero multitudine paucitateq; negotiorum securitatem animi, anxietatemq; incitri conuenit. Honestā enim omittere, nō minus quām turpia agere molestū est. Lib. de Tran.  
Plato humanam vitam cum alea comparabat: in qua optimus quisque iactus aleatori maximē expetendus est: sed vt cunque tamen ceciderit, adhibenda artificiosa cura est, vt eo quo casus tulerit, quām rectissime vtatur. Quorū tamen ipsorum alterum in nobis situm non esse, aleæ videlicet iactum: alterum situm esse: si sapientes sumus, id quod fors attulerit, vt æquo animo excipiamus, & vnicuique locum distribuamus, quo magis commonet, id quod bene ceciderit, quoque minus incommonet id quod retrouersum cesserit. Verum inertes homines, degendæque vitæ signari (in star morbos corporis hominum, qui nec æstum ferunt, nec rigorem) vt in rebus secundis exorrecta fronte perfusi, seruare modum nequeunt: ita in aduersis obducta atque caperata feedissimè contrahuntur. Conturbabuntur igitur ab utrisque, vel in utrisque potius à se, nihiloque secus in ijs quæ bona esse creduntur. Prudenter melius: qui veluti apes ex thymo aridissimi

dissimi asperri mīque succi herba, mel rem suauissimam cōficiunt: lic ex rebus ipſi incommodissimis ſaþe quippiam ſibi accōmodatumq; eliciūt. Zenoni Cīteo vnicā nauis reliqua erat: hanc vt adiſſet cum vēctoribus, cum mercib⁹, cum puluſculo, vt dicitur, perijſe: præclare, inquit, meū foruna agis, quæ me ad pallium illud obſoletu, atq; ad porticum impellis philosophicā. Quid igitur tandem nobis obſtat, quotminus illos imitemur? A magistratu quopiam excidisti: ruri vitam ags. Circa tua priuatim negocia fatagens, & in principiis amicitiā inſinuare te magno ambitu contendens, repulſam tulisti: tuto, nullō que vndeſunq; tbi exhibito negotio viues. Rursus negotijs mulis curisq; implicaris, ne aqua quidem calida vſquædeo mollia mēbra fouet (quod ait Pindarus) vñ honores & gloria cū potestate iuncta suauem laborem faciunt, & facile exudabilem. At enim quædam te angit offensio ex delatione, aut inuidia, aut atroci ignominia: secundus hic flatus eſt, ad Musas & in Academiam ferens: id quod Platonī accidit, cuiusli Dionysij amicitia quaſi ſeu tempeſtate deprehensus eſſet. (Et mox idem.) Age iam plerosque non modo amicorum ac propria quorum vitia, ſed etiam, ſi Dijs placet, iniamicorum exacuant. Si igitur ijs vtens, māſuetudinē, moderationemq; prætevbi-que pro re nata tuleris, profecto nō magis aliena

petulantia atque improbitate offendere, quā tuā affectionis conscientia lētabere. Nam eos ita age re non ab re arbitaberis, nō magis quām canes cum oblatrāt, indignè natura sua facere. Alioqū si huic imbecillitati atque pusillanimitati indu gens, alienis te etiā malis degrauari contempseis, fallent te miserum ac iñdies ægredentem mœ stia multa, veluti in locum quendam depresum subsidentemq; influentia. Lib. de Tranq. animi.

Enī vero constantem illum tranquillūq; statum animi mirum in modum frangit. Iltioribus spiritibus ad assequendum quippiam quām pro viribus niti, quasiq; grādioribus velis proportione vehi : quippe immodica nobis atque immensa, affulgente vt cunque spe, tenere pollicentes, deinde non respondentē successu, fortunam statim iniquitatis, geniumq; nostrum postulamus : cum temeritatis potius nosmetipos damnare deberemus. Ceu vero fortunæ succen sendum sit, quod vel aratro sagittam eiaculari nequeas, aut boue incitato venari lepusculum: quasiq; iniquus quispiam Deus ijs adueretur, qui equestriculis ceruos irrito conatu venantur, & non vesania potius atq; improbitate sua impossibilia etiam perficere aggrediantur. Huius vero erroris causa est perditus amor sui. Homines enim nimium de se meriti, dum primas vbiq; partes sibi magna contentionē tribuunt, peruicacia prouecti,

prouecti, nihil intentatum relinquunt. Cum ve ro nemo nostrum vitē ficus ferre dignum cen seat, nec oleam vias, nos tamen ipsi criminamur asiduē, ingratāque inexplicabilitate preminus, nosque adeo nostri pœnitent, nisi primas partes inter diuites simul & desertos, domi & militiæ, inter philosophos & milites, denique inter affenta tores, & eos qui fidenti ingenuaque simplicitate veraces esse noscuntur, postremo inter præpar cos profusosque feramus. Oportet igitur vnum quemq; nostrum quod appositissimum sibi esse intellexit, id sumere, totoq; opere incumbētem ad illud, de possessione eorum decadere, quæ ad alios pertinere lenserit. Lib. de Tranq.

Inuidos animi, præfidentes nobis, futurorum securos esse decet: idque ad fortunā dicere, quod Socrates ad Anytum & Melitum criminatores suos simulans se dicere, reuera dicebat ad iudices: Anytus & Melitus interficere me possunt: in commodo aut detrimento afficere non possunt. Vt enim fortuna morbis varijs obruere, opes interuertere, ad tyrannum aut populum criminari potuerit: non potuit certe malum, aut socordem, aut demissum, degeneremq; animi, aut etiam maleuolum facere duntaxat virum bonum, virilitate ac magnitudine animi prædictum & (vt semel dicam) non potuit rectam animi constitutio nem adimere: quæ multò plus certe homini con-

fert ad vitam transfigendam , quām ars gubernatoria ad emetienda maria. Nec enim gubernator quantumuis peritus, æstuantem vndam compone : nec impetum sœuientis fatus retundere quoquomodo potest: non magis quām portum vbius nancisci, quoties ei ex alto reuehi libitum sit. Sed ne illud quidem ars ei præstiterit, vt tempestate deprehensus, constanter ac intrepidè necessitate defungatur: haec tenusque ipsa iurat , vt tantisper dum locum arti esse non desperat, expansa vela deducens, vt cumque cum tempestate decidat : ab hoc iam ignarus compresis manibus sedet: ac interim dum malus existit vétorum vi demersus, vibrante pauore contremiscit. At in homine prudente compositus animus cùm corpori serenitatem afferit (continentia videlicet & victu laboreque temperatis morborum causas materiamque abstergentibus) tum si quod extrinsecus forte argumentum perturbationis existat, in quod animus hominis quasi in saxofum vadum incurrit, expedita ( inquit Asclepiades) suspensa que antenna transilit. Lib. de Tranquil. animi.

Enimuero si quis naturam animæ nostræ, vel quoquomodo subodoratus sit, secumque reputauerit, transitum ex hac vita conditione ad aliâ, meliorem fieri per mortem, aut certè non deterriorē, profecto is non modicum iam viaticum habet,

habet, quo se ad securitatem animi ac tranquillitatem conferat, mortis scilicet contemptum. Lib. de Tranq. animi.

Quisquis vero ille est, qui celebratū illud protrulit: Anteuersti tibi fortuna, teque occupavi, atq; omnes tuos aditus quamlibet arctos intercepit: is nimurum non pessulus, non clauibus, non structuris animasse se, erexitque videtur: sed decretis potius philosophicis, elegijsq; sapientum: qua tamen ipsa in medio posita sunt, obviaq; omnibus, atque adeò in manibus duntaxat sumere volentibus. Lib. de Tranq. animi.

Qui per Philosophiam omnia refert ad virtutem, ipsam secum concordem, sibiq; consentientem, ac talem, ut ipse de se nihil queratur: pacis & gaudij plenum, semper sibi ipsi amicum ac benevolentem reddit hominem. Non hic sedatio, non improbum bellum in membris, non affectus parum dicto audiens rationi, non cupiditas cum cupiditate pugnans, non concursus cogitationis cum cogitatione, non velut in confusio cupientis ac pœnitentis asperitas, acturbulentia cum delectatione coniuncta: sed amica pacataque omnia. Lib. Cum principe philosophandum.

Enimuero quemadmodum meticolosi, & inter nauigandum nauseantes, in prægrande subinde nauigium ex nauicula transiliunt, atque

atque illinc rursus in triremen, melius iam iamq; sibi fore sperantes, quoad se se tandem nihil promouere, & vt ita dicam, incassum laborare senserint, vt qui bilem quoquo gentium secum ignauiamq; circumferant: sic vitæ genus aliud atque aliud idemtide capessere, à molestijs perturbationibusq; animum eximere nequit: Cuiusmodi sunt imperitia rerum, inconsiderata temeritas, nec scire, nec posse rectè pro re nata præsentibus vti. Hæc opulentos iuxta inopesque exercent: hæc & maritos & coelibes in corore afficiunt. Nō aliam ob causam quidem à foro publicisq; negotijs se subtrahentes, vitam rursus vmbritalem non preferunt. Propter hæc eadem in aulas se se regū nonnullos omni ope insinuantes, incepti ruris piget. Implacidissima res est morbus, vt inquit Ion: ægrotans enim vxorem fastidit, medicum incusat, lectulo succenset, deniq; amicus inuisens molestus est, abiensque rursus offendit. Postmodum vero remittente morbo, temperamentoq; reddito, sensim venit sanitas, iucunda iam omnia faciens & placida: adeo vt qui oua pridie, amyli, & primarium panem fastidiosè expuerat, cibarium postridie panem auidissimè cum nasturtio comedat. Tantum est in ratiocinatione momentum, ad vitam feliciter traducendam. Alexander cum audiret Anaxarchum mundos esse infinitos differentes, illachrymasset dicitur: percontantibusq;

tibusq; amicis, ecquid lachrymis dignum ei contigisset? An indignum est, inquit, nos flere, si cum infiniti mundi esse dicantur, haudum unius domini facti simus? Crates contrà manticam fordinumq; palliolum gestans, per lusus & risum vitā quasi dies festos adusq; extremum egit. Porro quemadmodum calceus ad vari pedis figuram obtorqueri etiam solet, pes vero non item ad obtorti calcei: hunc in modum mentis habitudines quamlibet oblatam viuendi rationem, similem sibi reddiderint atq; consentaneam. Nec vero ijs qui optimam vitam elegerunt, suauem quoq; vitam consuetudo efficit (vt quidam voluerunt) sed prudentia potius vitam optimam, eandem suauissimamque facit. Lib. de Tranq. animi.

## DOMINICA IIII. post octauas Epiphaniæ Euangelium.

**¶ Simile est regnum cœlorum homini qui seminavit bonum semen, &c. Matth. 13.**

**E** Radicanda prius est ab anima nostra zizania, propria scilicet voluntas, quæ malorum omnium seminarium est, neque bonatum considerationum semen in nobis crescere finit, ne à Deo vt zizania igni tradamur. De proprio amore

amore omnium malorum causa, vide in Add. lib. 1. capite. 2. §. 1. De inferni igni quo zizania comburenda est, vide quæ adnotauimus Dominica. 1. Aduentus.

## DOMINICA V. POST Octa. Epiph. iuxta usum Romanum Euangelium.

*¶ Simile est regnum cœlorum grano sinapis.*  
*Matth. 13.*

**R**egnum cœlorum, minimo olerum compatur, ut cum ex minimis principijs in tantam altitudinem Ecclesia creuerit, & Dei potentiam & sapientiam agnoscamus quæ infirma mundi eligit ut fortia quæque confundat, quod in minimis animalibus sapientia Dei resplendeat. Vide in Introductione fidei. parte. 1. capite. 18. 19. 20. & 38. Vide etiam de Ecclesia quæ huic sinapis grano comparari potest quæ ex tam paruis principijs sic creuit & propagata est ut extenderit ramos suos & impleuerit terram. Vide quæ adnotamus in festo Pentecostes, & in communi Apostolorum.

DOMI-

## DOMINICA IN Septuagesima Euang.

*¶ Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias qui exiit primo mane.* Matth. 20.

**H**omini patrifamilias.) Merito Deus pater noster vocatur, sed & alia habet varia nomina, iuxta alia bona quæ nobis misericorditer confert, in G. libro. 1. cap. 12. §. 1. & Dominica. 14. post Pentecosten dum illa verba explicantur. Sicut enim pater vester coelestis. tomo. 4.

Sed & homo pater coelestis vocatur, propter amoris vim vnitiam quæ homines amans & veleti in eos se transformans in rem amatam transferens homo vocatur. De hac virtute vnitua amoris. Vide in Add.lib. 1. cap. 1.

(Exiit primo mane.) Sic etiam ad suæ vineæ culturam vocando nos præuenit in benedictionibus dulcedinis. De beneficio vocationis, vide in O. meditatione. 2. pro die Dominica.

(Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno.) Spe præmij ad vineæ culturam vocamur, & ad beatitudinem accendimur. Vide in Ascensione Concione. 3. in principio tomo. 3. & Dominica Quarta Aduentu, iuxta morem

morem fratrum Prædicatorum, Concione. 2. in Exordio.tomo. 1.

Denarij diurni nomine, æterna potest intelligi beatitudo, ad quam labore & sudore perueniendum esse docemur. Vide Dominica. 2. in Quadragesima, Concione. 2. per totam.tom. 3.

Si denarius hic diurnos æterni intelligitur beatitudo, quæri merito potest, cur æquale præmiū omnibus tribuatur, cum Dominus dicat de æterna beatitudine, In domo patris mei mansiones multæ sunt, indignum videtur esse æterna iustitia, vt inæquali merito æquale respondeat præmium, quæstio hæc explicatur. tomo. 1. de Sanctis, Concione. 1. in festo Sanctorum Philippi & Iacobi. ibi. Sequitur aliud.

Sed & quæstio hæc intelligi poterit, huius parabolæ fine pensato, quæ ad hoc ordinari videatur, vt nos doceat ecclæstis magister, quod absq; hoc quod merita & opera nostra suo careant pre mio, vocationis, & præriorum diuersitatem ab ipsius pendere libera voluntate, qua vult & hunc & illum vocare, & hunc vel illum ad tantum gloriæ culmen adducere. Vide tomo. 2. de Sanctis, Concione. 1. Sancti Matthæi Apostoli.

Denarij huius expectatione dulcis & suavis redditur omnis labor, Dominica. 2. post Pentecosten, Concione. 1. in tractatione thematis, & Concione. 2. in Exordio.tomo. 4.

Quid

Quid hic statis tota die otiosi, de otiositate & segnitia, vide in G. lib. 2. cap. 10. & in M. in prima bene viuendi regula. §. 11. Ociositas apum exemplo reprehenditur in Introductione fidei. lib. 1. cap. 20.

Voca operarios, & cum sero factum esset.) Eadem die qua mercenarij laborauerunt mercenarii acceperunt, hoc exemplo suademur ne maneat merces mercenarij nobiscum usque mane. Vide in G. libro. 2. capite. 5. §. 1. Contrarium facientes reprehenduntur exemplo cuiusdam piscis, in Introductione fidei. libro. 1. cap. 16.

(Accipientes murmurabant.) Causa fuit huius murmurationis taxanda curiositas, quæ isti oculos habuerunt attentos, vt præmium illorum intuerentur qui circa undecimam horam venerant, quod ex vitiosa curiositate oriatur murmurationis malum explicatur ex Plutarcho, Dominica. 2. post Pentecosten, Concione. 2. ibi. Aliusvero. Contra murmurationis vitium, vide Dominica. 3. post Pentecosten, Concione. 2. in tractatione thematis, lege usque in finem Concionis.

Multisunt vocati. Vide in G. libro. 1. cap. 27. §. 2. & Dominica 19. post Pentecosten, Conc. 2. quare Dominus parabolis utatur. Vide tom. 2. de Sanctis, Concione. 2. S. Matth. in Exordio.

F Si

Si Deus noster est pater familias nos sumus eius familia & filij. Qualis quātaq; sit hēc dignitas quantiq; estimanda, vide feria. 4. post. 1. Dominicam Quadrag. Concioine. 2. §. 3.

Ab hac die usque ad Pascha ab hominis creatione usq; ad glorificationem discursum celebrat Ecclesia. Discursus hic deuotus habetur in Add. tomo. 1. considerationie. 3. ex septem ultimis.

**P**ro eadem Dominica in Septuagesima, & quæ sequuntur duximus adnotanda ex Collectanea eiusdem, contra otiositatis vitium.

**M**arcii Catonis perfreqens fuit sententia; Nihil agendo homines, male agere perdiscere. Quo dicto execratur omnē ignauiam, quæ multorum malorum sapientum ratio causa est. Brus. lib. 4.

Appius Claudius dicere solebat, populo Romano melius negotium quam otium committi. Sensit vir sapientissimus, populum Romanum laboribus & bellicis rebus plurimum incrementi semper accepisse: nimio autem otio & pigritia omnia deinceps in peius corruisse. Valer. Maxim.

Quodam interrogante, cur Argivos cum Lacedemonijs bellum gerentes, cum sapientum viciissent,

viciissent, non deleuerint: Ne optauerimus quidem, inquit Cleomenes, illos deletos, ut habeamus, qui iuuenes nostros exerceant. Perspexerat egregius dux, corrupti uitatem, si permittatur otio & luxui, malorum omnium magistro. Plut. in Lacon.

Scipio Nasica quibusdam dicentibus res Romanas iam in tuto esse, extinctis Carthaginensis, & Græcis in seruitute redactis; Imò, inquit, nunc demum summo in periculo sumus, posteaquam nulli supersunt, quos vel timeamus, vel reuereamur. Sensit, inimicos per occasionem utiles esse nobis: per quos non licet impunè secureque negligentes esse. Erasm. lib. 8. Apoph.

Seruilius Vacia vir prætorius atque prædiues odio negotiorum abdiderat se in villam suam, quam habebat non procul à Cumis, nec alia re notus fuit, quam eius villa otio. Itaque qui negotiis premebantur, exclamare solebant. O Vacia solus scis viuere. Huius tamen ignavum & sine literis otium damnans Seneca Epist. 5 1. negat illū scire viuere, sed latere. Eoq; nonnunquam villam præteriens ioco dicere solebat; Hic situs est Vacia, subindicans nihil interesse inter mortuum, & inertio odio abditum. Erasm. lib. 8. Apo.

Themistocles Græciæ dux fortissimus desidiā, hominis viui sepulturam vocavit: qui cum expletis centum & septem annis se mori videret,

*Annotationes in Euangelia.*

dixisse fertur, se plurimum dolere, quod vita tunc egredetur, quando sapere cœpisset. Guido Bitericei. tit. de Desidia.

Cato senior semper se harum rerum penituisse dixit. Si mulieri arcana detexisset: aut si mari profectus esset, quo terrestri itinere eundi facultatem habebat: aut si per negligentiam diem frustra elabi permisisset. Plutar. & Ful. lib. 7. cap. 2.

Augustus in omni verbo prudentissimus, eos qui leues ob causas se periculis exponerent, similes esse dicebat ijs, qui aureo hamo pisces capere tentarent. Hi enim amissio semel hamo, plus damni accipiunt, quam ex multorum piscium captura, lucri. Fulgo. lib. 7. cap. 2.

Plato Atheniensis somnolentiam improbabat, eoque scripsit in legibus: Nemo dormiens villa redignus est. Laert. lib. 3.

Inter seruerissimas Draconis leges illa etiā fuit vt otij damnati, capite punirentur. Ex lib. 1. de instit. Reip. Fran. Señ.

Scribit Diodorus, legem fuisse apud Aegyptios, qua singuli cogebantur nomina apud praefides profiteri, & qua arte, quove lucro sustentaretur ostendere: & si qui mentirentur, aut iniusto quæstu vijerent, capite damnabantur. Nec mediis fidius inuria. Otiosi enim & ignavi iuuenes venenum sunt ciuitatis: proni ad libidinem sunt, bonis inuident, aliena appetunt, & deniq; seditionis

*Dominica in Septuagesima.* 43  
tiosi & turbulenti euadunt. Vbi sup.

Optime M. Cato in lib. de moribus scripsit, vitam humanam esse ut ferrum, quod si exerceas conteritur, & cum splendore quidem: si minus exerceas, rubigo interficit: sic homines se exercendo, honeste conteruntur: si non exerceantur, inertia a torpedine absumentur. Pulchram admodum idem Cato in oratione, quam Numantiae apud equites habuit: Cogitate enim animis vestris milites (ait) si quid vos per laborem recte feceritis, labor cito recedit, benefactum manet. Si quid autem per voluptatem nequiter feceritis, voluptas citè abibit, nequiter autē factum perpetuò manebit. Ex libro. 1. de institut. Reipub. Fran. Señ.

Solonis lex præcipue laudatur, quæ quidem fanciuit, filium nequaquam parenti necessaria virtute subsidia debere, à quo nullam artem accepisset. Vbi supra.

Democritus dicebat, omnes labores quovis otio iucundiores esse: quando illa consequuntur homines, quorum gratia laborant, aut consecuturos se sciunt. Hoc etiam ad spei titulum referri potest. Spes enim premissi labore mintuit. Stob. ser. 2. 7.

Idem cum interrogaretur à quodam, quemodo labiorisi ac industriis differrent à desidiosis: Quo, inquit, impij à pīj: spē nimis bona. Spē

*Annotationes in Euangelia.*

rant quippe qui corpus laboribus exercent, pingua laborum præmia: desides autem præsentem semper intuentur paupertatem.

Cum Philippus Alexandri Magni pater, expeditionem & bellum in Corynthum apparare dicebatur, Corynthij trepidi, rerumq; suarum fatigentes, ad opera certatim incumbere cœperūt: hic arma sibi comparabat, ille lapides cōgerebat, alius muros in altitudinem substruebat, nonnulli propugnacula firmabant, alij aliud agebāt, quod ad munitiones pertineret. Eorum itaque studiū Diogenes cum cerneret, nihil habens aliud commodius quod ageret, palio succinctus, dolium suum subuoluere, & hinc inde vertere cœpit. Admirante autem quodam eius amico, ac percontante, cur hoc ageret: respondit Diogenes; Ideo voluo, ne vnuis inter tot operi intentissimos cestor esse videar. Guido Bituri. ti. de desid.

Idem cuidam admonenti, vt iam senex quiesceret à laboribus: Quid, inquit, si in stadio currerem? vtrum oporteret iam metæ vicinum, cursum remittere, an magis intendere? Reete senfit, virtutis studium hoc magis intendendum, quo minus supereft vitæ: quod turpe sit tunc ab honesto instituto refrigerescere. Laert.lib. 6. Hoc ex eum plur ad senes etiam pertinet.

Laconum adolescentes perseverabant absq; tunicis, vestem vnicam accipentes, corporibus

squalidi:

*Dominica in Septuagesima.* 44

squalidi: quippe à balneis, vnguentis, in totū abstinentes: vt patientia laborum ad res præclare gerendas viam pararent. Plut.in Laco.

Dyonisius emptum Laconicum coquum, parare iussit laconicum iuscum: paratum autem non comedit: sed interrogauit, quod nam ius dellectaret Lacones, cum illud insuauissimum esset? Tum coquus, hoc iuscum non habere condimenta illa dicebat, quod Laconicum habet. Interrogauit Dionisius, quæ nam essent illa? respondit coquus; Huiusmodi condimenta apud te non sunt: ante cibum, labores, sudores, & balneum in Eurota flumine. Stob.ser.27.

Apelles nunquam tam occupatus fuit, vt diē prætermitteret, in quo nihil oratione pingere, artem exercens. Vnde subducens se à negotijs, dicere solebat, Hodie nullam lineam duxi. Quæ vox abiit in proverbiū de quouis officio prætermisso. Plin.lib.10.c.35.

Vespasianus cum vehementer angeretur vi-tatis intestinis, nihilo scius imperatoris munibus fungebatur, adeo, vt lecto decumbens, audiret legationes: & amicis hortantibus vt sibi parceret, respondit, Imperatorem stantem mori oportere. Suetonius.

*Annotationes in Euangelia.*

Florus hos versiculos scripserat in Cæsarem  
Adrianum.

*Ego nolo Cæsar esse,  
Ambulare per Britannos,  
Scythicas pati pruinias.  
Cui Cæsar respondit,  
Ego nolo Florus esse,  
Ambulare per tabernas,  
Latitare por popinas  
Culices pati rotundos.*

Sentiens se honestas occupationes preferre  
inutiliturpiq; otio. Suetonius in vita Adria.

Probus imperator non patiebatur militem  
esse otiosum, sed multa opera militari manu per-  
fecit, dicens, annonam gratuitam militem come-  
dere non debere. Flavi. Vop.

Alphonsus, cum reprehederetur à Mathéo Si-  
culo eximiæ sanctitatis viro, quod proprijs mani-  
bus laborasset, subridens, Nunquid, inquit, Deus  
& natura ne quicquam regibus manus dederunt  
Panor. Lib. 2. de reb. gest. Alphons.

Lycurgus quoipiam percontante, quãoabrem  
virginum corpora cursibus, luctis, discorum, ac  
telorum iactibus fatigaret: Ut, inquit, foetuum  
proseminatio ab ipsa statim radice validum in  
validis corporibus initium sumens, recte ger-  
minat:

*Dominica in Sexagesima.*

45

gerinet simul vt ipse in perferēdis partibus, fa-  
cile simul & generose certaret, aduersus pariendi  
nexus doloresq;. Postremò si qua incidat neces-  
ritas, vt possint pro se & pro liberis & pro patria  
pugnare. Intellexit vir prudens, quāta rerum pu-  
blicarum pestis sit, otium atque ignavia: contra  
moderatos labores corpora etiam reddere, tum  
firmiora, tum salubriora. Vnde neque virginibus  
permisit in otio viuere, sed has quoque masculi-  
nis exercitijs, quodammodo vertit in masculos, cum in plerisque ciuitatibus per delicias ac  
luxum, masculi transformentur in foeminas. Plut.  
in Lacon.

**DOMINICA IN SE-  
xagesima Euangelium.**

*Cum turba plurima consenseret. Luca. 8.*

**V**Obis datum est nosse mysterium regni  
Dei, cæteris in parabolis, vt videntes non  
videant.) Quæ clara & aperta diuini elo-  
quij verba bonis videntur, eadem obscura viden-  
tur malis. Vide Dominicæ 5. post Pascha, Con-  
cione. 2. ibi, hæc in parabolis Locutus. tomo. 3.

(Semen est verbum Dei.) De efficacia verbi  
Dei copiose agitur. In Introductione fidei. par. 2.  
in Prologo.

F 5 (Semen

(Semen est verbum Dei.) Sed & cibus est quo in hac vita anima pascitur. Vide Dominica. 6. post Pentecosten, Conc. 1. ibi, Quæretis autem forsitan, quis sit iste cibus.tomo.4.

De verbi Dei necessitate & efficacia ibidem Dominica. 11. Concione. 1. ibi, Vt igitur quid Dominus,& Concione.2.ibidem.

Quàm efficax sit verbi Dei semen ad sanandas infirmitates animæ, vide tomo.2.de Sancti. Concione.4.in festo Sancti Dominici in exordio.

De ratione audiēdi verbi Dei, vide Dominica in Passione, Concione.2.in tractatione thematis, & feria.4.post eādem Dominicam Concione.2. §. 1.tomo.2.

Aduerte Dei iudicia.Cum vbique terrarū diseminatum sit verbi Dei semen , diuitiarum, prosperitatis,& aliorum vitiorum causa, in per paucis terris fructificat. Vide copiosè in Introduct. fidei parte.4.Dialogo vltimo per totū. Et to.2. de Sanctis, Concione.3.in festo B. Dominici patris nostri. ibi, Quæ cum ita sint.

Si vis, vt verbi Dei semen in anima tua germinet, ei noxiæ malarum affectionum auelle radices,vt Dei amor tuo crescat in corde. Vide in Add.lib. 1. cap.2. Sed neque hoc sufficit, nisi diuinus & coelestis desuper descendat influxus. Vide feria.6.post primam Dominicam Quadragesima Concione.1.in exordio tomo.2.

(Spinæ

(Spinæ sunt diuitiæ.) Nam vt Gregorius ait, cogitationum suarum functionibus mentem lacerant. Diuitiarum solicitude tollenda suadetur elegatiibus rationibus. Vide Dominica. 14. post Pentecosten, per duas eius Conciones.tomo.4.

Auaritia & ambitione & inanis gloriæ cupiditate fructus bonorum operum , à diuini verbi, semine prodeuntium, impediuntur & suffocantur. Vide feria. 6. post Cineres Concione. 1.in tractatione thematis tomo.2. Contra auaritiam, vide in G. lib.2.cap. 5.

Aduersus nimias temporalium bonorum soliditudines, vide in O. lib. 1. parte.2. cap.3. §.6.7. & 8. Quòd res quanto magis à terra aliena, tanto sit perfectior & magis operatiua , quod & huic intento facilis negotio poterit applicari. Vide in Introductione fidei,parte. 1. cap.27.

Solicitudines iste in orbē nos trahētes, molere faciunt (vt olim Sansoni fecerū Philistai) donec oculis orbatos perimant, ad hoc cōducit luporū similitudo, quæ habetur in Introd. fid. p. 1.c. 14.

(Venit diabolus & tollit verbū de corde corū.) Diaboli officium & astutia, quibus nos perdere nititur explicatur Dñica. 1.in Quadrag. Conc.2. in.2. parte illius Concionis.tomo. 2.

De tripli animarum statu semen verbi Dei recipientiū, ad longū differit tomo. 1. de Sanctis Concione.4. in Purificatione B. Mariae.

Contra

Contra eos qui diuersis curis occupati, verbo Dei nihil proficiunt. Vide tomo. 1. de Sanctis, Concione. 2. in festo Sancti Andreæ ibi, Rete autem sibi fagenam.

(Aliud cecidit super petram.) Deflendū plane est, quām parum fructificet verbi Dei semen. Quāmque parum fructum prædicatores reserāt, eo quod hominum corda, terra deserta & arida & in aquosa reddita sint. Vide Dominica. 4. Ad iuxta vsum fratrum ordinis Prædicatorū, Concione. 2. ibi, Sed quid ego hæc nequiquam.

(A sollicitudinibus suffocantur.) Cor ad temporalia affectum incapax redditur, vt verbū Dei in eo fructificare valeat: qualiter ergo aptandum sit & exercendum, vt verbi Dei semine suscepto idoneum ad fructificandum reddatur. Vide Concione. 4. in festo Pentecostes. ibi, Quod si à me quisquam requirat. Vbi quod hoc sit impedimentum ad Spiritus sancti susceptionem ostenditur, & qualiter tollendum sit traditur.

(Spinæ sunt diuitiae.) Diuitias spinis cōparat: quæ captiuum & irretitum detinent hominem, nē ad coelestia assurgat. Vide Dominica. 2. post Pentecosten, Concione. 1. ibi, Sed cāusas videamus. tomo. 4.

(Qui habet aures audiendi audiat.) Qualiter Dei verbum sit audiendum, & contra eos qui ad concionem accedunt insensibilitate quadam, & de diuina

de diuina Christi Domini eloquētia & doctrina differit. Dominica. 4. post Pentecosten, Concione. 1. ibi, Itaq; pro suggesto nauiculam. to. 4.

Præparanda anima est vt Dei verbum in ea fructificet, & ad hoc faciendum, accedendū cum magno desiderio & auditate. Quibus considerationibus hoc desiderium excitari valeat. ibidem Concione. 2. ibi, Hoc stagnum.

(Fructum afferunt in patiētia.) Patientiæ encomia eleganti similitudine explicantur. Dominica in Albis Concione. 3. ibi, Cum multa sint. tomo. 3.

Patientia qua virtus, Deique amor probatur, ibidem Dominica. 2. Concione. 1. ibi, Sed dicitis forsitan.

Huic Euangilio applicari potest concio. vñica supra Dominica. 4. post octauas Epiphaniæ.

Pro eadem Dominica in Sexagesima, & quæ sequuntur duximus adnotanda ex Collectanea eiusdem de diuitiarū abusū, in illud spinæ sunt diuitiae.

**B**on sophista auaritiam dicebat omnis improbitatis esse metropolim. Stob. sermo. 8. de Industria.

Idem Boristhenites diutes sordidos dicebat ita facultatum suarum curā habere, quasi essent propriæ:

proprietatum ex ijs nihil capere utilitatis, quasi essent alienæ. Laert.lib.4.ca.7.

Idem in diuitem quēdam sordidum ita loquutus est. Hic facultates suas nō possidet, sed ipsum possident facultates. Laert. ibidem.

Chilon philosophus sapientissimus dicere solebat, hominū bonitatē ita auro probari, quemadmodum aurū Lydio lapide. Fulgos.lib.7.ca.2.

Anacharsis cum rogasset quendam, quanta esset spissitudo nauium respondit, quatuor digitorum. Tantillum, ait Anacharsis, à morte sunt, qui avaritia & lucri cupiditate irritati, pernauigant maria, incerti de redditu. Laer.lib.1.c.9.

Socrati tribuitur illud, Nec à mortuo petendū colloquiū, nec ab auaro beneficū. Eraf.lib.8.Apo.

Plato ad quendā accumulandæ pecuniae semper incumbentem; O improbe, dixit, ne possessioni augendæ studeas, sed minuendæ cupiditati. Stob.ser.8.de iniustitia.

Demonax quosdam esse dicebat, qui non in hac præsentि vita viuerent, sed magno studio se præpararent, quasi alteram vitam sint acturi, non hanc præsentem. Notavit autem insatiabilem eorum hominum avaritiā, quibus nil sufficit: quasi post mortem etiam vñi sint nobis per fraudem comparatae diuītiae. Max.ser.12.

Alphōsus Aragonū rex dicere solebat, à Dijs olim Ioue, Neptuno, Plutone omnia trifariā par-

tita

tia fuisse, & sua quēq; sorte parteq; cōtētū agere. At hominib<sup>9</sup> hodie nec quod satis, nec quod minus esset, satis esse. Notavit avaritia & habēdi desideriū oībus innatū. Pauci enī sunt, qui sua sorte contēti viuere cupiāt. Panor.li.de reb.gest.Alph.

Bion inquietabat, diuītis operam dantes ridiculos esse: cūm eas porrigat fortuna, illiberalitas seruet, benignitas auferat. Stob.ser.9 r.

Idem dicere solebat, nō minus molestum esse caluis quam comatis pilos velli. Ostendere autē hoc dictō voluit, paria pauperum diuītumq; tormenta esse. Brus.lib.2.cap.2 6.

Democritus eos qui naturalibus diuītis cōtēti essent, multo ditiones esse ijs dicebat, qui cūm multa possideant, plura tñ concupiscunt. Illis enim nihil deest: ijs plura quam possidēt. Max.ser.12.

Epicurus ad Pitocleam, Si vis (inquit) Pitoclea te diuītem facere, non pecuniae adjiciendum, sed cupiditatibus detrahendū est. Brus.lib.2.cap.2 6.

Anacreon Poëta posteaquā à Polycrate Tyranno quinque talētorum accepisset munus, insomnes duas egit noctes, indeq; cogitatione sollicitus, reddidit ea dicens, Non tanti ea fibi esse, vt tanta cura vexari vellet. Brus.lib.5.cap.17.

Bias Prienæus beatum esse dicebat ex vulgi opinione, qui opes ex animi sententia assequeretur: verum multo beatiorem quine defideraret quidem. Stob.

Epicetus

Epiſtetus interrogatus, quis eſſet inter homines diues? Cui, inquit, ſatis eſt quod habet. Stob.

Socrates interroganti, quiſnam ei videretur ditissimus? reſpondit; Qui paucissimis contentus eſt. Anton. in Melis. par. 1. ſer. 37.

Diogenes Cynicus dicebat, diuitias nihil aliud eſſe, quam velamenta malitiaē diuites enim cum alijs nihilo ſint meliores, tamen peccant licetius. Laert. lib. 6.

Socrates conſpiciens hominem prædiuitem & arroganteū, ſed nulla virtute præditum, Hic, inquit, equas eſt argento circumtectus. Solēt enim equi stragulis, phaleris, ac bullis argenteis exornari, cū interim tamē nihil aliud ſint quam equi.

Idem, nec equo ſine frāno, nec diuitijs fineratione tuto quis vti poterit. Stob. ſerm. 3.

Cicerō luſit in quendam, qui cum prius habitus eſſet ſtultissimus, poſt adeptam hæreditatem prius rogabatur ſententiam. Cuius, inquit, hæreditas quam vocant ſapiētiam. Eraf. lib. 4. Apoph.

Plato felicem & beatam eſſe eam ciuitatem, inquit, in qua iſtæ voces; Meum & non meuim, proferri non audiantur. Eò quod communibus (quoad fieri potest) rebus, quæ quidem alicuius estimationis ſunt, vti ciues debeant. Stob. ſer. 12.

Socrates dicere ſolitus eſt, eum eſſe Dijs ſimiſſimum, qui quam paucissimis egeret, cū Dij omniſſo nullius egeant rei. At vulgus diuites Dijs

proximi-

proximos existimat, quorū delicijs nihil ſatis eſt. Laert. lib. 2.

Idem per forum obambulans cū aspicere mercium copiam, quæ illic vendebantur, ita ſecundum loqui conſuevit: Quām multis rebus ego nō egeo! Aſt alij cruciantur animo ita cogitantes, Quām multa mihi defant. Bruf. lib. 5. cap. 22. In hanc autem ſententiam vſurpabat verſus lambi- cos Poëtæ neſcio cuius;

*Argentea iſthæc vas a ſimil ac purpura,*

*Tragædiarum accommoda hiftriοibus.*

*Sunt, ad beatam conferunt vitam nihil.*

Laert. libro. 2.

Scipionem minorēm narrant, annis quinqua- ginta quatuor quibus vixit, nihil emiſſe, nihil vendidiſſe, nihil ædificasse: libras autem argenti triginta tres, auri duas in ampla domo reliquissæ: idque cum potitus eſſet Carthaginē, militesque dītaſſet plus cæteris ducib⁹ omnibus. Plut. in Rom. Apoph.

Lycurgus Lacedæmoniorum legislator interrogatus, quam nobrem ſtatuiſſet, vt ad ædium culmen imponendum fabri ſecuri vteretur: ad fore ſe vero addendas ſola ſerra, nec villo alio instrumen- to. Vt, inquit, ciues mediocritate in omnib⁹ quicq; in ædes inſerunt, ſequantur: neque quicquam ha- beant earum rerum, quæ apud alios ſunt admi-

G rationi.

### *Annotationes in Euangelia.*

rationi. Videbatur enim parum decorum esse, si per ostium rude supplex inferretur exotica, pretio cara, arte operosa, &c. Plut. in Lacon.

Democritus audiens quendam de paupertate sua conquerentem: Si non multa desideres, paucatibi multa videbuntur. Desiderium enim contractum, paupertatem diuitijs æquipollentem reddet. Anton. in Melis. par. 1. ser. 33.

Socrates ab Archelao vocatus, ut qui ipsum ditare vellet, ei renuntiari iussit: Quod farinæ chœnices quatuor obolo venirent Athenis, & fontes aquam funderent. Nam si res meæ (dicebat) mihi nō sufficiunt, at ego ipsis sufficio: & sic etiam ipse mihi. Stob. ser. 9. 5. ex Arrianis scriptis.

Aristides ille iustus, cū diues quidam paupertatem ei obijceret, dixit: Mihi quidem nihil adferret mali paupertas: tibi vero diuitiæ non paucas perturbationes. Anton. in Meli. par. 1. ser. 33.

Diogenes paupertatem appellabat virtutem quæ per se discitur. Diuitibus opus est multis præceptis, ut frugaliter viuant, ut corpus exerceant laboribus, ne corporis ambitioso cultu delectentur, aliaque innumera, quæ omnia seipsum docet paupertas. Stob. ser. 93.

Idem paupertatem esse dicebat subsidium ad philosophiā. Nam quæ philosophia verbis persuadere conatur, ea paupertatem in ipsis cogere. Stob. vbi sup.

Apollonius

### *Dominica in Sexagesima.*

50

Apollonius dicere solebat, paupertatem secundum naturam nequaquam turpem esse: turpi autem de causa pauperem esse, dedecus & flagitium esse indignissimum. Anto. par. 1. ser. 33.

Diogenes Cynicus cum iam in dolio habitaret, accessit ad eum Alexander rex, & hūc in modum ait: Adsum, ô Diogenes, tibi subuenturus, quandoquidē video te multis egentē. Cui Diogenes: Vter noster pluribus eget? ego qui ultra peram & palium nihil desidero, an tu qui nō contentus patro regno, tot periculis temet obijcis, ut latius imperes, adeo ut vix totus orbis tuæ cupiditati videatur satis futurus? Laërt. lib. 6.

Democritus interrogatus, quomodo quis diues fieri posset: Si (inquit) cupiditatū pauper erit. Max. ser. 12.

### *In huius Dominicæ Oratione*

Christum Domini appellat Ecclesia Doctorem gentium, eo quod hac sublimi parabola in huius diei Euāgelio cōtenta, sic gētes doceat instruat, & qua attētione verbū Dei audire debent & quo corde ostendat, non ergo abs te erit de doctōrū & magistrorū, discipulorum & auditorū hīc attexere quæ sequuntur ex libro Collectaneorū eiusdē, quæ facili negotio peritus concionator, his quæ dicere instituerit circa huius Euangelij materiā applicare poterit.

G 2 Alexan-

**A** Lexáder interrogatus vtri magis foret affectus, I'philippo patri, an Aristoteli magistro respondit, ille mihi vt essem causa fuit hic vt bonus essem.

Diogenes Athenas profectus, ad Antisthenē se contulit: à quo s̄aþe repulsus (nullum enim discipulum recipiebat Antisthenes) non deslitit tam hærere ad eo vt cum aliquando baculum intentaret Antisthenes, vltro baculo caput subieci, dicens; Cædi si vis, at nullum inuenies baculum tam durum quo me abste abigas, dum aliquid dixeris, insigne exemplū amate sapientia. Laert. lib.6. cap.2.

Metrocles dicebat, res alienas emi pecunia, vt domini, vel tem & alia: disciplinas autem liberales emi tempore, requirunt enim diuturnum studiū, & indefessam diligentiam. Laert. lib.6.c.6.

Demosthenes summus ille orator, tanta diligentia versatus est in oratoria, vt nullam aliā ob causim magis se dolere dixerit, quam si quando opificū antelucana vietus esset industria. Cicero lib.4. Tusc. quæst.

Antisthenes cum adolescēs quidam Ponticus genere, se in numerū discipulorum suorū accipit, cuþeret, patri querēti, quibus rebus esset opus, libro, siquid, nouo, stylo nouo, nouaque tabella, significans animatum à vitis vacuum, studium vigen, & memoriā fidelen: Laert. lib.6.

Si talem

Sitalem desiderat auditorem mundanā scien-  
tia, qualem desiderabit Dei verbum vt in anima  
fructificet.

Demosthenes cū quodam tempore populus obstreperet dicenti, ait se breue quidam velle eis narrare. Facto multitudinis silentio, Adolescens, inquit, estiō tempore asinum conduxerat, ab Athenis Megarā vlsque, Sole vero circa meridiē vehementer æstuante, vterq; volebat subire umbram asini, sed vterq; alterum prohibebat, hic dicebat, asinum conductum non umbram, alter contendebat per conductionem & asini & umbram ius esse factum, atq; hęc locutus Demosthenes, abiit ē suggesto. Populo vero retinēti, ac narrationis finem flagitanti: De asini, inquit, umbra audire vultis, de rebus seris loquentem audire nō vultis. Eraf, de asini umbra.

## DOMINICA IN Quinquag. Euangeliū.

*Affumperit Iesus duodecim discipulos suos.*

*Luce. 18.*

**E**cce ascendimus Ierosolymam.) Qualis sit Ecclesiis Ierusalem ad quam per passiones labores ascendendum in G. lib.1. cap. 9. & in Q. meditatione 2. pro die Sabbati, & in M. tractatu.1. cap. 2.

G. 3. Sanctus.

Sanctus Marcus ait, quod in hoc itinere præcedebat eos Iesus, ut in hac celeritate desiderium pro nostra salute patiënti insinuaret, vide Dominica in Rāmistro. 2. per omnes eiusdem Dominicæ conciones, & quæ nos ibidem annotamus, vide etiā tomo. 1. de Sanctis Concione. 2. in Purificatione B. Mariae in principio. De passione Dñi vide quæ annotamus fer. 6. in Parasceue.

Ad peccati odium nos passionis Christi inducit memoria, vide Dominica in Passione Concione. 3. in principio. tomo. 2.

(Ecce ascendimus Ierosolymam.) Quod totis nostris viribus & cogitationibus fit ad cœlestem Ierusalem anhelandum, vide in Ascensione Concione. 2. parte. 2. tomo. 3.

(Consummabuntur quæ dicta sunt per Prophetas.) Quare voluerit Deus vt vsq; ad minima omnium Prophetarum de ipso vaticinia implerentur, habetur eleganter Dñica in Ramis Concione. 2. §. 1. & Concione. 3. per totum agitur de nostræ redēptionis beneficio, tomo. 2.

(Afflūpsit duodecim secretò.) Et Iudas qui intra duodecim numerum erat, hoc beneficio affectus est, ut particeps fieret secretorū Dñi, & tanto fuit apud cœlestem regem in honore, ut inter eos qui ipsi erat (vt vulgo dicitur à cubiculis) computaretur; inde tamen sua culpa in summū ignominie locum deturbatus est, qui stat ergo videat

ne

ne cadat: In quanto versemur nostræ salutis pericolo, insigni historia & notanda explicatur, to. 1. de Sanctis Conc. 2. in Visitacione B. Mariae ibi, posthac igitur. Quare Iudā suorum secretorum fecit participem quæ probè nouerat proditorē futurū, to. 2. de Sanctis Conc. 1. Sancti Bartholomæi. §. 3.

De principio huius Euangelij, vide feria. 4. post. 2. Dominicam Quadragesimæ cuius feria Euangelij principiū cum huius Dominicæ Euangelij principio cohæret, vbi Conc. 1. parte. 1. late differit qualiter nos ante tēpestates præuenire debeamus. De secunda vero parte huius Euāgelij in qua de cæci illuminatione agitur, vide feria. 4. post 4. Dñicam Quadrag. Conc. 2. per totā, vbi triplex peccatorum cæcitas explicatur, tomo. 2.

(Qui præibant increpabant eum.) Hoe certo sibi quisq; statuat si voluerit ad Christū accedere vt suæ lucis virtute eius expellat ab anima cæcitatem nō de futurum illi bela & tētationes, neq; de futurū qui illi hypocrisis opponant vitium, vide in M. in. 1. bene viuēdi regula. §. 1 3. & Dñica. 1. in Quadrag. Conc. 1. in princ. post exordiū, tom. 2.

Increpant eum ne à Dño lucē petat qui autor lucis est, vtiq; ignorantes Dei nostri benignitatē, qui in die tribulationis dū inuocatur se honorari fatet. Quod Deus honori ducat quod in nostris necessitatibus eū imploremus, vide in rogationibus Conc. 2. in f. ibi, Habet etiā insigne. to. 3.

G 4 In eadem

**I**n eadem Dominica in Quintagesima & quæ sequuntur duximus adnotanda de coelesti ciuitate Ierusalem ad quam properamus, ex lib. Collectancorū eiusdem.

**B**las Pienaeus beatum quidem eum esse dicebat, qui & diues esset, & cupitis potiretur. Verum qui ita animo suo imperasset, ut nihil desideraret, eum longe beatiorem fore. Max. ser. 3. de Castitate.

Cum ex Socrate esset quæstum an Archelaū Perdicę filium, qui tum fortunatissimus habebatur, beatum putaret? Haud scio, inquit: nunquam enim cum eo locutus sum. An tu aliter scire non potes? Nullo modo. Tuigitur ne de Persarum quidem rege magno potes dicere beatus ne sit? An ego possim, cum ignorem quam sit doctus, quam vir bonus? Quid tu in eo sitam beatam vitam putas? Ita prorsus existimo bonos beatos, improbos miserios. Miser ego Archelaus. Certè si iniustus. Cic. 5. Tusc.

Diogenes Cynicus Alexandro roganti, ut diceret, siquid ei opus esset? Nunc quidem paululum, inquit, à Sole absis. Officiebat videlicet apri canti. Et is quidem disputare solebat, quantum regem Persarum vita fortunaque superaret: sibi nihil deesse, illi nihil satis vñquam fore. Se eius voluptates non desiderare, quibus ille nunquam

satiari

satiari posset: suas eum cōsequi nullo modo posse. Cicer. 5. Tuscul.

Quis copum non attingunt, hi vulgo frustrati dicuntur. At Diogenes negavit illos frustrati, qui aberrarent à scopo: sed eos qui curas suas ad voluptatem, velut ad scopum dirigerent. Nam ab his petunt beatitudinem, per quam veniant in suminam misericordiam. Laert. lib. 6.

Cum quis Socrati diceret, magnum esse compotem eorum fieri, quæ cuperet, respondit: Sed multo maius est, ne cupere quidem. Alian. lib. 6. de var. histor.

## FERIA QVARTA Cinerum Euang.

¶ Cum ieunatis nolite fieri sicut hypocrite.  
Matth. 6.

**D**E intentione bonorum operum, qua intentione facienda sint, ne ex sinistra intentione bona opera suo careant premio. Vide in Add. cap. 12. & quæ adnotamus in communione confessorum in illa verba si oculus tuus fuerit simplex.

Nolite thesaurizare, Non prohibemur dignitas habere, sed suademur ne illis cor apponamus.

Vide in prolog. Add. contra Auaritiam, præter ea quæ adnotauimus Dominica in Sexagesima, in illa verba, spine sunt diuitiæ. Vide etiam contra terrenarum diuitiarum nimias sollicitudines Dominica. i. 4. post Pentecosten per duas illius Dominicæ Conciones tomo. 4. & tom. 1. de Sanctis, Concione. 2. Sancti Matthiae Apostoli. §. 2. Vbi est thesaurus tuus ibi & cor, nam anima plus est vbi amat quam vbi animat. Vide in Add. capite. 3.

Sub themate. Conuertimini ad me in toto cor de vestro. Efficax exhortatio ad conuersionem habetur in M. parte prima, tractatu. 1. & 2. to-tum integrumque cor sibi vult Dominus exhiberi, in Add. libro. 1. capite. 3. & 4. de cordis custodia, ibidem capite. 13. & in O. parte. 2. cap. 2. §. 3. De poenitentiæ partibus, vide in Concionibus de poenitentia, Concione ultima in fine to-mi. 1. vbi de eius fine & fructibus agitur. Ad poenitentiam suademur Dominica Quarta Aduen-tu, iuxta morem Romanum, Concione. 3. §. 4. & in duabus primis Concionibus de poenitentia, to-mo. 1. in fine.

Scindite corda vestra, quæ mala ex obdurate corde sequantur. Vide Dominica. 9. post Pente-costen, Concione. 2. ibi. Sed Iudeos missos, to-mo. 4. Hoc à peccatores Deo offerri potest sacri-ficium cor contritum, vide tomo. 2. de Sanctis, Cóncio-

Concione. 1. in festo Sanctæ Mariæ Magdale-næ, ibi, Hoc ergo pudoris velamine.

(Cum ieiunatis.) De laudibus ieiunij copiosus est tractatus in O. tractatu. 2. & post ferias Rogationum tomo. 3. inter sermones de tempore, & in G. libro. 2. capite. 15. vbi explicatur epistola hodierna.

(Cum ieiunatis non eritis sicut hypocritæ tri-stes.) Honor virtutem sequitur, vana tamèn hic gloria fugienda suadetur, sed si ex virtutis operæ honor non per se intentus sequatur, hoc non prohibetur. Vide tomo. 2. de Sanctis, Concione 1. Sancti Iacobi. §. 1. & 2. & Concione. 2. in prin-cipio eleganter, & §. 3. ibidem. notanda ad hoc propositum historia adducitur.

Nolo mortem peccatoris, ex epistola hodie-rra, quo affectu Dominus nostram desiderat sa-lutem, & qualiter de nostra doleat perditione, Prophetarum testimonij ostenditur Domini-na. 9. post Pentecosten, Concione. 1. ibi, Ex his au-tem Domini.

(Scindite corda vestra.) Cordis obdurati, gra-uitas & malum, ipsius obdurationis remedia ape-riuntur Dominica. 11. post Pentecosten, Con-cione. 2. per totam tomo. 4. Concionum.

**In eadem feria Quarta Cine-**

rum sub thème, Memento homo quia cinis-  
es. De humāng vitæ miseria & instabilitate, &  
de mortis consideratione, & quæ sequuntur  
duximus adnotanda, quæ etiam ad Concio-  
nes in funeribus defunctorum deseruirent.

**D**e mortis memoria & de his quæ illam antecedunt & sequuntur ex professo tractat  
noster author in G.lib. 1. cap. 7. & cap. 29.  
per totum. & in O. meditatione 2. proferia. 2.

Hac celebri cineris ceremonia hominis de-  
struitur superbia. Vide in G.lib. 2. cap. 4.

Hominis compositione compositioni vilissimi  
animalis cōparatur, in Introd. fidei, part. 1. c. 24.

Humanae vite conditionem amplificat noster  
author ex Olorio in Rhetoricalib. 3. cap. 3.

Quod laudabilis sit & sancta Ecclesiæ consue-  
tudo qua funeralibus poincis ytitur in fidelium  
funeribus exemplo fornicate ostendi potest, quæ  
inter omnia animalia de suorum defunctorum  
curat sepultura. Vide Introductione fidei, par. 1.  
cap. 14. & 15.

Animalia quædam tempora & faciem cœli di-  
numerare norunt, & contra ingruentes procel-  
las se preparant ut suo modo exemplo doceant, ad  
noxius tempestatem nostras preparare animas.  
Introductione fidei, part. 1. cap. 28.

In

**I N E V A N G E L I V M.**

**¶** *Dixit Martha ad Iesum (in illud) Qui credit  
in me vtiā si mortuus fuerit vniuersus.*

**B**oni in morte, resurrectionis spe cōsolātur,  
in qua mali torquentur. Vide tom. 3. Con-  
cionē vñica in die sancto Resurrectionis, ibi.  
Hactenus Euangelicam. Vbi locus ille Job; Scio  
quod Redemptor meus viuit, eleganter explicat-  
tur, & à partibus & circumstantijs amplificatur,  
quod hac vna spe Job in sterquilino consolabat-  
ur. Vide etiam tom. 3. Concio. Dominica. 3. post  
Pascha, Concio 1. ibi. Adde his intimum.

Corporum resurrectio probatur ad longum  
& eleganter, quod locus ille Job explicitur; Et in  
carnie iuxta videbo Deum Salvatorem meum. to-  
mo. 3. Concio. Dominica in Albis, Concionē. 3.  
ibi. Sed quia non nulli sunt.

Corporis delitiae in vermes in sepultura con-  
uertentur. Vide tom. 3. Conci. Dominica. 3. post  
Pascha, Concionē. 2. ibi. Cur vero dicitur. Vbiele  
gantibus versibus titulorum qui ad defunctorū  
ponuntur tumulos vanitas de pingitur. Vbi &  
qualem post mortem in aliorum animaꝝ sint habi-  
tur sortem explicatur.

Forinabilis fuit Sanctis mortis ora, & tem-  
pus reddendi rationē anteacte vitæ horribile vi-  
debatur,

debatur. Vide tom. 4. Concio. Dominica. 8. post Pentecosten, Concione. 1. ibi. Hoc igitur exemplo. Huius formidinis ratio ostenditur Dominica. 1. post Pentecosten, Concione. 2. in prin. to. 4.

Brevis sed elegans ad mortis horam præparatio exhibetur, to. 4. Conc. Dominica. 8. post Pentecosten, Concio. 1. ibi. Nunc ergo fratres in potestate nostra est in mortis hora instabunt demones accusantes, & ad desperationem incitantes. Vide in quo salutis discrimine tunc eris, qui hic oscitans viuis, ad illamq; horam te præparare negligis, tom. 4. Concio. Dominica. 9. post Pentecosten, Concione. 1. ibi. Itaq; cum vnoquoq; eorum.

Vita fluui defluenti comparatur, mors in tergo semper aliquid de vita decerpit, unde cum interrogatur quot habemus annos, respondemus tot nos habere; cū potius esset respondentū tot ē nostra vita defluxisse deessetq; to. 4. Conc. Dominica. 13. post Pentec. Conc. 2. ibi. Quod si dicas.

De vita nostræ inconstantia & de his qui in aliud tempus poenitentiam differunt. Vide Dominica. 15. post Pentec. Concione. 1. ibi. Cum ergo Dominus appropinquaret. tomo. 4. Conc. & in tractatione thematis ibidem docemur qualiter ad mortis horam nos præparare debeamus.

Sub mortis hora incerta sors animum cruciat, tom. 4. Concio. Dominica. 16. post Pentecosten Concione, ibi. Ut autem homines ab huius vitij.

*Quam*

Quam fragilis, & miserijs obnoxia nostra vita sit, tom. 4. Concio. Dominica. 18. post Pentecosten, Concione. 2. ibi. Dominus autem ne hac.

Concio funebris integra habetur in fine tomi 4. Concionum.

Quam felix & placida piorum, & quam misera impiorum sit mors ostenditur Simeonis exemplo, tom. 1. de Sanctis, Concione. 2. in Purificazione B. Mariae, à §. 1. vsque in finem.

Mortis incerta ostenditur hora, tom. 2. de Sanctis, Concione. 1. in communi Virginum in illa verba, Media autem nocte clamor factus est, lege vsq; ad. §. 1. exclusiè, & deinceps vsq; ad finē Cōcionis de finis ultimi & mortis agitur in memoria.

Sanctam & inculpabilem vitam sancta sequitur mors, vt videre est in Sancto Andræa, qui sub ipsa mortis hora, nō solum morsum non timuit, quinimo cruce aspecta in qua moriturus erat summopere exultauit. Vide tomo. 1. de Sanctis, Concione. 1. eiusdem festi. §. 1.

Sancti morte ipsa duriorem sentiebant à Dei presentia exiliū ut semper ea esset in eorum cordibus vox, heu me, quia incolatus meus prologatus est: ea erat eorum in Deum charitas, E contra mali cum mundi terreno amore teneantur, ad mortis memoriam expuescunt. Vide hoc de Sancto Ioanne Evangelista, Concione. 1. festi eiusdem tomo. 1. de Sanctis.

*Quam*

Quam breuis & fragilis inconstansque humanae vitae gloria sit ostenditur, tomo. 2. de Sanctis, Concio. 1. in Natiuitate Beatae Mariæ post exordium.

Qua vigilantia nos ad mortem debeamus preparare, ne inopinatos mors inueniat, viatores & non incolas nos considerantes. Vide tomo. 2. de Sanctis Concio. 1. in Communii confessorum. §. 1. Quod viatores simus in hac vita. Vide tomo 2. de Sanctis Concio. 2. in Assumptione Beatae Mariæ. §. 3.

Vita breuitas & inconstantia explicatur, feria 6. post. 4. Dominicam in Quadragesima, Concio. 1. ibi, Postquam ergo Dominus.

In eadem feria Quarta, ex libro Collectaneorum eiusdem, & quæ sequuntur duximus apponenda de mortis consideratione.

**M**ors quam pertimescimus, ac recusamus, intermittit vitam non eripit. Veniet iterum qui nos in lucem reponat dies. Sed postea diligentius docebo, omnia que videntur perire, mutari. A quo animo debet redditurus exire. Observa orbem terrarum in se remeantium: videbis in hoc mundo nihil extingui, sed vicibus descendere, ac resurgere. Epistola. 36.

Quem-

Quemadmodum nouem mensibus nos tenet maternus uterus, & præparat non sibi, sed illi loco, in quem videmur emitti, iam idonei spiritum trahere & in aperto durare, sic per hoc spatum quod ab infantia patet in senectutem, in aluum naturæ sumimur, & tanquam partum alia origo nos expectat, alius rerum status. Non dum coelum, nisi ex interuallo pati possumus. Proinde intrepidus horam illam decretoriam prospice. Non est animo suprema, sed corpori. Quicquid circa te iacet rerum tanquam hospitalis loci sarcinas spectat. Transfundum est. Excudit redeuntem natura, sicut intrantem. Dies iste quem tanquam extremum reformidas, æterni natalis est. Depone onus. Quid cunctaris, tanquam non prius quoque relicto, in quo latebas corpore, exieris? Heres & reluctaris, tum quoque magno nisu matris expulsus es. Gemis ploras: & hoc ipsum flere nascentis est. Sed tunc debebat ignosci, rudis & imperitus omnium veneras, ex maternorum viscerum calido mollique fomenta emissum, afflavit aura liberior. Deinde offendit dura manus tactus, teneraque adhuc & nullius rei gnarus obstupuisti inter ignota. Nunc tibi non est nouum separari ab eo, cuius ante pars fueris: a quo animo membra iam superuacua dimitte, & istud corpus inhabitatum diu, pone. Scindetur, obruetur, abolebitur. Quid contrista-

H  
ris?

ris? Ita solet fieri: Pereunt s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> velamenta nascen-  
tium. Quid ista sic diligis, quasi tua? Iste opertus  
es. Veniet qui te reuelet dies, & ex contubernio  
foedi, atque olidi ventris educat. Hinc nunc quo-  
que tu quantum potes subuola: ab alijs (nisi quæ  
necessariò cohærebunt) alienus. Epist. 103.

Quis sine querela moritur? Quis extremo die  
dicere audet. Vixi, & quem dederat cursum for-  
tuna, peregit? Quis non recusans? quis non gemēs  
exit? Atque hoc ingratit est, non esse conten-  
tum pr<sup>et</sup>erito tempore. Semper pauci dies erunt.  
Quantumcunq<sup>ue</sup> est, boni consule. Ut prolon-  
getur tibi dies mortis, nihil proficit ad felicita-  
tem: quoniam mora non fit beatior vita, sed lon-  
gior. Quanto satius est gratum aduersum perce-  
ptas voluptates, non aliorum annos computare,  
sed suos benigne aestimare, & in lucro ponere?  
Hoc me dignum iudicauit Deus. Hoc satis est,  
Potuit plus: sed hoc quoq<sup>ue</sup> beneficium est. Lib. 5.  
de Ben. cap. 17.

In hoc enim fallimur, quod mortem procul  
esse coniçimus; magna pars eius iam pr<sup>et</sup>erijt:  
quicquid ætatis retro est, mors tenet. Dum differ-  
tur vita, transcurrit. Epist. 1.

Quotidie morimur, quotidie enim demitur ali-  
qua pars vitæ: & tunc quoque cum crescimus, vi-  
ta decrescit. Infantiam amisimus; deinde pueritiā,  
deinde adolescentiam: vsq<sup>ue</sup> ad hesternum, quic-  
quid

quid transiit temporis, perijt. Hunc ipsum quem  
agimus diem, cum morte diuidimus. Quemad-  
modum clepsydram non extreum stillicidium  
exhaurit, sed quicquid ante defluxit: sic ultima  
hora qua esse definitus, non sola mortem facit,  
sed sola consummat. Tunc ad illam peruenimus,  
sed diu venimus. Epist. 24.

Incertum est quo loco te mors expectet. Itaq;  
tu illam omni loco expecta. Epist. 26.

Ante senectutem curauit bene viuerem: in se-  
nectute, vt bene moriar. Bene autem mori est li-  
benter mori. Ut satis vixerimus, nec anni nec dies  
faciunt, sed animus. Epist. 62.

Citius mori, aut tardius, ad rem non pertinet:  
bene mori, aut male, ad rem pertinet: bene au-  
tem mori, est effugere male viuendi periculum.  
Epist. 71.

Nemo nostrum cogitat quandoque sibi ex  
hoc domicilio exeundi. Sic veteres inquilinos,  
indulgentia loci, & consuetudo etiā inter injurias  
detinet. Vis aduersus hoc corpus liber esse? Tan-  
quam migratus habita: propone tibi quādoq;  
hoc cōtubernio carendū, fortior eris ad necessita-  
tem exeundi. Sed quemadmodū sius finis veniet  
in mentem, omnia sine fine concupiscentibus?  
Nullius rei meditatio tam necessaria est. Alia  
enim exercentur fortasse in superuacuū: aduersus  
paupertatem pr<sup>ap</sup>aratus est animus, permane-

re diuitiae ad contemptum nos doloris armamimus, nunquam à nobis exegit huius virtutis experimentum integri ac sani fœlicitas corporis: ut fortiter amissorum desideria pateremur, precepimus nobis: omnes quos amabamus superstites fortuna seruauit: huius vnius rei usus qui exigit dies veniet. Epist. 7. 1.

*Noa est res magna viuere: omnes serui tui viuunt, omnia animalia. Magnum est honeste mori, prudenter, fortiter. Nonne tibi videbitur stultissimus omnium, qui fleuerit quod ante annos mille nō vixerat? Æque stultus est qui flet quod post annos mille non viuet. Hæc paria sunt, non eris, nec fuisti. Vtrumq; tempus alienum est. In hoc punctum coniectus es: quod vt extendas, quo usq; extēdes? Èo ibis quo omnia cuncta. Quid tibi nouum est? ad hanc legem natus es, hoc patri tuo accidit, hoc matri, hoc maioribus, hoc omnibus ante te, hoc omnibus post te. Series inuicta & nulla mutabilis ope illigat ac trahit cuncta. Quātus te populus moriturorum sequetur, quātus cōmittabitur. Fortior, vt (opinor esse) si multa millia tibi commorerentur. Atqui multa hominum & animalium hoc ipso momento, quo tu mori dubitas, animam varijs generibus emittunt. Tu autem non putabas te aliquando peruenturū ad id, ad quod semper ibas. Nullū sine exitu iter est. Epist. 7. 8.*

Mors

Mors inter illa est, quæ mala quidem nō sunt, tamen habent mali speciem. Sui amor est, & permanendi conseruandi; se insita voluntas atque aspernatio dissolutionis: quia videtur multa nobis bona eripere, & nos ex hac, cui aſſueimus rerū copia educere. Illa quoq; res morti nos alienat, quod hæc iam nouimus: illa ad quæ transiſtū ſumus, neſcimus qualia ſint: & horremus ignota. Naturalis præterea tenebrarū metus est, in quas adductura mors creditur. Epist. 8. 3.

Æquat omnes cinis, impares naſcimur, pares morimur. Idem de vrbibus, quod de vrbium incolis dico. Tain Ardea capta, quam Roma est. Conditor ille iuris humani, non natalibus nos, nec nominum claritate cōſtinxit, niſi dum ſumus. Vbi vero ad finem mortalium ventum est, diſcede inquit, ambitio. omnem quæ terram præmunt ſeries vna est. Ad omnia patienda pares ſumus: Nemo altero fragilior est, nemo in crastinum ſui certior. Alexander Macedonū rex, diſcre Geometriam infelix cooperat: ſciurus quā puſilla terra eſſet, ex qua minimū occu-pauerat. Ita dico infelix, ob hoc quod intelligere debebat, falſum ſe gerere cognomen. Quis enim eſſe magnus in puſillo poterit? Epist. 9. 2.

Non videmus quam multa nos incommoda exagitent, quam male nobis conueniat hoc corpus. Nunc de ventre, nunc de capite, nunc de pe-

H 3 etore,

*Annotationes in Euangelia.*

Etores, ac faucibus querimur. Alias nerui nos, alias pedes vexant. Nunc deiectione, nunc distillatio. Ali quando supereft sanguis, aliquando deft. Hinc atque illinc tentamur, & expellimur. Hoc eueneri solet in alieno habitantibus. At nos corpus tam putre fortiti, nihilominus æterna proponimus: & in quantum potest ætas humana protendi, tantum spe occupamus, nulla contenti pecunia, nulla potentia. Quid hac re fieri impudentius, quid stultius potest? Nihil satis est morituris: imo morientibus. Quotidie enim proprius ab ultimo stamus, & illò vnde nobis cadendum, hora nos omnis impellit. Vide in quanta cæcitate mens nostra sit. Hoc quod futurum dico, nunc maxime fit, & pars eius magna iam facta est. Nā quod viximus tempus eo loco est, quo erat antequam viximus. Erramus autem qui vltimum timemus diem, cum tantudem in mortem singuli conferant. Non ille gradus laſitudinem facit, in quo deficimus, sed ille profitetur. Ad inmortem dies extremus peruenit, accedit omnis. Carpit nos illa, non corripit. Ideo magnus animus, conscientia sibi melioris nature, dat quidem operam, vt in hac statione qua positus est, honeste se atque industria gerat. Cæterum nihil horum quæ circa ipsam sunt, suum iudicat: sed vt commodatis vtitur peregrinus & properans. Epift. 121.

Minimū est de quo sollicitissime agitur. Quid enim

*Feria Quarta Cinerum.*

60

enim ad rem pertinet quandiu vites, quod euitare non possit. Epift. 9.

Excessit filius tuus terminos, intra quos seruit. Exceptit illum magna & æterna pax, non paupertatis metu, non diuitiarum cura, non libidinis per voluptatem animos carpentis stimulis incessit, non inuidia felicitatis alienæ tangit, nec suæ premitur, nec conuitijs quidem ullis verecundæ aures verberantur: nulla publica clades conspicitur, nulla priuata, non solicitus futuri pendet ex euentu, semper in deteriora dependenti. Tandem ibi constitit, vnde nihil eum depellat, vbi nihil terreat. O ignaros malorum suorum, quibus non mors vt optimum inuenit naturæ laudatur: quæ siue felicitatem includit, siue calamitatem repellit, siue societatem aut laſitudinem senis terminat, siue iuvenile ævum, dum meliora sperantur, in flore deducit, siue pueritiam ante duriores gradus reuocat, omnibus finis, multis remedium quibusdam votum, de nullis melius merita, quam de his ad quos venit antequam inuocaretur. Hæc seruitutem inquit domino remittit. Hæc captiujorū cathenæ leuat, hæc è carcere educit, quos exire imperium impotens vetuerat. Hæc exulibus in patriam semper animum oculosque tendentibus ostendit, nihil interesse in qua terra quis iacet. Hæc vbi res communes fortuna male

H 4 diuinit,

diuīst, & æquo iure genitos, alium alijs donauit, exæquat oīnnia. Hæc est, quæ nihil quicquam alieno fecit arbitrio. Hæc est in qua nemo humilitatem sensit. Hæc est quæ nulli paruit. (Et infra) Cogita quantum boni opportuna mors habeat, quām multis diutius vixisse nocuerit. Si Gn. Pompeium decus istius firmamentumque imperij, Neapolis fortuna abstulisset, indubitatus populi Romani princeps excederat. At nunc exiguī temporis adiectio, fastigio illūn suo depulit. Vidi legiones in conspectu suo cæsas, vidi Agyptium carnificem, & sacrosanctum victoribus caput satelliti præstítit, etiā si in columnis, fuisse poenitentiam salutis actuaus. Quid enim erat turpius, quam Pompeium viuere beneficio regis? M. Cicero si eo tempore quo Catilinæ cīcas denitauit, quibus pariter cum patria petitus est, concidisset, liberata Repub. conseruator eius: si denique filia sua funus secutus fuisset, tunc felix mori potuit. Non vidisset strigos in ciuilia capita mucrones, nec diuīsa percussoribus occisorum bona, vt etiam de suo perirent, non hastam consularia spolia vendentem, nec cædes, nec locata publicè latrociniâ bella, rapinas trium Catilinarum. Lib. de Consolatione ad Martiam. cap. 19. & 20.

Lex vniuersi est, quæ iubet nasci, & mori. Ex Publ. Mi.

Mori

Mori est foecis antequam mortem inuocet. Ex eodem.

Omnis dies velut ultimus ordinandus est. Ex eodem.

Aristides philosophus, qui ob peculiares virtutes Iustus cognominatus est, interrogatus, quatenus deceat hominē viuere? Tantisper, ait, dum deprehendat emori præstare, quām in tot calamitatibus viuere. Stob.

Theophrastus accusasse naturā dicitur, quod ceruis, & cornicibus vitam diurnam (quorum id nihil interesset) hominibus vero (quorum maximum interfuerit) exiguum dedisset: quoruī ætas (si potuisset esse longinquier) futurum fuisse, vt omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum vita erudiretur. Brus.lib.3.cap.31.

Pyrrho Eliensis philosophus admirari solebat illum Homeri versiculum præ cæteris.

Tale quidē genus est hominū, quale est foliorum, Quòd videlicet alijs defluentibus, alia succedant. Sentiens in rebus humanis nihil esse diurnum, aut stabile. Laert.lib.9.c. 11.

Philosophus quidam interrogatus, qualis esset hominis vita, cum parumper se ostendisset, mox se abscondit. Quo indicare voluit, momentaneam, ac per breuem esse hominum vitam. Rodolphus lib. 1. cap. 24. de Inuentione.

Octavius Augustus Romanorum imperator,  
H 5 cum

cum sentiret imminere mortem, admissos amicos percōtabatur, ecquid ipsis videretur minimum vitæ sat commode trāsegisse? Cum enim ab Augusto imperio ad puluerem se, deposita imperatoris persona, redactum esse cerneret, vitam hanc fabulæ simillimam esse hac interrogatione designauit. Ex Suet.

Pericles, qui tot præclaras res gesit apud Athenienses, magistrum habuit Anaxagoram: cuius præceptis fertur frequentissimè usus, non modo in rebus urbanis, verum etiam bellicis. In quibus cum esset intentus, audiretque, Anaxagoram diuturnæ vitæ tædio per inediā mortem sibi concire, ad eum confessim aduolauit, & supplex precibus lachrymisque orauit, ut si non sibi, saltem Pericli viuere vellet, quem consiliorum socium in Republ. optaret. Ex Franci. Sen. lib. 2. de Institut. Reipubl.

*Mortalis nemo est, quem non attingat dolor  
Morbusque: multi sunt humandi liberi,  
Rursus creandi, morsque est finita omnibus:  
Quæ generi humano angore nequicquam afferunt.  
Reddenda est terra terra: tum vita omnibus  
Metenda ut fruges: sic iubet necessitas.  
Ex 3. hb. Tuscu. Cicer.*

Fredericus

Fredericus Romanor. Imperator, interrogatus aliquando, quid homini optimum possit continere? respondit. Bonus in hac vita exitus. Sensit autem iuxta Solonis elogium, Neminem ante finem beatum prædicandum. Æneas Sylu. lib. 4. comment. in res gest. Alphon.

Antigonus videns militem quendam, alioquin strenuum, & ad pericula promptum, parum bene affecto corpore, rogauit, quid palleret? Illo confessò morbum occultum, iussit medicis, vt si qua fieri possit, adhiberent remedia. At miles iam morbo liber, coepit detrectare pugnam, minusque prompte semet obijcere periculis Rex admiratus, interrogauit illum, quænam esset mali tati animi causa? Tum miles: Tu ipse, inquit, in causa fuisti. Cum enim afflictè viuerem, non magnopere metuebam tali vitæ, nūc cum tua opera mihi vita facta sit charior, magis caueo ne pereat. Eraf. lib. 4. Apoph.

Epicurus dicere solebat, contra cætera omnia aliquid tutum inueniri posse: at contra mortem, omnes nos inhabitare urbem immunitam. Max. ferm. 36.

Musonius interrogatus, quis optime extreum diem claudere posset? Qui semper, respondit, postremum vitæ diem sibi instare proposuit. Ibidem.

Olim in diuitum epulis apud Ægyptios vñus-  
quispiam

quispiam cadauer ligneum, sed quām proximē ad verū etiūtū, ostendebat singulis, dicens; In hunc intuens pota, & oblecta te, talis post mortem futurus. Herodotus lib. 3.

Lochadus Poliænidæ, filius, Sironis pater, nūtiante, quād è filijs ipsius alter interiesset: Olim sciebam, inquit, illi moriendum esse. Nihil illi visum est nouare rei, si mortalīs natus moreretur: nec magni referre, paulo serius aut citius vita discederet, cum omnino breui foret decedendum. Plutar. in Lacon.

Constantinus Imperator, cū Hormisdæ Perse, vrbis Romæ magnitudinem, atque omnium ædificiorum magnificentiam ostendisset, petere, retque, vt quid de ea sentiret, paucis enuntiaret, respondit, ex tanta re, quanta ei ostendebatur, nihil eum delectasse magis, neque esse ex quo maiorem fructum consequi posset, quām quod ex ijs quæ viderat, verum esse comprehendenteret, in vrbe quoque Roma (quanquam amplitudine, opibusque alias autecederet vrbes) tamē ibi quoque, sicut in ceteris orbis terrarum locis, homines etiam mori. Fulgos. lib. 7. cap. 2.

Aristoteles dicebat sāpenumero è vita migrare esse optimum, veluti è conuiuio, non sitibundum, nec temulentum. Stob.

Eucritus Chius quærenti ex eo, vter esse mallet, Croëssus, an Socrates respōdit. Viuēs mallem

esse

esse Croëssus: è vita discedens, Socrates. Indicauit autem beatam esse philosophorum post hanc vitam conditionem: diuites autem, licet bonis omnibus in præsenti vita abundant, post mortem tamen ob iniquè paratas opes, ac male colloctas, cruciandos daemonibus dñi. Stob. Eadem nunc cupiditas multos tenet: qui vitam Epicuri, mortem D. Francisci optant. Verum, vt Paulus ait, Finis hominum erit secundum opera ipsorū.

Seuerus Romanorum Imperator, cum senio iam confectus, vnam sibi præparasset, vt in ea mortuus sepeliretur, pauloantè quām decederet è vita, eandem ad se perferri iussit, manibusq; contrectauit. Tu, inquiens, virum capies, quem totus orbis terrarum capere nunquam potuit. Dion. Nicæus, & Xiphilinus in eius vita.

Fuit Saladinus princeps Aegyptius (id quod vix alicui persuaderi possit) duhi vixit longe clarissimus. Namque imperij sui fines in primis auxit, & felicissime diu rerum potitus, Hierosolymis captis, Christianorum quoque opes valde in Oriente opprescit. Ille vero moriens in summa rerum felicitate, testamento suo præcepit, vt interula tunica linea, quam gestare solebat, vertici prælongæ hastæ affigeretur: exclamaretque assidue, qui lanceam gereret, hanc vnam esse reliquam tunicam, quæ illi ex tantis opibus, tantoque imperio superfluisse. O vocem præclararam dignamq;

dignamq; ac in primis, quam insolentissimi principes frequentissimè in animo repeatant: nobis omnibus vita sanctis, nihil omnino superesse, nisi siquid bene, santequé gesserimus. Ioannes Baptista Egnatius.lib.7. cap.2.

Alexandri mater Olympias, cum audisset filij cadauer in sepultum fuisse abiectum, inter lamenta, dixit; O fili, tu qui studebas cœli particeps esse, huc toto impetu properans, ne ijs quidem potiri potuisti, quæ sunt mortalium omnium communia, terra, ac sepultura. Alexander viuus ambiebat diuinos honores: defuncto, nec ille contigit ultimus honor, quem quiuis homo persoluit homini, quamlibet humili. Narrant enim. Q. Curtius, & Plutarchus Alexandri corpus multis diebus insepultum iacuisse, ob graues procerum concertationes de successione principatus.

Massagetae, & Derbices propinquos cognatosque, cum ad multam senectutem venerint, vel aliquo casu morti appropinquant, iugulatos ante, magno æpularu apparatu comedunt: aiuntq; id facere, quod pessimam hominum fortunam arbitrantur, à vermisbus deuorari. Ex Fran. Sen. libr.5.de Institut. Reipub.

Dionysius, cum quidam ex eius assentatoribus Damocles commemoraret in sermone olympias eius, opes, maiestatem, dominatus, rerum abundantiam, magnificetiam ædium regiarum, negavit

negavit vnquam beatorem quenquam fuisse. Visne igitur, inquit, ô Damocle, quoniam haec te vita delectat, ipse eandem degustare, & fortunam experiri mean? Cum se ille cupere dixisset, collocari iussit hominem in aureo lecto, strato pulcherrimo, textili stragulo magnificis operibus picto, abacosque complures ornauit argento, auroque cælato, tum ad mensam eximia formâ pueros delectos iussit consistere, eosque ad nutrum intuentis diligenter ministrare. Aderat vnguenta, coronæ, incendebantur odores, mensæ conquisitissimis epulis extruebantur: fortunatus sibi Damocles videbatur. In hoc autem medio apparatu, fulgentem gladium è lacunari seta equina appensum demitti iussit, vt impenderet illius beati ceruicibus. Itaque nec pulchros illos ministratores aspiciebat, nec plenum artis argentum, nec manum porrigebat in mensam, iam ipse defluebant coronæ. Denique exorauit tyrannum, vt abire liceret, quod iam beatus nollet esse. Satisne videtur declarasse Dionysius, nihil esse ei beatum, cui semper aliquis terror impendeat?

Cic. 5.Tuscul.

\*

FERIA

F E R I A VI. P O S T  
Cineres Euangeliū.

**A**udistis quia dictum est antiquis. Matt. 5.

**A**Vdistis quia dictum est antiquis, & ego autem dico vobis.) Religionis Christianæ excellētia quod̄ immaculata in præceptis, salubris sit in cōsilijs, vide in Introductione fidei parte. 2. cap. 5.

(Diligite inimicos vestros.) Ira hīc prohibetur & inimicis benefacere iniungitur, contra iram & inimicorum odia, vide in G. libro. 2. capite. 9. & cap. 16. & in M. in secunda ad beneiuendum regula. §. 7. Ira mire depinguitur in Rhetorica lib. 2. capit. 5. Contra iram & inimicorum vindictam, vide etiam tomo. 1. de Sanctis Concione. 2. Sancti Matthiē. §. 4. Vnde ira dimanet & ad quid animæ affectus ordinati sint, vide in Introduct. fidei parte. 1. cap. 33.

Aduerte bonorum & malorum diuersum ingenium, boni inimicorum iniurijs in patientia proficiunt, charitatē exercent, pro inimicis orando, malivero omnia in suā & animæ conuentum perniciem & interitum, vide tomo. 1. de Sanctis, Concione. 1. in festo S. Thomæ Apostoli in principio.

(Bene facite his qui oderunt vos.) Imperfētorum

Ctorum excusatio hæc esse solet sufficere debet vindictam non sequi. Sed insuper vindicta relieta inimico qui me lessit benefacere, hoc difficile. Per hæc tamen humanæ infirmitati difficultia, facilia tamen diuina assistente gratia peruenientium ostenditur ad patriam cœlestem, & ad supremam cœlestis & æterni patris filiationē, vide tomo. 2. de Sanctis Concione. 1. Sancti Bartholomaei. §. 1.

Contra dueli leges de vindicta à mundanis hominibus contra Dei leges statutas, vide tomo. 2. de Sanctis Concione. 1. Sanctorum Apostolo: ū Simonis & Iudæ ibi, Quod si alios eius mores. In quanto periculo iij versentur qui legibus mundi quæ vindictam iubent obtemperant explicatur Dominica seq. Conc. 4. ibi, Audistis quæ sit vis.

Quo scuto se debeat munire Christianus, cum mundus contra huius Euangeliū salubria documenta surrexerit dicentes. Si vindictam nō sequor parcipendar, si non thesaurizo egestate peribo, vide infra feria. 6. post primam Dominicā Concione. 2. ibi, Cum ergo hanc.

(Audistis quia dictum est antiquis.) Mirū est profecto vnde error hic in mentibus hominum irrepererat, cum in eorum lege scriptum haberent non eris memor iniuriæ ciuium tuorum, hoc ex præfecta voluntate, quæ vt primum mobile omnes animæ vires in orbem suo ducit imperio

prouenit, & ex eadem causa mēdaciūm diligitur veritas odio habetur, vide infra Dominica in paf-  
fione Concione. 1. §. 1. & Concione. 3. §. 1.

(Vt sitis filij patris vestri qui in coelis est.) Inimicorum iniungit dilectio nē & eos diligentibus præmiū pollicetur quo nihil sublimius, filios scilicet esse Dei, nostrum erit illius custodire māda-  
ta, illius præstare promissa. Quod Deus cum ho-  
minibus hoc statuat pactū, vt nos eius seruemus  
mandata, ille promissa largiatur præmia, elegan-  
ter explicatur tomo. 1. Conc. 1. in Circuncisione  
in principio.

Varijs inimicorū iniurijs ab inimico dæmons excitatis, ad nostrę charitatis destructionem dæ-  
mon aspirat, vide tomo. 4. Conc. Dñica. 1. post  
Pentecosten Conc. 2. in tractatione thematis.

Contra inimicorum odia, vide tomo. 4. Conc.  
Dominica. 2 1. post Pentecosten per duas illius  
Dominicæ Conciones.

(Diligite inimicos vestros.) Excusant se quidā  
dientes; Si facilis inuentus fuero in remittenda  
iniuria, iterum atque iterum me iniuriandi inimi-  
cis occasio ero, consultius ergo erit non remit-  
tere, Non vult Deus secum humana agi ratione,  
sed supra rationem eius est imperio parendum,  
nam supra humanam rationem ipse poterit tibi  
conculere, vide to. 1. Conc. Dñica. 1. post octauas  
Epiphaniae Concione. 1. ibi, In his ergo nuptijs.

Non

Non in congrue huic Euangēlio aptari potest  
doctrina duarum concionum Dominica. 5. post  
Pentecosten tom. 4. vbi quale & quantū malum  
ira sit explicatur & eius remedia traduntur.

(Cum oratis nō eritis sicut hypocrite, sed intra  
cubiculum &c.) Vt quies & solitudo ad maiore  
attentionem te adducant, qua attentione & reue-  
rentia sit orādum, vide Dominica. 2 3. post Pen-  
tecosten tomo. 4. Conc. 2. ibi, Sed vt ad historiā  
lege vsq; ad. §. 3. & to. 2. de Sanctis Conc. 1. in fe-  
sto S. Bartholomai. §. 1. & in O. par. 2. cap. 4. §. 2.

Hypocritarū mos est omnia facere vt videantur,  
ad hoc multiplicant orationes; Sed magis at-  
tendit Deus cordis affectum quam subtiles intel-  
lectus considerationes licet exterius sit orādum,  
vbi si supra, & in O. parte. 1. cap. 11. §. 2.

Per sāpe in hoc Euangelio Deus pater noster  
vocatur, vide in Septuagesima, & in Add. consi-  
deratione. 4. ex septem vltimis.

In eadem Feria Sexta post Ci-  
neres, & quæ sequuntur duximus apponēda ex  
Collectanea eiusdē de dilectione inimicorum.

**I**Nimicos graues habeo. Quomodo aduersus  
feras, munimenta conqueriris, quomodo ad-  
uersus serpentes, sic aduersus inimicos auxi-  
lia circunspice, quibus illos aut arceas, aut com-

I 2 pescas,

pescas, aut quod optimum est, places. Lib. de Re-  
med. Fortuit.

Grauior inimicus, qui latet sub pectore. Ex  
Publ. Mi.

Iniuriarum remedium est obliuio. Ex eodem.

Miserrima est fortuna, quæ inimico caret.  
Ex eodem.

Peiora sunt teœta odia, quæm aperta. Ex eod.

Quæm inimicum est, quia oderis lædere: quan-  
to iniquius odiſſe, quia læseris? Ex eodem.

Quæm magnaru virium est, negligere læden-  
tem? Qui enim vindicat, sentit. Ex eodem.

Quænus agas id, vt nequis merito tuo te ode-  
rit, erunt tamen semper, qui oderint. Ex eodem.

Ridiculum est, odio nocentis, perdere inno-  
centiam. Ex eodem.

Equideru à viro ciuili, alienum minimè puto,  
in re honesta & iusta vel inimicis & aduersarijs  
testimonio præsto esse: & in iudicio aduersus ca-  
lumniatores eos tueri: & falso obiecta refellere  
criminæ, quæ scilicet ab reorum institutis &  
rationibus abhorre penitus videantur: quod non  
multo ante à Nerone facilitatū accepimus. Exer-  
cebantur miris modis inter ipsum atque Thra-  
seam inimicitiae: verum cuidam multa crimino-  
se iactanti, atque Thraseam perperam iudicasse  
causam suam aienti, obſtitit Nero: tantumque  
absuit, vt criminibus de inimico contra verita-  
tem

tem assentiretur, vt exclamarit. Vtinam tam me  
Thraseas diligat, quā iudex æquus & rectus est.  
In Politica.

Scipio male dicitur audisse: in dedications  
namque Herculis, cum epulum splendide & op-  
pare apparasset, amicos inuitauit omnes, colle-  
gam duntaxat Mumium præ terijt. Etenim quā-  
uis non inter se cæteris rebus videbantur amare,  
par erat tamen societatis atque collegij comiter  
& honorifice rationē habere. Si Scipioni itaque,  
viro certè inter cætera admirabili, cognitatis pa-  
rumpit prætermissum officium, fastus & super-  
biæ notam inure re visum est: quibus quæſo arti-  
bus modestus quisque alius & frugi homo habe-  
ri posuit, qui existimationi collegæ per inuidiam  
detrahatur, qui alicubi aberranti per malevolentia  
insultet? In Politica.

Cur ex omnibus, quæ Dijs immortalibus of-  
feruntur, sola spolia negliguntur, nec vetustate  
consumpta resarcint, ac reficunt? An idcirco  
hoc faciunt, quòd cum signa inimicitiae adver-  
sus hostes tempore obscurentur, ipsos ea reno-  
uare inuidiosum & acerbum esse censem? Non  
enim qui primi apud Gracos æneum aut lapi-  
deum trophæum statuerunt, magnopere pro-  
batisunt. In Problematib.

Priscis illis mortalibus satis erat, si non læde-  
rentur à diuersi generis animatibus, & hoc modo

fine cum bestijs noxijs depugnabant. At posteriores ratione deprehensa , qua feris vterentur, non solum ab illis nō offenduntur, verum etiam utilitatem capiunt: dum carnibus illarum aluntur, pilis vestiuntur, fel & lac ad morborum adhibent remedia : denique dum se pellibus armant, & muniunt: vt periculum iam sit, ne si feræ deficiantur omni, ferina iam, sylvestris, & inops eius vita futura sit. Itaque quoniam cæteris quidem satis est, si nihil accipiant ab inimicis malis, hos vero qui sapient, Xenophon ait etiā utilitatem ex aduersarijs capere debere. Itaque viam atque rationē oportet inquirere, qua commoditatem hanc consequi possint, quibus absque simultatibus viuere non licet. Non potest agricola efficere , vt omnis arbor exuat sylvestrem naturam, nec venator omnem feram potest cicurem reddere ac mansuetam. Itaque ratio quæsita est, vt ad alias nihilominus v̄sus, illi quidem arbores in fragi feræ, huic autem immites bestiæ commoditatem afferrent. Aqua marina potui quidem inutilis est & inserviūs verum alit pisces , commode transmittit, quoctunque velis proficisci, importandis exportandisque rebus seruit. At vero Satyrus cum primum ignem vidisset, cumque complecti vellet & osculari, Prometheus , heus , inquit , nisi caues Hirce, profecto dolebit tibi mentum: vrit enim si quis

attingat:

attingat: non valet in istum v̄sum: sed lucem & calorem ministrat: tum artium omnium instrumentum est, si quis vti nouerit. Videndum est igitur, num & hostis alioqui noxius & inaccessus, alia quacunque via contingi possit, atque peculiarem aliquem v̄sum sui præbeat, & commoditatis non nihil adferre valeat. Nam complures res sunt inuisæ graueſque, quibus incident: ex quibus tamen v̄lus aliquis excerptitur. Lib. de vtilit. cap. ab inimico.

Quemadmodum animantia quæ plurimum stomacho valent, quæque corporibus sunt saluberrimis, etiam si scorpiones ac scorpions edant, concoquunt: sunt etiam quæ saxis ac testis alantur, & has propter spirituum vehementiam caloremque in alimentum vertant: cum interim graciles isti ac valetudinarij panem etiam atque vinum appositum fastidiant: ita stulti corrumpunt ac perdunt etiam amicitias. contrà qui sapient, etiā simultatibus commode nerunt vti. Primum igitur quod est in simultate maximè noxium, id mihi videtur summam utilitatem allaturum, si quis animum aduerterit. Quid nam istud est, inquis? Nempe inimicus semper aduigilans, obseruat quid agas, & ansati captans calumnæ, lustrat ac circunspicit vndique vitam tuam: non tantum quercus, testas, ac saxa oculorum acie penetrans, sicuti narrat de Lynceo, verum & amicum,

famulum, & quisquis tecum habet consuetudinem, vt quoad potest, deprehendat quid agas: perfodiens atque scrutans tua consilia. Cum interim amici cunctatione negligentiaque nostra, s̄e penumero nobis inscijs & ægrotent & moriantur. Inimicorum vero propemodum & somnia curiosæ obseruamus. Iam vero morbi, æs alienū, d̄sidiā cum vxoribus, citius eos ipsos quorum sunt, fugerint, quāminimicum. Quanquam ante omnia peccatis imminent, hæc in primis vestigat. Nec secus ac vultures ad putrium corporū odorem rapiuntur, syncera sanaque non sentiunt: ita si quid morbidum est in vita, si quid vitiosum, si quid affectum, id demum excitat ac mouet inimicum: ad hæc assilit, quisquis odit, hæc contrectat, vellicatque. An non est igitur conduibile, ad huc cogi te, vt per omnia caute & attente viuas, & nec facias quicquam, nec dicas oscitanter & incircunspetè: sed semper (eorum more quisuspicio) morbi, diligenter exactaque vita moderatione cauent ne quid offendant valetudinem) inculpatos vsque mores & irreprehensos conserues? Siquidē eiusmodi cautio, duni & animi cohibet cupiditates, & cogitationem cogit aduocatque, gignit in nobis studium ac propositum integre & inculpate viuedi. Etenim quemadmodum h̄e ciuitates ( quas finitimus hostis & continens bellum sobrietatem vigilantiamque

tiamq; docuit) & leges obseruant diligentius, & rectius administrant Rempub. ita quos hoc ini-micitia compellit, vt in vita sobrij sint ac vigilantes, vt vitent locordiam, vt omnia citra neglectū & comiter agant, paulatim nec sentientes ducuntur in consuetudinem non peccandi, moresque componendi, si modo vel paulum adiuuerit ratio. Lib. de vtil. cap. ab inimico.

Pleraque magis intelligit inimicus, quām amicus, propterea quod amor exercitat in re amata, velut inquit Plato. Porro odio coniuncta est tum curiositas, tum garrulitas. Libro de vtili. cap. ab inimi.

Cum Cæsar Pompeij statuas deiectas reponi iussisset: tum M. Tullius, Cuin statuas, inquit, Pompeij collocasti, tuas constabilisti. Vnde nec maligne laudandus est, nec honore suo fraudandus inimicus celebris & laude dignus: propterea quod maior laus hinc reddit ad ipsos qui laudat. Lib. de vtilit. cap. ab inimi.

Recte præcepit Pythagoras, cum ab auctorito dehortaretur, & empto retium iactu, pīces captos iuberet amitti: cumq; orpnium mitium animantium cædem interdiceret, videlicet, vt in bruis animantibus nos consuefaceret à rapacitate & crudelitate temperare. Atqui multo pulchrius est, vt duni in similitatibus ac dīsidijs aduersus homines, generosum, æquum, ac simplicem ini-

*Annotationes in Euangelia.*

micum agis, improbos, sordidos, ac fraudulentos affectus castiges, præmasque: quo nimurum com mercijs amicorum proflus cōquiescant, & à falso temperent. Assuefacti vero iuste recteque agere cum inimicis, haud ynam in iustè dolo ve cum amicis & familiaribus agemus. Lib. de virtutib. cap. ab ini. m.

Arcadianus quidam Achilius, cum non desinaret maledicere Philippo, monitusque ut fugeret ubi cunq; locorum essent, qui non nosset Philippum, ubi post aliquo casu rursus esset visus in Macedonia, amici erat autores, ut puniretur: nec enim oportere negligi tantam petulantiam. Philippus autem cum occurrit et homini, humanter cum eo collocutus, mox etiam xenijs ac donis ad eum missis: postea iussit eos percontari, quomodo iam de se loqueretur apud Graecos. Cunctis autem testificantibus, eum hominem tam mirum Philippi laudatorem esse factum ego igitur, inquit, melior medicus quam vos. Lib. de cohibend. iracund.

Aristippo, postea quam ipsi cum Aeschine neficio quid ira incidisset, & quidem illi diceret, O Aristippe, ubi nunc amicitia vestra? Dormit, inquit, sed eam ego excitabo. Adiensque Aeschinem: Adeò ne, inquit, tibi video modis omnibus infelix & insanabilis, ut ne moneri quidem merear abs te: At Aesches, Non mirum, inquit si

cum

*Feria Sexta post Cineres.*

70

cum in omnibus me præcellas in genio, hic quoque prior videris quid esset factum opus.

*Erenim ferocem non modo mulier caprum,  
Verum & puellus scalpitans tenera manus  
Flectit facilis, quam palæstes quilibet.*

Nos vero bestias feras cicuramus, ac luporum catulos mansuefacimus, etiam leonum catulos in vlnis circumferentes, ac post hæc & filios, & amicos, & familiares per iracundiam ejusdam: in seruos autem atque ciues, iræ (ceu noxiæ bestiæ) liberas habemas laxamus, morbum nostrum hoc prætextu extenuantes, quasi vitiorum odio commoueamur, non recte: fed ita nimur quemadmodum & in cæteris animi morbis, dum aliud appellamus prouidentiam, aliud ingenuitatem, aliud pietatem. Et sanè, quemadmodum dixit Zenon, Sperma mixtrum ac temperaturam esse ex omnibus animæ viribus reuulsam: ita videtur & ira semen quoddam esse ex omnibus animi perturbationibus commixtum: si quidem & à dolore, & à voluptate, & à ferocia decerpta est. Tum ab inuidia hoc habet, quod malis gaudet alienis. Cæterum homicidio deterior est. Nam illud conatur ira, nonne quid ipsa patiatur mali, sed ut male habeat, modo funditus perdat alium. De cohibend. iracundia.

Diogenes

*Annotationes in Euangelia.*

Diogenes Cynicus ad salutem opus esse dicebat, aut fidis amicis, aut acribus inimicis: eo quod illi monent, hi redargiunt, & reprehendunt. Laert.lib.6.

Alphonsus Aragonum rex, oblatrantibus canibus & rebellantibus ossulam obijcendiā dicitabat: Intelligens, malevolos homines videntes esse beneficis. Ponta.cap.30.de liberalitate.

Antisthenes Philosophus Atheniensis frequenter dicere solebat, hostes in bello obseruandos esse: quod iij primum omnium sentiant, si quid delinquas. In hoc igitur utiliores sunt nobis, quam amici, ut errata nostra cognoscamus, & cognita corrigamus. Laer.lib.6.cap.1.

Ouonademos Chius, posteaquam aduersam factionem superasset, quibusdam censentibus omnes aduersae factionis vrbe pellendos, negavit expedire, dicens, se vereri ne omnibus inimicis ad unum electis, inter amicos existerent dissidia. Seniens sic esse multorum ingenium, ut si desint inimici, in quos naturae malitiam exerceant, amicos impellant. Eraf.6.Apoph.

Xenophon dicebat, esse prudentis cordatique viri, etiam ab inimicis utilitatem capere. Vulgatum est, neque solein, neque aquain, neq; ignem magis vtilem esse hominibus, quam amicos. Sed ingentis philosophia est, quemadmodum periti medici ex bestiis ac serpentiibus utilia quædam remedia

*Feria Sexta post Cineres.*

71

remedia colligunt: ita ex inimicorum odio decerpere aliiquid, quod vertant in suum bonum. Eraf.7.Apoph.

Carolus Francorum rex, cum quidam se offerrent, qui Renati Andegabensiū ducis & hostis sui atrocissimi, mortem pronositterent insidijs parandam, non tātum hoc fieri noluit, sed vt in parricidas se in eosdē animaduersurum dixit, si hoc tentarent: dicens, se nequaquam insidijs cum hoste de regno, sed manu tantum & virtute dimicaturum. Panor.de reb.gest.Alphon.

Alphonsus ijs, qui te ad mortem Francisci Sforiae hostis sui paratos esse significassent, respōdit, nunquam sibi victoriā placuisse, cuius postea pigendum, pudendumve esset. Igitur vt ab huiusmodi consilijs abstineant, talia exempla in illos editurum, vt eiusmodi consilia sibi admodum molesta esse omnes intelligent. Panor.vbi supra.

Diogenes Cynicus interrogatus à quodā, quo pacto maximē posset vlcisci inimicum? Si te ipsūt, inquit, probum, & honestum virum præstiteris. Laert.lib.6.

Theodosius Romanorum imperator, aliquando ex familiaribus cuiusdam dicenti, neminem illorum ab eo morte multatum esse, qui iniurij ei fuissent, respondit, Vtinam eos etiam in vitam reuocare possem, qui iamdudum mortui sunt. Nephorus lib.14.cap.3.Eccles.hist.

Pittacus

Pittacus Mitylleneus habens potestatem puniendi quempiam, qui contumeliosus in ipsum extiterat, dimisit, inquiens, Venia vltione melior est. Illa nanque mitis est inganij, hæc autem ferini. Stob. fer. 17.

Democritus dicebat, Prudentis esse, futuram iniuriam præcauere: indolentiae vero, quod fatum est, non vlcisci. Stob. fer. 1. de Prudent.

Aristides cum iret exultatum, sublatis in cœlum manibus Deos comprecatus est, sic prosparent res Atheniensium, ut illis Aristides nunquam veniret in mentem. In rebus enim afflictis solet populus ad egregios viros configere, id, quod euenit. Siquidem tertio post anno, cum Xerxes Atticam adoriri statuisset, Aristides ab exilio reuocatus est. Plut. in eius vita.

Phocioni cum populum cicuta temperatum porrigeretur, percontatus est quispiam, si quid filio vellet dicere: nam is aderat. Ego, inquit, tibi filii præcipio, atque etiam obsecro, ne quid ob huius rei memoriam Atheniensibus male velis. Plutar. in Græcorum Apoph.

Agesilaus Lacedæmoniorum rex, cum audiret quosdam clam sibi infenos esse, non tantum non de vltione cogitauit, sed in militum duces elegit, & apud magistratus accusatos defendit: & hac arte ex hostibus sibi amicissimos reddidit. Plut. in Lacon.

Thrasius

Thrasibulus, cum populum Athenensem à triginta tyrannis pulsū, restituisset, plebiscitum, legemque obliuionis tulit: ne præteritarum rerum fieret mentio. Brus. libr. 3. Hoc idem Constantinus Imperator in Concilio Nicæo fecisse memoratur, rescisit omnibus accusacionum libellis, qui sibi ab episcopis fuerant obligati: vt hoc facto iniuriarum omnium memoriam aboleret.

## DOMINICA PRIMA in Quadrag. Euang.

¶ *Duxitus est Iesus in deserto ab spiritu ut tentaretur a diabolo. Matth. 4.*

**D**Vetus est in desertum.) Vt nos doceat ab hominum turba secedere, ex quorum societate, sæpen numero in tot malorum incurrimus occasiones, hoc fecit Ioannes Baptista, ne leui saltem maculare vitam faniue posset. Vide tomo. 1. Concio. Dominica. 4. Aduent. iuxta morem Romanum Concione. 1. ibi. Quæret fortassis aliquis. & Concione. 3. §. 3. ibi. In deserto. & tom. 1. de Sanctis. Concione. 2. S. Ioan. Bapt. §. 1.

(Vt tentaretur.) Dæmonis in nos immanis odij causa, eius ad nobis nocendū artes, & fallacia consilia

consilia explicantur tomo. i. Concio. Dominica 4. post Epiphaniam, Concione unica, ibi. Queret autem fortasse. Lege totum. §. 3.

(Et accedens tentator.) Tentatorem vocat nō dæmonem, nomine officij non proprio nomine, quo dicitur intelligi talium vnumque inq; appellari, & esse quale sequitur ministerium, & qualem sequitur spiritum. Vide tom. i. Concio. Dominica. 4. Aduent. secundum morem fratrum prædicatorum, Concione. 3. ibi. Cum ergo legati.

(Si filius Dei es.) Dæmonis astutiae & fallacie artesque quibus incautum hominem subuertere nititur aperiuntur, tom. 3. Concio. Dominica. 3. post Pascha, Concione. 1. ibi. Sed contra ea que. Sed præcipua huins inimici astutia ea est, dulcia si que sunt in his quæ appetenda suggesterit prius proponere, venenum & hamum sub illis abscondere. Econtra Deus aspera prius proponit, sed in illis maximam abscondit dulcedinem quam præparat se timentibus. Vide tomo. i. Concio. Dominica. 1. post octauas Epiphaniae, Concione. 1. §. 2. ibi. Ed. to ergo.

(Ut tentaretur à diabolo.) Post baptismum & paternæ vocis in illo testimonium, qua filij sui æternus pater declaravit dignitatem ad desertū pugnaturus cum humani generis hoste ducitur, non vult Deus sua esse in nobis dona ociosa, vide ergo si donum ecclæste acceperis qualiter te ad operan-

operandum præparare debeas. Vide tomo. i. de Sanctis, Concione. 3. in Visitatione B. Mariae in principio post Exordium.

Christus hodie dæmonem vicit, vt à victo & confuso non timeamus, sed media eius gratia super aspidem & basiliscum ambulemus. Vide in G. lib. 1. cap. 19. §. vlt.

Qualiter de dæmonibus de nostrisque passib; nibus victoriam consequi possimus, quibus veluti armis dæmones utuntur ad nostram perniciem. Vide in Q. par. 2. cap. 4. §. 4.

(Non in solo pane vivit homo.) Ad omnes tentationes inimici responsa præbuit Dominus accommodata, vt nos doceat debere esse peculiari bus considerationibus ad omne temptationis genus armatos, habes eas optimas & breues in G. lib. bro. 2. capite. 13. quod caput in impressione Salmantina, in tabula calcographi errore est caput. 2. 3.

(Dic vt lapides isti partes sunt.) Dæmonis infidiae facili negotio applicari possunt infidiosis artibus, quorundam animalium quibus suum venantur cibum. Vide in Introduc. fidei. par. 1. cap. 14. & cap. 16. quorundam animalium artes recensentur, quæ fugi sibi considunt, cum ab inimicis infuscuntur. Sic nos timendo & fugiendo contra dæmonem debemus pugnare præsertim cum sensualitatæ machinis impugnamur.

K Ostendit

(Ostendit ei omnia regna mundi.) Alter ait Evangelista, quod in instanti ostendit, qua alia mensura metienda & ostendenda erant nisi instantanea, quæ instantanea sunt & veluti in instanti transeunt? Mundi inconstantiam & vanitatem, habes depictam in G. lib. 1. cap. 29. & in O. meditatione. 2. pro feria. 3.

(Hec omnia tibi dabo si cadens adoraueris me.) Daemon multa promittit quæ non prebeat, neque præbere potest cum non habeat, econtra Christus plus præstat quam promittit. Vide quæ adnotamus in festo S. Matthæi.

(Duxit eum supra pinaculum templi.) In templo tentat, ea est sua audacia, unde cum timore & reverentia in templo in Dei præsentia standum. Vide quæ adnotauimus Dominica. 2. post octauas Epiphaniæ, & in O. par. 1. cap. 10. §. 4.

Temporalis depicta pugna in mari & terra, bellum inter nos & dæmones amplificatum habet in Rhetorica lib. 3. cap. 6.

(Angelis suis mādauit de te.) Scripturis vtitur ut unde Deus bona & nobis utilia elicit sua sapientia, inde ipse sua malitia tentādi occasionē. Vt ergo Christus & dæmon scripturis vtuntur, de verbi Dei efficacia, & qualiter ipso pugnandū sit. Vide in Introduct. fid. in preambulo. 2. partis, & parte. 3. cap. 15. §. 1.

(Hæc omnia tibi dabo.) Ad auaritiam suadet & diui-

& diuitiarum desideriū. Vide quæ adnotauimus Dominica in Sexagesima in illa verba, Spinæ sunt diuitiae.

(Vade Satanà.) In præcedentibus temptationibus in quibus contra ipsum Dominum solū pugnare visus est, mitte & Domini mansuetudine dignum accepit responsum. Nunc vero cum contra æterni patris gloriam & eius honorē pugnet acre & sua superbia dignū accipit, vt nos doceat nostras contemnere iniicias, Dei vero minime. Vide infra Dominica in Pascione, Concione. 2. ibi. Ego dæmonium non habeo.

(Accesserūt angeli & ministrabant ei.) Illi adiutorium de celo non deficiet qui in uno Deo spem suā collocans, nō cōfugit ad mundana & diabolica arte quæsita remedia. De vera in Deū spe. Vide copiose & eleganter to. 4. Conc. Dñica. 23. post Pentecost. Concione. 2. in tract. thematis.

(Cum ieuniasset.) Hic solet de ieunio & virtute abstinentiæ serino institui, de qua est elegans & integer tractatus, in tom. 3. Conc. de tempore post Conciones in ferijs Rogationum, vbi testimonijs Sanctorum & Philosophorum, & rationibus abstinentiæ & ieuniorū encomia tradūtur, & in O. par. 2. est integer tract. cōtra voracitatē & gulā. Vide to. 1. de Sanct. Cōc. 2. S. Mathie. §. 5. Qualiter corpus humanū cibo indigeat, explicatur in Introd. fidei. par. 1. c. 25. vt inde intelligere

valeas qualitatem huius Christi abstinentia, &  
an fuerit miraculosa?

## Pro eadem Dominica Prima

in Quadragefima, & quæ sequuntur duximus  
adnotanda ex libro Collectaneorum eius-  
dem de Abstinentia & contra Gulam & ebrie-  
tatem.

**S**ocrates adiunget, cauendos esse cibos, qui  
non esurientes denyo ad edendum inuitent:  
cauendos esse potus, qui non fitientes ad bi-  
endum illecent. Lib. de tuen. bona valet.

Sunt nonnulli, quos parsimonia coniuncta cū  
gulae vitio adducit, vt cum domi coērceant cupi-  
ditatem, apud alios lauticijs fruantur, expleantq;  
se, ampliter ingurgitantes, perinde quasi rebus  
bello partis: deinde grauiter affecto corpore disce-  
dunt, postero die præmium ingurgitationis aufe-  
rentes, nēpe stomachi cruditatē. Lib. de tu. bo. va.

Cibi viliores appetentiam intra naturæ modū  
cohident. Cæterum artesistorum, qui obsoniorum  
sunt opifices & architecti, & operosæ istæ cu-  
pediæ, nec non ingeniosa condimenta, semper (vt  
inquit Comicus) voluptatis fines longius promo-  
uent, ac vitiant vtilitatem. Atque haud scio quo  
paecto fiat, vt quum vxores, quæ philtris ac ve-  
neficijs in viros vtuntur, abominemur, condu-

Eticijs

Eticijs ac seruis cibos & obsonia nostra, projcia-  
mus, vt ea pene dixerim venificijs, ac præstigijs  
vitient. Morbi igitur nō tam multa negotia, nec  
tot spes, nec tot peregrinationes, nec tam multa  
exercitia nobis eripiunt ac perdunt, quām multa  
adimunt voluptates. Vnde fit, vt qui maxime  
fectantur voluptatem, his minime expedit corpo-  
ris sanitatem negligere. Siquidem permultis sunt  
quibus aduersa valetudo nequaquam est impedi-  
mento, quominus philosophiæ dent operam, aut  
rem etiam exerceant militarem, aut imperium  
administrent: at corporis voluptates eiusmodi  
sunt, vt his in morbo frui nullo modo possis. Lib.  
de tuenda bona valetud.

Sicuti Demades, Athenienses qui non in tem-  
pore bellum capesserent, aiebat nunquam nisi  
pullatos pacem decernere: ita nobis haud vnquā  
tenuis ac moderata vietus ratio venit in men-  
tem, nisi iam febri æstuantibus & admotis phar-  
macis.

Quemadmodum quum Lysimachus inter  
Scythas siti constrictus se se pariter atq; exerci-  
tum hostibus dedidisset, ac deinde frigidā bibis-  
set aquam: Dij boni, inquit, quam breuis volu-  
ptatis gratia, magnam depositum felicitatem: itidē  
& nobis ipsis in morbo debemus in animum  
reuocare, quod ab frigidam potionem non in  
tempore sumptum, aut balneum intempestiuum

K 3 aut

aut compotationem, complures eārum rerum delectationes amiserimus: deinde præclara permulta, postremo non paucas exercitationes iucundas perdiderimus. Facit enim huiusmodi reputatio, vt animū quidem dolor mordeat, vulneransque memoria veluti (cicatrix quæpiam remanē) in bona valetudine cautiores ac circumspectiores nos reddat in obseruāda vitæ ratione. Neque enim tum corpus sanitati redditum, ad modum magnas pariet cupiditatis, nec intractabiles, aut inusitatæ, & inuincibiles: quin magis forti & intrepido animo esse oportet aduersus appetentiam erumpentem, & ad fruendum his, quæ cupit, exilientem, vt quæ nihil habeat præter leues, ac pueriles querimonia ac ploratus: deinde mox conquiescat, sublata mensa, neq; quicquam incuset, aut lædat: sed contrà potius pura atque hilaris, minimeq; gravis minimeq; fastidiosa duret in posterum diem. Quemadmodum videlicet Timotheus, qui superiore die in Academia apud Platonē coenauerat tenuē cœnulam, dixit, qui coenassent apud Platonē, eos postero quoq; die suauiter agere. Fertur autē & Alexander dixisse, posteaquā solitos obsoniorū artifices abiecisset, se lōge cōmodiores secum posse, ducere, nempe nocturnam profectionem, ad conditum prandium, ad coenam vero prandij tenuitatem. Proinde caendum est, ne sicuti boni naucleri,

cleri, posteaquam ob auditatem multum oneris in natiū coniecerint, deinde perpetuo labore sentīam exhauiunt, aquanque marinam ejiciuntita nos quoq; simul atq; corpus expulerimus, nerauerimusque tum rursum repurgemus, & clisteribus exonoremus. Li. de tuen. bona val.

Pæclarè dictum est illud. Vesci citra saturitatem, impigrum esse ad laborem, vitale semen conseruare, res esse longe saluberrimas. Etenim coitus immodicus, propterea quod maxime vim eam extrahit, qua cibus concoquitur, plurimum superfluitatis & redundantia gignit. Libro de tue. bona valet.

Quid est, quod boui, qui cornu petat, fœnum in ornu apponunt, vt occurrentes caueant? An qui propter repletionem ac satietatem insolescunt & boues, & equi, & asini, & homines, vt ait, Sohocles? Tu vero ferues quasi pullus cibi copi: Venter enim tuus & male insolescit. In Problemata.

7ini & carnium plenior usus corpus quidem validum, athleticaque firmitate facit, animam verò imbecillum & fragilem. Lib. de tranq. animi.

Sillud Alexidis alios moueat, quo ait, Sapienter decere, vt voluptates congerat: proinde tres es, quæ haud dubie in vita vitalem vim quandam pariant habent: bibere videlicet, edere, & ueris usum: alias vero omnes merito vocari

adieſtitias: meminisse vtiq; oportet, Socratem in contraria esse ſententia, dum ait: Male moratos ideo viuere, vt edant, bibantq;: ſed bonos viros cibum ſumere ac potum, quo poſint viuere. Lib. de audien. poētica,

Quod vulgo dici ſolet, Odi memorem compotorem, quidam præſcribi hoc loco legem quandam putant conuiuijs, ne vlla diectorum ibi factorumq; poſthac habeatur memoria: quando obliuionem & ferulam patrio iuſtituto mādres Baccho conſecrarent, ceu vel paruum conueriat, erratorum inter pocula deinceps commiſſi, aut ſi qua in parte peccatū fit, puerilis ac leui reprehensio ſufficiat. Perspicuum enim eſt, Ve eſſa pientem eſſe, ex Euripidis ſententia, ineptiam obliuionem. Lib. Num philofophandum irer pocula.

Diogenes dicebat, in quibus ædibus magia eſſet ciborum copia, in eisdem multos mures &c & feles ſolere: ſic ea corpora quæ multum cibea perent, multos morbos contrahere ſolere. Mx. fer. 27.

Plato ille sapiens generofum conſpicatus dolefſentulum, patrimonio consumpto, adiores pandochij panem edentem, & aquam bitem. Si, inquit, ſic moderate prandifles, nunquaſi ſic coenares. Max. fer. 61.

Democritus dicebat, in capiendo cibo om̄e

celeritatem abeffe oportere. Hoc enim caninum eſt: magisque bestiam, quam hominem decet. Max. fer. 27.

Socrates cum admoneretur ab amico, quod excepturus hospites, admodum tenuem feciffet apparatum, Si boni ſunt, inquit, ſatis erit: ſin minus, plus ſatis. Laert. in eius vita.

Darius in fuga, cum aquam turbidam, & caudaueribus inquinatam bibiffet, negauit vnguati ſe bibiſſe iucundius. Nunquam autem, vel per ratro ſitiens biberat. Cic. lib. 1. Tufc. Quaſi.

Artaxerxes, cum in fuga quadam, direpto illius commeatu, aridis fiscis, & hordeaceo pane veſceretur: Dij boni, inquit, cuiusmodi voluptatii haſtenus inexpertus fui. Plutar. in reg. & Imper. Apoph.

Socrates dicere solebat, multos in hoc viuere, vt ederent, & biberent: ſe autem contra ob id bibere & edere, vt viueret: quod his rebus non ad voluptatem vteretur: quādoquidem natura paucis contenta ſit. Eraf. lib. 3. Apoph.

Idem pro foribus deambulanti contentius uſque ad uesperam, cum prætereuntium quipia dixiffet: Quid agis Socrates? Obſonium mihi, inquit, cōparo in coenam: De fame ſentiens, quam agitatione corporis acuebat.

Timotheus Cononis filius dux Atheniensium, vocatus à Platone in conuiuim, cum frugaliter

tractatus esset, postridie conueniens Platonem, Vos ô Plato, melius coenatis (dixisse fertur) sequenti die quam praesenti. Inuit autem ijs qui frugaliter coenarent, sequentem diem multo latiorrem esse, cum nullo crapulæ vel ebrietatis dolore cruciarentur: verum eos qui laute, & immoderatius coenarent, diebus sequentibus grauari, ac cruciati cibo ac potu nondum concocto ex vitio stomachi. *Æli.lib.2.de var.hist.*

Thasiorum gens ut copia rerum abundabat, præcipue vini præstantia nobilis, ita deliciis erat addictior. Per horum agros cum exercitu proficisciens Agefilao, Thasij honoris gratia, miserunt farinas, anseres, bellaria, liba ex melle condita, & item omnis generis omnia maximi pretij tum esculenta, tum poculenta: at ille præter farinas, nihil accepit: reliqua domum referri iussit, ab his qui attulerunt, tanquam sibi suisque prorsus inutilia. Cæterum cum illi precibus & obtestationibus omnino vrgerent ut caperet xenia, iussit ea inter Helotes distribui. Erat id apud Lacedæmonios mancipiorum genus. Eius facti causam sciscitantibus respondit: Non decere qui virtutis ac fortitudinis studio tenerentur, id genus deliciarum recipere: propterea quod istiusmodi rebus inescarentur ingenio seruili natu: quæ oportet à liberis procul abesse. *Plutarch. in Apo.Lacon.*

Lysandro

Lysandro Spartiatæ in Ioniam proficisciens, hospites quos habebat in Ionia, cum alijs multis etiam bouem & placentam dono miserunt. Qui placentam contemplatus, rogabat, quid nam illud cupediarum esset? Cui cum is qui attulerat, responderet, ex melle, & caseo, alijsque quibusdam confectum esse. Sed hoc, inquit, Lysander, ijs date qui nouerunt. Non enim hic est liberi & ingenui hominis cibus. *Æli.lib.3.de var.hist.*

Epaminondas tau tenui vietu vtebatur, ut aliquando vocatus ad coenam à vicino, cum reperisset bellariorum, obsoniorum, & vnguentorum apparatum, confessim abierit, dicens; Ego te sacrificare putabam, non deliciari & illudere. *Plut. in Græcis Apoph.*

Socrates dicebat, eos qui se ad continentiam ac frugalitatem excucissent, & longe plus habere voluptatis, ac minus dolorum, quam qui summa cura vndique paratēt oblectantēta: quod voluptates intemperantium, præter animi sibi male conscienti, cruciatum, præter infamiam ac paupertatem, frequenter ipsi etiam corpori plus adferant molestiæ, quam delectationis: contra, quæ sunt optima, eadem fiunt iucundissima, si quis affluerit. *Laert.lib.2.cap.5.*

Democritus dicebat, coenas lautas & sumptuosas suppeditare potest fortuna: at contra faciles & quæ sufficiat necessitat, tēperantia. *Stob.*

Ptolemæus

Ptolemaeus rex, cum Ægyptum peragraret, nec eius milites adhuc eum cum cibarijs asecuti essent, esuriens admodum, panem è tugurio pastorali arreptum, magna cum aviditate comedit, iuravitque in omni vita nihil suauius eo pane comedisse. Ex Fran. Sen. lib. 5. de inst. Reip.

Epicurus etiam voluptatis assertor, elegantes opiparasque dapes aspernabatur, & libros suos omnes oleribus ac pomis referfis: dixitque vescendum esse vilibus, cibis, quod pariores essent. Fercula enim illa lautiora, & exquisita pulmenta, ingenti cura, & nimia ac miserabilis impensa, preparantur, maioremque molestiam queritando faciunt, quam voluptatem vescendo. Vbi sup.

Cum regina quædam illud haberet studio, ut assidue mitteret Alexandro obsonia, bellariaq; per talium rerū coquos magna arte parata, Alexander ait, seipsum habere meliores obsoniorum artifices: ad prandium quidem nocturnum iter: ad coenam vero tenue prandium. Plut. in Reg. & imper. Apoph.

Iulianus Romanorum Imperator coquos omnis eiecit à palacio. Rogatus autem cur hoc fecisset: non opus est coquis, ait, quod simplicissimis cibis contentus esse possum. Era. lib. 8. Apoph.

Archidamo cum polliceretur quida in vinum suave. Quorsum, inquit, opus? quandoquidem & plus absuntur, & quæ fortes decent viros, ea reddet

reddet inutiliora. O verè masculinum animum, & omnium deliciarum contemptorem. Plutar. in Lacon.

Percontati eidem quamobrem spaciata parsimonia biberent: Ne, inquit, Leotychidas, pro nobis alij, sed nos potius pro alijs consultemus. Salissime notans, vinosos non esse ad consultandum idoneos: salubrium enim consiliorum parens est sobrietas. Plutar.

Cyrus senior, cum ad hospitem diuertisset, rogareturq; quid sibi coenæ. Vellat apponi? respondebat, panem tantum: & sperare prope fluentē aquæ riuum coenaturum. Guido Bituri.

Pescenius niger militibus vinum ab eo petentibus, Nilum habetis, inquit, & vinum queritis? docuit autem, vinolentiam militibus ceu pestem fugiendam esse: qui tum demum ad res gerendas prompti sunt, cum ratio mero non perueritur. Brus. lib. 4. cap. 15. ex spartiano.

Fredericus Imperator studiosissimus temperante ac sobrietatis cultor fuisse dicitur: qui cum audisset, Leonoram vxorem (quæ paterna in domo nunquam vinum gustarat) facile filios parturam, si in Germania tam frigida regione vini biberet: dixisse fertur, malle se sterilem vxorem habere, quam vinofam. Non ignorauit autem Imperator fortissimus, quæ multa vinolentia malitia committentur: & tum præscriptum, cum foemi- neum

neum genus nimio vino obruitur. *Aen. Syl. lib. 2. commen. de reb. gest. Alphon.*

Alfonus Aragonum rex interrogatus, cur vino dilatissimo fitim expleret? Respondit, vino sapientiam obscurari: ideoque non decere regem, ut hac inimodica compotatione in animo extingat, sine quo imperatoris ac regis nomen rite tueri non possit. *Panor. lib. 2. de reb. gest. Alphon.*

Idem ab amico rogatus, cur adeò ebrietatis vitium dañaret? Quia furem, inquit, & libidinem, ebrietatis filios esse haud ignoro. *Panor. vbi sup.*

Anacharsis dicebat, vitem ferre tres botros: primum voluptatis, alterum ebrietatis, tertium molestiae. Sentiens, parcum vini usum esse iucundum, quia sedat fitim: largiorem, gignere temulentiam: largissimum parere rixas, cades, ac morbos. Simile est huic quod alibi dictum est. Primum craterem pertinere ad fitim, alterum ad voluptatem, tertium ad ebrietatem, quartum ad infaniam. *Laert. lib. 1. cap. 9.*

Nunc vobiscum loquor quorum æquè spatiose luxuria, quam aliorum auaritia diffunditur. Vobis dico: quousque nullus erit lacus, cui non villarum vestiarum fastigia immineant: nullum flumen, cuius non ripas ædificia vestra preterxant? Vbicunque scatebunt aquarū calentium

venæ,

venæ, ibi noua diuersoria luxuriae excitabuntur. Vbicunque in aliquem sinum littus curuabitur, vos protinus fundamenta iacietis: nec contenti folo, nisi quod manu feceritis, maria agetis introrsus. Omnibus licet locis testa vestra resplendent, alicubi imposta montibus in vastum terrarum marisque prospectum, alicubi ex plano in altitudinem motium educta, cum multa ædificaueritis, cum ingentia: tamen & singula corpora estis & paruula. Quid profunt multa cubicula? In uno iacetis. Non est velstrum vbicunque non estis. ¶ Ad vos deinde transeo, quorum profunda & insatiabilis gula hinc maria scrutatur, hinc terras. Alia hamis, alia laqueis, alia retiis varijs generibus cum magno labore persequitur. Nullis animalibus, nili ex fastidio pax est. Quantulum enim est quod ex istis epulis quas per tot comparatis manus, fesso voluptatis ore libatis? Quantulum ex ista fera periculose capta, dominus crudus ac nauceans gustat? Quantulum ex tot conchilijs tam longe aduectis, per istum stomachum inexpibilem labitur? Infelices etiam quod intelligitis vos maiorem famam habere, quam ventrem. Haec alijs dic, vt dum dicas, audias ipse. Scribe, vt dum scriperis legas: omnia ad mores, & ad sedandam rabiem affectuum referens. Stude, non vt plus alijs facias, sed vt melius. *Epist. 90.*

Mihil

Mihi crede, felix illud sacerdolum ante architectonas fuit. Ista nata sunt iam nascente luxuria, in quadratum tigia discindere, & serra per designata currere, certa manu trabem scindere. Nam primi cuneis scindebat fissile lignum. Non enim testa coenationi epulum recepturæ, parabantur: nec in hunc usum pinus, aut abies deferebatur longo vehiculorum ordine, vicis intrementibus, ut ex illa lacunaria auro grauia, penderent. Furcæ utrinque suspensæ fulciebant casam: spissatis ramalibus, ac fronde congesta, & in proclive deposita, decursus imbribus quanuis magnis erat. Sub his testis habitauere, sed securi Culmus liberostexit. Sub marmore ac auro seruitus habitat. Epist. 91.

Simplici cura constant necessaria, in delicias laboratur. Non fuit tam inimica natura, ut cum omnibus alijs animalibus facilem ac tutam vitam daret, homo solus non posset sine tot artibus vivere. Nihil horum ab illa nobis imperatum est, nihil ægrè querendum, ut possit vita produci. Ad parata natum sumus: nos omnia nobis difficilia facilium fastidio fecimus. Testa, tegumentaque, & foimenta corporum, & quæ nunc ingens negotium facta sunt, obvia erant, & gratuita, & opera leui parabilia. Modus enim omnium prout postulabat, necessitas erat: nos ista pretiosa, nos mira, nos magnis multisque conquirenda artibus, fecimus.

fecimus. Sufficit ad id natura quod poscit. A natura luxuria desciuit: quæ quotidie seipsum incitat, & tot sacerdolis crescit, ingenio adiuuat vitia. Primo superuacua coepit concupiscere, inde contraria, nouissime corpori animū addixit, & illius deseruire libidini iussit. Iam rusticitatis & misericordiae est, velle quantum sat est. Epist. 91.

Nunc vero quam longe processerunt mala valetudinis? Hæ usuras voluptatum pedimus ultra modum fasque concupitarū. Innumerabiles esse morbos non miraberis, coquos numera. Cessit omne studium, & liberales disciplinas professi, sine villa frequentia desertis angulis praesident. In rhetorum ac philosophorū scholis solitudo est. (Et mox.) Transeo agmina exoletorum per nationes coloresque descripta: ut eadem omnibus levitas sit, eadem primæ mensura lanuginis, eadē species capillorum ne quis, cui rectior est coma, crispulis misceatur. Transeo pistorum turbam, transeo ministratorum: per quos signo dato, ad inferendam coenam discurritur. Dij boni quantū hominum unus venter exercet. Epist. 96.

Turpis qui alto Sole semisomnis iacet, cuius vigilia medio die incipit, & adhuc multihoc ante lucanum est. Sunt qui officia lucis noctisque peruerunt: nec arte deducunt oculos hiberna graues crapula, quam appetere nox coepit. Qualis illorum conditio dicitur, quos natura

*Annotationes in Euangelia.*

(vt ait Vergilius) sedibus nostris subditos, è contrario posuit.  
Nosq; vbi primus equis oriens afflavit anhelis  
Illi sera rubens accedit lumina vesper.  
Talis horum contraria omnibus non regio, sed  
vita est. Sunt quidam in eadem vrbe antipodes,  
qui (vt Marcus Cato ait) nec Orientem vñquam  
Solem viderunt, nec Occidentem. Hos tu existi-  
mas scire, quemadmodum viuendum sit, qui ne-  
sciunt quando. Et hi mortem timent, in quam se  
viui considerunt, tam infasti ominis, quam no-  
eternæ aues sunt. Non viuant contra naturam,  
qui pormaria in sañmis turribus serunt, quorum  
filiaz in tectis domorum ac fastigij nutant, inde  
ortis radicibus, quo improbe cacumina egissent?  
Non viuant contra naturam, qui fundamenta  
thermarum in mare iaciunt, nec delicate natare  
ipſi ſibi videntur, niſi calentia stagna fluctu ac  
tempeſtate feriantur? Cum instituerunt omnia  
contra naturæ consuetudinem velle, nouissime  
in totum, ab illa deſcindunt. Lucet, ſomni tempus  
eſt: quies eſt, nunc exerceamur, nunc geſtemur,  
nunc prædeamus. Iam lux propius accedit: tem-  
pus eſt coenæ. Non oportet id facere quod po-  
pulus. Res fōrdida eſt, trita ac vulgari via viuere.  
Dies publicus relinquatur: proprium nobis ac  
peculiare mane fiat. Iſti mihi vero defunctorum  
loco ſunt. Quantulum enim à funere absunt, &  
quidem

*Dominica I. in Quadragesima.* 82

quidem acerbo, qui ad faces & cereos viuunt?  
Hanc vitam agere eodem tēpore multos memi-  
nimus. Inter quos Atyium Butam prætorium:  
cui post patrimonium ingens cōsumptum, Ty-  
berius paupertatem conſitenti: Sero, inquit, ex  
perrectus es. Causa autem eſt ita viuendi quibus-  
dam, non quia aliq[ui]d existimant noſtem ipſam  
habere iucundius: ſed quia nihil iuuat obuium,  
& grauis malæ conſientiæ lux eſt: & omnia cō-  
cupiſcenti, aut contemnenti, pro ut magno aut  
paruo empta ſunt, fastidio eſt lumen gratuitum.  
Causa tamen præcipua mihi videtur huius mor-  
bi, vitæ communis fastidium. Quomodo cultu ſe  
à cæteris diſtingunt, quomodo elegantiæ coena-  
rum, munditijs vehicularum: ſic volunt separare  
etiam temporum diſpositiones: nolunt ſolita pec-  
care, quibus peccandi præmium, fama eſt. Hanc  
petunt omnes iſti, qui ut ita dicam, retro viuunt.  
Ideo Lucili tenenda nobis vita eſt, quam natura  
præſcripsit, nec ab illa declinandū. Illam ſequen-  
tibus, omnia facilia & expedita ſunt: contra illam  
nitentibus non alia vita eſt, quam contra aquam  
remigantibus. Epift. 123.

Qui domū intrauerit, nos potius miretur quā  
ſuppellectilem nostrā. Magnus ille eſt qui ſic libi-  
bus ſic vtitur quemadmodū argento: nec ille mi-  
nor eſt, qui ſic argēto vtif quēadmodū ſic libibus.  
Infirmi animi eſt pati nō poſſe diuitias. Epift. 5.

L 2 Hanc

Hanc ergo lanam, & salubrem formam vitæ teneto, vt corpori tantum indulgeas, quantū bona valetudini satis est. Durius tractandum est, ne animo male pareat: cibus famem sedet, potio si tim extinguat, vesci is arceat frigus, domus munimētum sit aduersus infecta corpori. Hanc vtrum cespes erexerit, an varius lapis gentis aliena, nihil interest. Scitote hominē tam bene culmo quām auro tegi. Contemne omnia quæ supervacuus labor velut ornementum ad decus ponit. Cogita in te præter animum nihil esse mirabile: cui magno, nihil magnum est. Epist. 8. \*

In ipsa Scipionis Africani villa iacens, hæc tibi scribo, adoratis manibus eius, & arca: quam sepulchrum esse tanti viri suspicor: animam quidē eius in coelum, ex quo erat rediisse, persuadeo mihi: noui quia magnos exercitus duxit (hos enim & Cambyses furiosus, ac furore feliciter vñus, habuit) fed ob egregiam eius moderationem pietatemque, magis in illo admirabilem cum reliquit patriam, quām cum defendit. Magna ergo me voluptas subit, contemplantem mores Scipionis ac nostros. In hoc angulo ille Carthaginis horror, cui Roma debet, quod tantum semel capta est, abliebat corpus laboribus rusticis fessum: exercebat enim opere se, terramque (vt mos fuit priscis) ipse subigebat. Sub hoc ille tecto tam sorrido stetit: hoc illum paumentum tam vile sustinuit.

nuit. At nunc quis est, qui sic lauari sustineat? pauper sibi videtur ac sordidus, nisi parietes magnis & pretiosis orbibus refulerint, nisi Alexandrina marmora Numidicis crustis distincta sint, nisi illis vndique operosa, & in picturæ modum variata circumlitio prætexatur. Eò delitiorum peruenimus, vt nisi gemmas calcare nolimus. Epist. 87.

¶ Idem Seneca in Epist. 88.

Cum paucissimis seruis, quos vnum capere vehiculum potuit, sine vllis rebus, nisi quæ corpore nostro continebantur, ego & Maximus meus biduum iam beatissimum agimus. Culcitra in terra iacet, ego in culcitra. Ex duabus penulis, altera stragulum, altera opertorium facta est. De prandio nihil detrahi potuit: paratum fuit non magis hora, nusquam sine caricis, nusquam sine pugillaribus. Illæ, si panem habeo, pro pulmentario sunt: si non, pro pane: quotidie mihi annum nouum faciunt: quem ego faustum & felicem reddo bonis cogitationibus & animi magnitudine: qui nunquam maior est, quām vbi aliena se posuit: & fecit sibi pacem, nihil timendo: fecit sibi diuitias nihil concupiscendo. Vehiculum in quod impositus sum, rusticum est. Mulae viuere se ambulando testantur: mulio excalciatus non propter æstatem. Vix à me obtineo, vt hoc vehiculum velim videri meum. Durat ad-

huc peruersa recti verecūdia : quoties in aliquem comitatum lautiorem incidimus , inuitus erubescō: quod argumentum est ista quæ probo , quæ laudo , nondum habere certain sedem & immobilem . Qui sordido vehiculo erubescit , pretioso gloriabitur . Parum adhuc profeci , nondū audeo frugalitatem palam ferre : etiam nunc curo opiniones viatorum . Contratotius generis humani opiniones mittēda vox erat: infanitis , erratis , stupitis ad superuacua , neminē æstimatis suo . Quid ad rem pertinent mulē saginatæ , vnius omnes coloris ? Quid ista vehicula celata ?

Instrati ostro alipedes , pīctisque tapetis .

Aurea pectoribus demissa monilia pendent .

Testi auro , fulū mandunt sub dentibus aurum . Ista nec dñm meliorē possunt facere , nec mulā . M. Cato Censorius ( quem tam necessario Romano populo hercule profuit nasci quam Scipionē : alter enim cum hostibus nostris bellum , alter cum moribus gescit ) cantherio vehebatur , & hippoperis quidem impositis , vt secum vten-silia portaret . O quantum erat sacerduli decus , imperatorem triumphalem Censorium ( & quod super omnia hæc est ) Catonem uno caballo esse contentum , & netoto quidem . Partem enim sarcinæ , ab vtroque latere dependentes occupabant . Epist . 88 .

Ego certe cum Attalum audirem in vitia , in errores ,

errores , in mala vitæ perorantem , sāpe misertus sum generis humani , & illum sublimē altioretmq; humano fastigio credidi . Ipse regem se esse dicebat : sed plus quam regnare mihi videbatur : cui licet censuram agere regnantiū . Cum vero commendare paupertatē cœperat , & ostendere quod quidquid vsum excederet , pondus effet superuacuum & graue ferēti , sāpe exire è schola pauperi libuit . Cum cœperat voluptates nostra traducere , laudare castum corpus , sobriam mensam , purā mentem , non tantum ab illicitis voluptatibus , sed etiam superuacuis , libebat circumscribere gulam & ventrem . Inde mihi quædā permansere Lucili . Magno enim in omnia impetu venerām : deinde ad ciuitatis vitam reductus , ex bene cœptis pauca seruani . Inde ostreis boletisque in omnem vitā renuntiatum est . Hæc enim nō cibi , sed oblectamenta sunt ad edendum saturos cogentia : quod gr. t. sūmum est edacibus , & se vltra quā capiunt , sarcientibus : facile descēsura , facile redditura . Inde in omnē vitā vnguento abstinemus : quem obtinemus odor in corpore est . Nullo inde vino calet stomachus . Inde in omnē vitā balneū fugimus . Decoquere corpus atque exinanire sudoribus , inuile simul delicatumq; credimus . ( Et paucis interiectis . ) Laudare solebat Attalus culcitram quæ resisteret corpori . Tali vtor etiam senex , in qua vestigiū apparere non posset . Epist . 109 .

Addiximus animum voluptati : cui indulgere initium omnium malorum est. Tradidimus ambitioni & famæ , cæteris æque vanis & inanibus. Quid ergo nūc te hortor ut facias? Nihil noui, nec enim nouis malis remedia quæruntur. Sed hoc primum, vt tecum ipse despicias, quid sit necessarium, quid superuacuum. Necessaria tibi vbiique occurrit: superuacula, & semper , & toto animo quærenda sunt. Non est autē quod te nimis laudes, si contempseris aureos lectos, & gemmeam suppellectilem. Quæ est enim virtus superuacula contemnere? Tunc te admirare, cum contempseris necessaria. Non magnam rem facis, quod vivere sine regio apparatu potes: quod non desideras miliarios apros, nec linguis fæni coptero. Et alia portenta luxuria, iam tota animalia fastidientis, & certa mēbra ex singulis elegantis. Tunc te admirabor, si non contempseris etiam sordidū panē, si tibi persuaseris herbas vbi nec esse est , nō pecori tantū, sed homini nasci: si scieris cacumina arborū explementū esse vētris, in quē sic pretiosa congerimus, tanquā recepta seruantē: sine fastidio implēdus est. Quid enim ad rē pertinet, quid accipiat, perditurus quidquid accepit? Epist. i 11.

Itinere confectus incommodo magis, quam longo, in Albanum meum nocte multa perueni. Nihil habeo paratū nisi me. Ita in lectulo lassitudine ponō: hanc coqui, hanc pistoris morā boni consulo.

consulo. Mecum enim de hoc ipso loquor, quām nihil sit graue, quod leuiter excipias: quam indignantium nihil, nisi ipse indignando astruas. Nō habet panem meus pistor, sed habet villicus, sed habet colonus. Malum panem, inquis, Expecta: bonus fiet: etiam illum tenerum tibi , & diligendum fames reddet. Ideo non est ante edendum, quām illa imperet. Expectabo ergo , nec ante edam, quām aut bonum pane in habere cōpero, aut malum fastidire desiero. Necessarium est paruo assūscere. Multæ difficultates locorum, multæ temporum , etiam locupletibus, occurrit. Quicquid vult habere nemo potest. Illud potest nolle quod non habet, rebus oblatis hilaris vti. Magna pars libertatis est, bene moratus vēter, & contumeliam patiens. Aestimari non potest, quantum voluptatem capiam ex eo quod lassitudo mea sibi ipsa acquiescit. Non vñctiones, non balneum, non vllum aliud remedium quām temporis quero. Nam quod labor contraxit, quies tollit. Aliquando enim experimentum animi sumpsi subito. Hoc enim est simplicius & verius. Nā vbi se præparauit, & indixit sibi patientiam, non æque appetit quantum habet veræ firmitatis. Illa sunt certissima argumenta, quæ ex tempore dedit: si non tantum æquus molesta, sed placidus aspexit: si non excanduit, non litiganit: si quod dari deberet, ipse sibi non desiderando suppleuit,

L 5 & cogi-

& cogitauit, aliud consuetudini suæ, sibi nihil deesset. Multa quām superuacua essent, non intelleximus, nisi cum deesse coeperunt. Vt ebamur enim illis, non quia debebamus, sed quia habebamus. Quām multa autem paramus, quia alij parauerunt, quia apud plerosq; sunt. Inter causas malorum nostrorum est, quod viuimus ad exēpla: nec ratione componimur, sed consuetudine abducimur. Quod si pauci facerent, nollemus imitari: cum plures coepserunt: quasi honestius sit, quia frequentius, sequimur: & recti apud nos locum tenet error, ubi publicus factus est. Quanto satius est, rectum sequi līmitem, & eō se perducere, vt ea demum sint tibi iucunda, quæ honesta? Quod asséqui poterimus, si fecerimus duo esse genera rerum, quæ nos aut inuitent, aut fugent. Inuitent, vt diuitiæ, voluptates, forma, ambitio, cetera blanda, & arridentia. Fugent, labo, mors, dolor, ignominia, vicitus a strictior. Debemus itaq; exerceri, ne hæc timeamus; ne illa cupiamus. In contrarium pugnemus, & ab inuitantibus recedamus, aduersus prementia concitemur. Non vides quām diuersus sit ascendiū habitus, & descendētiū? Qui primum eunt, corpora: qui in arduum, incubunt. Nam si descendas, pondus tuum in priorem partem dare, si ascendis, retro abducere cum vicio Lucili: consentire est. In voluptates dscēditur, in aspera & dura subeun-

subeundum est. Hic impellamus corpora, illic refrenemus. Epist. 1 24.

Ante circumpiciendum est, cum quibus edas & bibas, quam quid edas, & bibas. Epist. 1 6.

Venter præcepta non audit, poscit, appellat. Non est tamen molestus creditor: paruo dimittitur, si modo das illi quod debes, nō quod potes. Epist. 2 1.

Non pudebit fateri, quem mihi amorem Pythagoræ iniecerit Socion. Disserebat, quare ille animalib<sup>9</sup> abstinuisset, quare postea Sextius. Dis similis vtriq; causa erat: seu vtriq; magnifica. Hic homini satis alimentorum citra sanguinem esse credebat, & crudelitatis consuetudinem fieri, vbi in voluptatem esset adducta laceratio. Adiicebat contrahendam materiam esse luxuria. Colligebat bona valetudini contraria esse alimenta varia, & nostris aliena corporibus. At Pythagoras omnium inter omnia cognationem esse dicebat, & aliorum commercium in alias atq; alias formas transeuntium. Interim sceleris hominibus ac parricidij metum fecit, cum posset in parentis animam incisijs incurvare, & ferro morsuvè violare, in quo cognatus aliqui spiritus hospitaretur. Si vera sunt ista, abstinuisse animalib<sup>9</sup> innocētia est: si falsa, frugalitas est. Quod istic crudelitatibus tuis damnū est? Alimenta tibi leonum & vulturū eripio. His inflinctus, abstinere animalibus

bus coepi, & anno peracto non tantum facilis erat mihi consuetudo, sed dulcis. Agitatiorem mihi animum esse credebam. Epist. 109.

Nunquid enim mihi Lucili, in hoc furor non est quod nemo nostrum mortalem se cogitat? quod nemo imbecillum? Imo in illo, quod nemo nostrum vnum se cogitat? Aspice culinas nostras, & concursantes inter tot ignes coquos nostros. Vnum videri putas ventrem, cuitantorum tumultu comparatur cibus? Aspice vinaria nostra, & plena multorum seculorum vindemij horrea. Vnum putas videri ventrem, cui tot climarum regionumque vina cluduntur? Aspice quot locis vertatur terra, quot millia colonorum arent, fodiant. Vnum putas videri ventrem, cui & in Sicilia, & in Africa seritur? Sani erimus, & modica concupiscentia, si vnuſquisque se numeret, metiatur simul corpus, sciatque nec multum capere, nec diu posse. Nihil tamen æquè tibi profucrit ad temperantiam omnium rerum quam frequens cogitatio breuis æui, & huius incerti. Quicquid facies respice ad mortem. Epist. 115.

Quo peruenere delicia? Is pro putrido iam pisces affertur, qui hodie eductus, hodie occisus est. Nescio de re magnatibi credere. Ipse oportet mihi credam, hac affratur, coram me anima agat. Ad hunc fastum peruenere ventres deliciorum, ut gustare non possint pisces, nisi quem in ipso conuiuio

conuiuio natantem palpitante inque viderint. Quanto ad soleritatem luxuriae plures eunt, tanto subtilius quotidie & eleganter aliquid excogitat furor, visitata contemnens. Illa audiebamus, Nihil esse melius saxatili mullo. At nunc audi mus. Nihil est moriente formosius. Da mihi in manus vas vitreum in quo exultet, in quo trepidet. Vbi multum diuque laudatus ex illo perlucido viuario extrahitur, tunc ut quisque peritior est, monstraret. Vide quomodo exarserit rubor, omnia acrior minio. Vide quas per latera venas agat. Ecce sanguineum putas ventrem: quam lucidum quidam ceruleumque sub ipso tempore effulgit. Iam porrigitur & pallet, & in vnum color em componitur. Ex his nemo morienti amico assidet, nemo videre mortem patris sui sustinet, quam optauit. Quotus quisq; funus domesticum ad rogum prosequitur? fratum propinquorūq; extrema hora deseritur: ad mortem nulli concurritur. Nil enim est illo formosius. Non tempore mihi, quin utar interdum temerarijs verbis, & proprietatis modum excedam. Non sunt ad popinam dentibus, de ventre, & ore contenti, oculis quoque gulosi sunt. Libro. 1. Natur. Quæstio. capite. 18.

Medicina quondam paucarum fuit scientia herbarum, quibus sisteretur fluens sanguis, vulnera coirent paulatim. Deinde in hanc peruenit mul-

multiplicem varietatem. Nec est mirum tunc illam minus negotij habuisse, firmis adhuc solidisq; corporibus, & facilis cibo: nec per artem voluptatemq; corrupto. Qui postquam coepit, non ad tollendam, sed ad irritandam famem queri, & inuentæ sunt mille condituræ, quibus auiditas excitaretur, quæ desiderantibus alimenta erant, onera sunt plenis. Inde pallor, & neruorum vino madentium tremor, & miserabilior ex cruditatisbus quam ex fame macies. Inde incerti labetium pedes, & semper qualis in ipsa ebrietate titubatio. Inde in totam cutem humor admissus, distentusque venter, dum male assuescit plus capere, quam poterat. Inde suffusio luridæ bilis, & decorolor vultus, tabesq; in se putrescentium, & retorti digiti articulis obrigescientibus, neruorum sine sensu iacentium torpor, aut palpitatio corporū sine intermissione vibrantium. Innumerabilia præterea febrium genera, aliarū impetu subeuntium, aliarum tenui peste repentium, aliarum cum horrore & multa membrorum quaestatione venientium? Quid alios referant innumerabiles morbos, supplicia luxuriaz? Immunes erant ab istis malis, qui non dum se delicijs soluerant qui sibi imperabant, sibi ministrabant. Corpora opere ac vero labore durabant, aut cursu de-fatigata, aut venatu, aut tellurem versantia: exceptiebat illos cibus qui nisi esurientibus placere non

non poterat. Itaq; nihil opus erat tam magna mendicorum suppellestile, nec tot ferramentis atq; pixidibus. Si simplex erat ex simplici causa veltudo, multos morbos, multa ferula fecerunt. Vide quantum rerū per vñā gulā transiit, permisceat luxuria, terrarū matisq; vastratrix. Necesse est itaq; inter se tam diuersa dissidēat, & hausta male digerantur, alijs alio nitentibus. Epist. 96.

*Vbi Seneca de niuum generatione in lib. de Natu. Quæst. disputationis, sic tandem concludit.*  
Quid istas, inquis, ineptias, quibus nec literator fit quisquam, nec melior, tā operose persequeris? Quomodo siāt niues dicis, cum multo magis ad nos dīcī à te pertineat, quo modo emēdæ nō sunt niues. Haha, iubeme cū luxuria litigare. Quotidianum istud & sine effectu iurgium est. Litigemus tamen, etiam si superior futura est: pugnantes ac reluctantates vincat. Deinde post paucā subdit. Vnde ad hoc peruentum sit, ut nulla nobis aqua satis frigida videretur quæ flueret, dicam. Quandiu sanus & salubris cibī capax stomachus est, impletusq; nō premitur, naturalibus fomentis contentus est. Vbi quotidianus cruditatibus, non temporis astus, sed suos sentit, vbi ebrietas continua visceribus infedit, & præcordia bile in quam vertitur, torret: aliquid necessariō queritur quo astus ille frangatur, quī ipsis aquis

aquis incalescit, remedij sicut vitium. Itaque non æstate tantum, sed & media hyeme niuem hac causa bibunt. Quæ huius rei causa est, nisi intestinum malum, & luxu corrupta p̄cordia: quibus nullum interuallum vñquam quo interquiescerent, datum est: sed prandia, coenis vsq; in lucem perductis, ingestas sunt: & distentos copia fercitorum ac varietate, commissatio altius mersit. Nat. Quæst. Lib. 4. c. 13.

Vult nos ab ebrietate deterrere Zeno vir maximus, huius sectæ fortissimæ ac sanctissimæ conditor. Audi ergo quem admodum colligit virum bonum non futurum ebrium. Ebrio secretum sermonem nemo committit, viro autem bono committit, ergo vir bonus ebrius non est. Non est animus in sua potestate ebrietate deuinctus. Quem admodum inusto dolia ipsa rumpuntur, & omne quod in imo iacet, in sumnam partem vis caloris eiectat: sic vino æstuante, quicquid in imo iacet abditum, effertur & prodit in mediū. One-rati mero, quemadmodum non continent cibū, vino redundantē: ita ne secretum quidem, quod suum alienumque est, pariter effundunt. Interim si hoc colligere vis, virum bonum non debere ebrium fieri, cur syllogismis agis? dic quām turpe sit plus sibi ingerere quām capiat, & stomachi sui non nosse mensuram: quām multa ebrij faciant, quibus sobrij erubescant. Nihil aliud esse ebrietatem,

tatem, quām voluntariam insaniam. Extende in plures dies illum ebrium habitum: nunquid de furore dubitabis? Nunc quoque non est minor, sed brevior. Refer Alexandri Macedonis exēplum, qui Clitum charissimum sibi ac fidelissimum inter epulas transfodit, & intellecto facinore, mori voluit, certè delituit. Omne vitium ebrietas & incendit, & detegit: obstantem malis conatibus verecundiam, remouet. Plures enim pudore peccandi, quām bona voluntate, prohibitis abstinent. Vbi possedit animum nimia vis vini, quicquid male latebat, emergit. Non facit ebrietas virtutia, sed protrahit: tunc libidinosus ne cubiculum quidem expectat, sed cupiditatibus suis quātum petierint, sine dilatione permitit: tunc impudicus morbum profitetur ac publicat, tunc petulans non lingua, non manum continet. Crescit insolentia superbia, crudelitas fæuo, malignitas liuido, omne vitium detegitur & prodit. Adiice illam ignorationem sui, dubia & parum explanata verba, incertos oculos, gradum errantem, vertiginē capitis, testa ipsa mobilia, velut aliquo turbine circumagente totam domum: stomachi tormenta cum effuerescit merum, ac viscera ipsa distendit. Tunc tamen utcunque tolerabile est, dum illi vis sua est. Quia cum somno vitiatur, & quæ ebrietas fuit, cruditas facta est? Cogita quas clades ediderit publica ebrietas. Hæc acerrimas

gentes bellicosq; hostibus tradidit. Hæc mul-  
torum annorum pertinaci bello defensa incenia,  
patefecit: hæc contumacissimos & iugum recu-  
fantes, in alienum egit arbitrium: hæc iniuctas  
acies mero domuit. Alexandrum, cuius modo fe-  
ci mentionem, tot itinera, tot prælia, tot hyemes,  
per quas victa temporum locorumq; difficulta-  
tes, transferat, tot flumina ex ignoto cadentia, tot  
maria tutum dimiserunt, intemperantia bibendi  
concidit. Epist. 84.

## In eadem Dominica Prima.

Quadragesimæ, in illud, quod Dominus in so-  
litudinem secessit, quam utiles sit solitudo, &  
que sequuntur adnotauimus ex eodē vbi supra.

**P**Yrrho Eliensis deprehensus aliquando so-  
lus, ac secum loquēs, rogatus, quid solus age-  
ret? Meditor, inquit, esse probus. Sentiens ad  
id utilem esse solitudinem, inutilem turbā. Laert.  
lib. 6. cap. 11.

Antisthenes regatus, quid emolumenti cœ-  
pisset ex philosophia? Ut mecum, inquit, loqui  
sive viuere possem. Doctus, etiam si solus sit, non  
sentit tædium solitudinis: Sed multa præclara suo  
cum animo versans, quasi secum loquitur: indo-  
ctis molestissima est solitudo, ac etiam inutilis.  
Laert. lib. 6. cap. 1.

Diocle-

Diocletianus Romanorum imperator iam se-  
nex, cum se imperio abdicasset, atque priuatam  
vitam in villa sua instituisse, ab Herculio atque  
Galerio ad recipiendum imperium rogatus, tan-  
quam pestem aliquam detestatus, respondit. Vt  
nam Salona possetis visere olera nostris mani-  
bus consita, profecto istud tentandum nūquam  
indicaretis, Eutropius & Cuspinianus in consul.  
fol. 486.

Socrates dicebat, otium possessionum omniū  
optimam. Otium autem sensit, non ignauiam,  
sed à tumultuosis negotijs, & cupiditatibus, ani-  
mi tranquillitatem vitiatis, esse quietum. Eras.  
lib. 3. Apoph.

Quid tibi vitādum præcipue existimem quæ-  
ris? Turbam. Non dum illi te tuto commisseris.  
Ego certè confiteor imbecillitatem meam. Nun-  
quam mores quos extuli, fero. Aliiquid ex eo  
quod compofui turbatur, aliquid ex his quæ fu-  
gavi, redit. Avarior redeo, ambitiosior, luxurio-  
sior, imò verò crudelior, & inhumanior: quia in-  
ter homines fui. Subducendus populo est tener  
animus, & parū tenax recti. Facile trāfitur ad plu-  
ret. Socrati, Catoni, & Lælio excutere mentē suā  
dissimilia multitudo potuisset, adeò nemo nostrū  
qui maximē cōcinnamus ingenii, ferre impetū  
vitorum tam magno comitatu venientiū potest.  
Vnum exemplū luxuriæ, aut avaritiae, multū

M 2 malū

mali facit. Conuictor delicatus paulatim eneruat, & emollit. Vicinus diues cupiditate irritat: malignus cornes quanuis candido & simplici, rubiginem suam affricuit. Quid tu accidere his moribus credis, in quos publicè factus est impetus? Ne cessè est aut imiteris, aut oderis. Vtrumq; autem deuitandum est, ne vel similis malis fias, qui multi sunt: neve inimicus multis, quia dissimiles sunt. Recede in te ipsum quantum potes: cum his verfare qui te meliorem facturi sunt. Illos admitte, quos tu potes facere meliores. Mutuo ista fiunt, & homines dum docent, discunt. Epist. 7.

Sic est, non muto sententiam: fuge multitudinem, fuge paucitatem, fuge etiam unum. Nō inuenio cum quo te malum esse quā tecū. Epist. 10.

Animalia quædam ne inueniri possint, vestigia sua circa cubile ipsum confundunt. Ideo tibi faciendum est: alioquin non deerunt qui persequantur. Multi aperta transeunt: condita & obstrusa rimantur. Furem signata sollicitant. Vile videretur quicquid patet. Epist. 69.

Scio quam sis ambitioni alienus, quā familiaris otio & literis. Turbam rerum hominumq; desiderent, qui se pati nesciūt. Tibi tecū optimè conuenit. Nec mirum paucis istud contingere: imperiosi nobis ipsi molestique sumus: modo amore nostri, modo tædio laboramus, infelicem animū nunc superbia inflamus, nunc cupiditate distendimus

dimus, aliàs voluptate laxamus, aliàs solitudine exurimus. Quod est miserrimum nunquam sumus singuli. Necesse est itaque assidua vtamur in tam magnorum vitiorum contubernio, rixa. In Præfatione lib. 4. Natur. Quæst.

Fugiendum ergo, & in se redeundum est, imo etiam à se recedendum. Vbi supra.

Magna pars sanitatis est, hortatores insanæ re liquisse, & ex isto cætu inuicem noxio procul abijisse. Hoc esse verum scias, aspice quanto aliter unusquisque populo viuat, aliter sibi. Non est per se magistra solitudo innocentiae, nec frugalitatē docent rura, sed vbi testis ac spectator abcessit, vicia subsidunt, quorum monstrari & conspiciri, fructus est. Quis eam quam nulli ostenderet, induit purpuram? Quis posuit secretam in auro dapem? Quis sub alicuius rusticæ arboris proiectus umbra, luxuriae suæ pompam solus explicuit? Nemo oculis suis laetus est: nec paucorum quidem & familiarium: sed apparatus vitiorum suorum pro modo turbæ spectantis expandit. Itaque irritamentum est omnium in quæ insanus, admirator & conscius. Ne concupiscamus, si ne offendamus efficeris. Ambitio, luxuria, & impotentia scenam desiderant. Sanabis ista si abscondaris. Epist. 95.

Solitudinem querit, qui vult cum innocentibus viuere. Ex Publ. Mi.

Vobis voluptas ista est, inertio otio assuefacere corpusculū, & securitatē sopitis simillimā appetere, & sub depresso umbra latitare: tenerimisq; cogitationibus (quas tranquillitatem vocatis) animi marcētis oblectare torporē: & cibis potionibusq; intra hortorū latebras corpora ignavia pollutia, saginare: nobis virilis voluptas est, dare beneficia, vel laboriosa, dū aliorū labores leuēt: vel pericula: dū alias à periculis extrahāt. Li. 4. de bene. c. 13.

Cogita quām multa temere pro pecunia, quā multa laboriosē pro honore tentaueris: aliquid & pro otio audendum est. Epist. 19.

Animum cogo sibi intentum esse, nec aduocari ad externa: omnia licet foris resonent, dum intus nihil tumultus sit, dum inter se non rixentur cupiditas & timor: dū avaritia luxuriaq; non disfideant, nec altera alterā vexet. Nā quid prodest totius regionis silentiū, si affectus fremunt? Omnia noctis erāt tacita cōposita quiete. Falsum est: nulla placida quies est, nisi quā ratio composuit. Nox exhibit molestiā, non tollit, & solitudines mutat. Nam dormientium quoq; insomnia tam turbulentia sunt, quām dies. Illa tranquillitas vera est, in quā bona mens explicatur. Aspice illum, cui somnus laxā domus silentio queritur: cuius aures, ne quis agitet sonus, omnis seruorum turba conticuit, & suspensum accendentium proprius vestigium ponitur. Huc nempe versatur ac illuc, somnum

sominum inter ægritudines leuem captans, quæ non audit, audisse se queritur. Quid in causa putas esse? animus illi obstrepit, hic placandus est, huius compescenda est sedatio, quem non est q̄ existimes placidum, si jacet corpus. Epist. 57.

Si bona fide sumus, si receptui cecinimus, si spe ciosa contempsimus, nulla res nos auocabit, nullus hominum auiumque concentus interrumpet cogitationes bonas, solidasque & iam certas. Leue illud ingenium, nec se adhuc reduxit introrsus, quod ad vocem, & accidentia erigitur. Habet intus aliquid sollicitudinis, & habet aliquid concepti paurois, quod illum curiosum facit. Ut ait Vergilius noster.

*Et me quem dudum non villa iniecta inquebant*

*Tela, nec aduerso glomerati ex agmine Graij,*

*Nunc omnes terrent aura, sonus excitat omnis*

*Suspensum: & pariter comitiique oneriique timentem.*

Timidum illum sarcinæ faciunt. Quemcunq; ex istis felicibus elegēris, multa trahentibus, multa portantibus, videbis illum comitiique oneriq; timentem. Epist. 57.

Quod desideras, magnum & summū est Deo-  
que vicinum, non concuti. Lib. de Tranq. vit. c. 2.

Ille vir syncerus ac purus, qui relinquit & cu-  
riam & forum, & omniē administriationem Rei-  
publicæ, vt ad ampliora secederet: diligit eos per  
quos hoc ei facere tuto licet: solumq; illis grā-  
tutum testimonium reddit, & magnam rem ne-  
scientibus debet. Sed quemadmodum Neptuno  
plis debere se iudicat ex his qui eadem tranqui-  
llitate v̄si sunt, qui plura & pretiosiora illo mari  
vexit, & animo fuis à mercatore, quam à vectore  
solutur votum: sic huius pacis beneficium ad  
omnes pertinens, altius ad eos peruenit, qui illa  
bene vtuntur. Epist. 74.

## FERIA IIII. POST

### Primam Dominicam

Quadrag. Euang.

Accēfferunt ad Iesum Scribe & Pharisei,  
&c. Matth. 12.

**V**iri Niniuite surgent contragenerationem  
istam.) Sæpenumero noster autor in testi-  
monium & exaggerationem suæ doctri-  
næ assertest testimonia & facta gentilium, & Philo-  
sophorum, quandoque animalium consuetu-  
dines & facta in nostram confusionem, cur  
ili

illi solo naturæ debili lumine, vel illius instinctu  
faciant quæ nos lumine fidei insigniti non faci-  
mus, vt est videre in G. lib. 1. cap. 2 1. & libro. 2.  
cap. 1 0. & cap. 1 9. & c. 2 0. habetur melius esse vt  
erant Niniuite qui cognoscentes propria delicta  
salutem consequuti sunt, quām sicut Pharisei qui  
propter exteriora opera sanos se esse putabant &  
intus pleni erant dolo.

Non esse vitio dandum Christiano conciona-  
tori quod ad rem amplificandam fastidium tol-  
lendum interdum dicta & facta Philosophorum  
& Gentilium afferat (quod & nos fecimus) probat  
noster autor in Prologo suarū Concionum ante  
tomum primū, ibi, Nemo vero mihi vitio veritatē.

Sed & animalia in nostrā possunt adduci con-  
fusionem, cum illa ardua subeant propter filiorū  
amorem pericula, nos neque facilibus manum  
admouemus propter Dei amorem, vide in Add.  
par. 1 9. 5. & 6. & cap. 2. ibidem, Vide etiam Do-  
minica. 1 6. post Trinit. in illa verba, Respicite  
volatilia coeli.

(Generatio hæc prava & adultera signū quæ-  
rit.) Signa & reuelationes, non esse petenda in ora-  
tione & contemplatione afferitur, in O. parte. 2.  
cap. 5. §. 1 1.

(Regina austri surget in iudicio.) Fidei digni-  
tas si cum charitate copuletur eiusdē maiora sup-  
plicia si ab illa destituatur inde probari potest,

*Annotationes in Euangelia.*

dum hic minora prædicantur ethnicorum supplicia quam fidelium iuxta fidei dogmata non viuentium, vide tomo. 4. Conc. Dominica. 18. post Pentecosten Conc. 1. parte. 2.

In eadem feria Quarta, & quæ sequuntur duximus adnotanda de vana curiositate qua isti signum de cœlo petunt, ex libro Collectaneorum eiusdem.

**Q**uid annos Patrocli & Achillis inquirere ad rem existimas pertinere? Queris Vlysses ubi errauerit, potius quam efficias ne nos semper eremus? Non vacat audire utrum inter Italiam & Siciliam iactatus sit, an extra notum nobis orbem. Tempestates animi nos quotidie iactant, & nequitia in omnia Vlyssis mala impellit: non deest forma quæ sollicitet oculos, non hostis: hinc monstra effera, & humano cruce regaudentia: hinc infidiosa blandimenta aurium, hinc naufragia, & tot varietates malorum. Monstras mihi qui sunt modi flebiles: monstra potius quomodo inter aduersa non emittâ flebilem vocem. Metiri me Geometra docet latifundia: potius doceat quomodo metiar quātum homini sit satis. Numerare docet me Arithmetica, & auaritiae commodare digitos: potius doceat, nihil ad rem pertinere istas computationes: non esse felicorem cuius patrimoniu tabularios lassat: immo quātum

*Feria IIII post I. Domin. Quadr. 94*

quātum superuacua possideat, qui infelicissimus futurus est, si quātum habeat per se computare cogatur. Doces me quomodo nihil perdam ex finibus meis, at ego discere volo quomodo totos hilaris amittam. Epist. 27.

Ista liberalium artium consecratio molestos, verbosos, intempestiuos, fibi placentes facit: & ideo non discentes necessaria, quia superuacua didicerunt. Quatuor millia librorum Didymus grammaticus scripsit: miser erat si tam multa superuacua legisset. In his libris de patria Homeri queritur: in his de Æneæ matre vera: in his libidinosior Anacreon, an ebriosior vixerit: in his an Sappho publica fuerit: & alia quæ erant dediscenda, si scires. Talia sciat oportet, qui multa vult scire: non cogitare quantum temporis auferat mala valetudo, quantum occupatio publica, quantum occupatio priuata, quātum occupatio quotidiana, quantum somnus: metire ætatem tuam, tam multa non capit: de liberalibus studijs loquor. Philosophi quantum habent superuacui, quantum ab vsu recententis? Epist. 89.

Nauigant quidam, & labores peregrinationis longissimæ vna mercede perpetiuntur, cognoscendi aliquid abditū. Hæc res ad spectacula populos contrahit, hæc cogit præclusa rimari, secretiora exquirere, antiquitates euoluere, mores barbararum audire gētium. Curiosum nobis natura

tura ingenium dedit, & artis sibi ac pulchritudinis suæ conscientia, spectatores nos tantis rerum spectaculis genuit, perditura fructum sui, si tam magna, tam clara, tam subtiliter ducta, tam nitida, & non uno genere formosa, solitudini ostenderet.

Cur ô homo inuidentissime, in alienis malis perspicaces habes oculos, in tuis cæcitus? Inuerte cognoscendi studium, & istam curiositatem ab externis transfer ad ea, quæ sunt intra te. Si cordi est aggredi malorum historiam, habes assatim domi quid agas. Tantam reperies multitudinem erratorum in vita tua, malarumque cupiditatum in animo, nec minus negligentie in his, quæ fuerat officij præstare. Hæc recenseto, hæc recognoscito, fenestras, unde prospectus pateat in vicinos, aditusque curiositatis obturato. Cæterum alias aperito vias, quæ ducunt in virorum conclave, quod tibi domi est, in loca in quibus versantur famuli. Illic habet istud percontandi studium & curiositas negotium nec inutile, nec improbum, verum utile ac salutiferum: quum sibi quisque sic loquitur. Quo lapsus? quid feci? quod mihi munus omissum est? Nunc vero, sicut fabule narrant, Lamiam domi quidem canere cæcam, oculos habentem in vaculo quadam repositos: verum ubi prodit foras, reponere, ac tum oculatam esse: ita quisque nostrū foris, & in rebus aliorum ob malevolentiam, sibi curiositatem, velut oculum imponit. In nostris autem ipsorum erratis ac malis frequenter labimur præ ignoratio, ad hæc nec oculos habētes nec lucē. Quapropter homo curiosus hostibus utilior est, quam sibi. Siquidem illorum mala coarguit, profertque, commostrans illis quid sit cauedum, quidve corrīendum. Porrò pleraque quæ domi geruntur, non animaduertit, videlicet attonitus studio negotiorum alienorum. Itaque mirè securi, ignari que eorum quæ ad nos ipsos pertinent, aliorum genus inquirimus: videlicet quod auus vicini fuit Syrus, auia vero Thræssa. Ille vero debet talenta tria, nec vñoram persoluit. Quin & huiusmodi disquirimus, vnde illius vxor rediit domū? quid hic & ille soli in angulo collocuti sunt? Atqui nonnulli propriam vitam, velut inamoenissimum spectaculum, non sustinent intueri, nec ratione, veluti lucem, ad se reflectere & circunducere. Verum animus omni genere malorum scatens, horrens, ac metuens quæ sunt intus, exilit foras, vagaturque circa aliena, nutriendis ac saginās animali vitium. Etenim quemadmodum gallina in ædibus frequenter, cum cibus sit appositus, subit angulum, ibique scalpens terram,

lut oculum imponit. In nostris autem ipsorum erratis ac malis frequenter labimur præ ignoratio, ad hæc nec oculos habētes nec lucē. Quapropter homo curiosus hostibus utilior est, quam sibi. Siquidem illorum mala coarguit, profertque, commostrans illis quid sit cauedum, quidve corrīendum. Porrò pleraque quæ domi geruntur, non animaduertit, videlicet attonitus studio negotiorum alienorum. Itaque mirè securi, ignari que eorum quæ ad nos ipsos pertinent, aliorum genus inquirimus: videlicet quod auus vicini fuit Syrus, auia vero Thræssa. Ille vero debet talenta tria, nec vñoram persoluit. Quin & huiusmodi disquirimus, vnde illius vxor rediit domū? quid hic & ille soli in angulo collocuti sunt? Atqui nonnulli propriam vitam, velut inamoenissimum spectaculum, non sustinent intueri, nec ratione, veluti lucem, ad se reflectere & circunducere. Verum animus omni genere malorum scatens, horrens, ac metuens quæ sunt intus, exilit foras, vagaturque circa aliena, nutriendis ac saginās animali vitium. Etenim quemadmodum gallina in ædibus frequenter, cum cibus sit appositus, subit angulum, ibique scalpens terram,

*Sicubi, vt in fimo, vel granū appareat vnum: itidem qui curiositatis vitio laborant, prætermisis interim sermonibus institutis, ac narrationibus,*

bus, alijſque quæ nullus vetat percontari , nec quisquam moleſtè fert, ſiquis interroget, occulta ſecretaque mala totius domus efferunt. Et ſan- nè in alienas zædes non eſt moſ ingredi quen- quam, niſi prius pulsarit fores : curiosus autem ad hæc ipſa clam ſubit, pudicæ domus reſeteque conſtitutæ nequaquam libenter ſpectator futu- rus, etiam ſiquis vocet. Ea vero, quorum cauſa clauſis, repagulum, ac veſtibulum adhibentur, re- tegit & efferit in vulgus. At qui ventorum hi no- biſ ſunt moleſtissimi, ſicut ait Arifton, qui no- biſ reuelunt pallia. Curiosus autem non pallia vi- cinorum nectunicas, ſed parietes detegit, fores reſerat, & ad teneram uſque virginem non ali- ter quam ventus penetrat, irrepitque. Simul eſt in zædibus diuitum, in caſis pauperum, in aulis re- gum, in thalamis nuper nuptiarum, ſcrutans om- nia omnium negotia, tum hofpitum, tum præſi- dum: atque id quidem haud citra periculum, ſed perinde ac ſi quis gueſt aconitum, curiositat̄ vitio ſcire cupiens quale ſit, priuſquam ſentiat, tollitur ē medio: ſic qui potentiorum, inquirunt mala, priuſ abſumunt ſeipſos, quām intelligant. Lib. de Curiositate.

Si quis de coniugio quopiam loquatur, aut de ſacrificio, aut de deductione, indiligerter & oſci- tanter audit curiosus: ait que ſibi pleraq; iam ante audita eſſe: iubetque narrantem conſerre ſermo- nem

nem in pauca, aut prætercurrere. Quod ſi quis aliſdens referre cooperit vitiatam virginem, aut adulteram vxorem, aut iuſtitiam litem, aut diſ- fidium fratribus, hic nec dormitat, nec cauſatur deeffe otium. Quemadmodum enim cucurbi- tulæ quod in carne deterrium eſt, ad ſe trahūt: ſic curiosorū aures deterriimos quoſque ferme- nes attrahunt: & ut melius dicam, ſicuti ciuita- tes habent portas quasdam nefastas, ſinistraque ominus, per quas educunt ſupplicio capitis de- ſtinatos, ſordetque atque purgamenta ejiciunt: nihil autem purum, aut ſacrum per eas vel ingre- ditur, vel egreditur: ita per curiosorum aures ni- hil probum aut venustum transit: ſed ferme- nes de cædibus aditum inueniunt, atque ibi verfan- tur, impuras & impias fabulas ſecum deferen- tes. Siquidem curiositas eſt libido audiendi ſe- creta retruſaque. Nullus autem occulit, ſi quid habet boni: quādoquidem hic ſimulantur adeffe bona, etiam quæ non adsunt. Proinde curiosus qui appetit cognoscere mala, obnoxius eſt mor- bo gaudendi de malis aliorum, liuoris & inuidiæ fratri. Lib. de Curiositate.

Curiosi perdunt ac proieciunt ſua ipsorum ne- gotia, dum intenti ſunt alienis. Nec frequenter eunt rus, eo quod non ferant quietem, ac ſilentiū agrorum: fugiunt rusticationem, vti rem quam- piam inanem, frigidam, nec quicquam habētem tragediæ:

tragœdiæ : ad tribunalia , foræ , & portus se recipiunt . Nihilne noui ? Nam manè nō eras in foro . Quid igitur ? num tribus horis existimas immutatam esse ciuitatem ? Et tamen si quis habeat tale quippiam quod narret , descendit ex equo , dataque dextera , & ex osculatus hominem , consistit auscultans . Quod si quis forte obuius dicat , nihil esse noui , tāquam offensus , quid ais , inquit ? Non fuisti in foro ? Non præteristi stationem , nec incidisti in eos qui venerunt ex Italia ? Itaque laudanda Locrensiū lex , quæ si quis peregrine reuersus , rogasset , nunquid noui ? eum mulcta afficiebat . Quemadmodū enim coqui optant vberem pecudum prouentum , pescatores , piscium : sic curiosi optant annonam malorum , ac negotiorum multitudinem , nouitatesque , & rerum mutationes : quo semper habeant , quod venentur , maestentque . Quin & Thuriensiū legibus recte ea utrum est , quæ vetat , in cornedijs taxari ciues , præterquam adulteros , & curiosos . Siquidem videtur & adulterium esse curiositas alienæ volutatis , inquisitioque ac perscrutatio rerum , quæ sic asservantur , vt plerosque lateant . Ipsa vero curiositas , paralysis est ac tabes , renudatioque rerū non efferendarum . Itaque ferè fit , vt multa cognoscendi studium , comitetur garrulitatis vitium . Quapropter & Pythagoras solitus est iuuenibus indicere silētium quinquenne : quod ille vocabat

echemy-

echemy : hiam , à continendo sermone . Caterū fieri non potest , vt curiositatem non comitetur maledicentia . Etenim quæ libenter audiunt , ea libenter effutint : & quæ ab alijs studiose colligunt , apud alios cum voluptate efferunt . Lib . de Curiositate .

Igitur ad huius morbi depulsionem plurimū profuerit , si cōsuescamus exercere nosinetipos , initio è long'inquo facto , atque hoc paclō discamus in hoc affectu temperare nobis . Quoniam enim ex affuetudine natū est incrementū morbi , paulatim in peius proficiens , eodem modo sumus pariter & de exercitatione temperantiae disputaturi . Proinde sumamus initiū ab his , quæ & celerrimè fieri possunt , & maximè vulgaria sunt . Et quemadmodum venatores non sinunt canem aberrare , & quemlibet odorem persequi , sed loris retrahunt , reuocantque , olfatum eius seruantes purum & integrum officio peculiari , vt acrius inhæreat vestigij ,

*Naribus inquirēs vestigia summa ferarum :*  
sic oportet & curiositatem , ad quiduis spectandū audiendum vè ex currentem atque oberrantem , cohibere atque retrahere , quo seruetur ad utilia . Etenim sicuti leones & aquilæ dum ambulant , vngues vertunt introrsum , ne aciem illorum & cuspidem deterant : sic existimantes curiositatem

N ad mul-

ad multarum cognitionem aciem quandam & acumen habere, ne consumamus illud, nec hebetemus in rebus deterrimis. Secundo vero loco consuecamus, si quando præterimus fores alienas, non introspicere, nec in ea quæ sunt intus, oculis irrumpamus, curiositate manus vtente vice: sed illud Xenocratis in promptu sit, qui negavit quicquam referre, vtrum pedes an oculos inferas in ædes alienas. Nec enim iustum, nec honestum, ac ne iucundū quidem spectaculum est,

*Hoffes videre, turpe si quid intus est.*

Lib. de Curiositate.

Dulcis quædam est amaritudo, nec cohiberi potest curiositatis titillatio, velut vlcus semet ipsum cruentans, dum fugitur. Cæterum quis fit hoc morbo liberatus, naturaque placidus, nec gnarus ullius mali, dicturus est,

*Odia quæ sapis malorum obliuio.*

Quapropter & aduersus hæc est consuetudo ducenda, ne redditam epistolam mox ac protinus soluamus: quemadmodum faciunt plerique: qui, si manus sint tardiores, dentibus epistolæ vinacula dilacerant. Tum sicundè veniat nuntius, ne accurramus, nec surgamus loco, si quis atnicus dixerit, habeo non nihil nouæ rei quod tibi dicam. Imò potius si quid habes quod utilitatem aëfructum adferat. Cum ego quondam Romæ

differe-

differerem, Rusticus ille, quem post occidit Domitianus, gloriæ illius inuidens, me loquentem audiebat, atque interim satelles accedens, Cæsaris epistolam illi reddidit. Atque orto silentio, meq; sermonem interrumpente, quo posset epistolam legere, noluit: nec prius resignavit, quæm ego finiſſem orationem, ac dimiſſem auditoriū. Qua quidem in te, omnes viri grauitatē admirati sunt. Lib. de Curiositate.

Antonius Pius cum Omuli viſens domum, ac miratus columnas porphyreticas, quæſiſſet, vnde eas haberet: Omulus ei respondit: Cum in ædes alienas veneris, & surdus & mutus esto. Sentiens eum in alieno priuato non oportere esse curiosum. Iulius Capitolinus.

Xenocrates Chalcedonius nihil referre dicebat, vtrum pedes an oculos inferas in ædes alienas: videlicet deterrens ab omni curiositate terū ad nos nihil attinentium. Laertius lib. 4. cap. 2.

## F E R I A V I . P O S T primam Dominicam Qua- dra geſimæ Euangeliū.

*Erat dies festus Indorum & ascendit Iesu Ierosolymam, est aut in Ierosolymis &c.  
Ioannis. 5.*

**E**S T autem Ierosolymis probatica piscina.) Per piscinam istam veterē legem intelligunt aliqui, quam vero habuerit lex illa sanandi virtutem, illius ad legem nouam comparatio, & quales nouæ legis cultores esse debeant ad longū explicatur, tomo. 1. Conc. Concione. 2. in Circuncisione, fere pertotam, vide etiam quæ adnotamus Dominica. 17. post Pentecosten.

(In his iacebat multitudo magna languentiū.) In die festo languentes visitat Dñs, nos docens qualem occupationem habere debeamus in die festo, xenodoquia visitare, pauperibus & infirmis auxilio esse, non ludis profanis & nocivis interesse colloquijs, de festorū obseruantia, vide in Conc. de pœnitētia tomo. 1. in fine, Conc. 3.

(In his iacebat multitudo magna languentiū.) Non abs re erit piscinam hanc quæ multitudine languentiū abundat, mundū intelligere, in quo tot debiles & infirmi prostrati iacent in anima infirmi, quid sit in causa quod ex tāta hominū multitudine ratione polentiū, tam pauci virtutem quæ secundum rationē est sequātur, & Deo relisto peccato & carniadhāreāt, vide to. 1. Conc. Dñica. 4. post cœtuas Epiphanie, Concione vnica. §. 4.

(In his iacebat multitudo magna languentiū.) Varia esse in mūdo infirmitatū genera, à quibus penē nullus immunis est, quis ex hac consideratione siuctus excepī posuit ostendit, tomo. 4. Conc.

Conc. Dominica. 20. post Pentecosten, Conc. 2. in tractatione thematis.

(In his iacebat multitudo magna languentiū.) Quā magna est in mūdi piscina multitudo debiliū corpore languentiū, quas ergo gratias Deo agere tenetur qui inter tot languentes corporis sanitatem gaudet, vide in Add. cōsideratione, 2. ex septem primis.

Piscina hæc quæ virtutem habet sanandi, fons in Ecclesia patēs intelligi potest sacramētorū, sed qui vult animæ salutem adipisci accurrat sedulò gratiæ tempore, nunc enim proprior est nostra salus, vide tomo. 1. Conc. Dominica in Septuagesima Concione. 3. §. 2.

(Vis sanus fieri?) Utique tam longo temporis spatio id desiderat, superflua ergo interrogatio apparet, sed mysterio nō est credēda vacare. Non enim facile est credere post corruptā & lapsam naturā tam facile voluntatē assurgere ad animæ salutē expetendā, quā præcipue inten debat Dñs cōferre, hāc ergo vt ostēderet Dñs difficultatem, voluntatē eius requirit: de hac difficultate vīle in Prolog. G. & Introductione fidei parte. 3. cap. 2. Pugna & rebellio spiritus & carnis, & diuersa lex carnis regnans legi mentis opposita similitudine explicatur tomo. 3. Conc. feria. 2. rogationū Conc. 1. to. 3. in prima parte illius Concionis.

(Vis sanus fieri.) Voluntatem eius requirit, vt

Ipse quod suum est præstet, sic in conuersione peccatoris, qui enim fecit te sine te, non saluabit te sine te, Petit ipse à nobis pœnitentiam & peccatorum detestationem, quæ nobis ieius præueniente auxilio facilis est, ipse præstat sanitatem iustificationem quam pretioso eius sanguine nobis promeruit, vide infra Dominica. 4. Concione. 1. §. 3. & Concione. 2. ibi, Sed cum Philippus.

(Quiprior descendisset in piscinam &c.) Diligentia & celeritate salus animæ comparanda, nō segniciæ & torpore significatur, salus enim hæc priori & diligentiori contigebat, Cōtra negligentes & eos qui in aliud tempus suæ fallaciæ commodius vel in senectutem conuersionem suam differunt, vide in G.lib. 1. cap. 2 5. & 2 6. & in M. parte. 1.ca. 4. & to. 4. Conc. Dñica. 3. post Pent. Concione. 1. ibi, Fuit altera, & Conc. 1. de Pœnitentia in fine tomī primi. §. 2. Diligentes nos vult Deus in animæ salute comparanda, tomo. 2. de Sanctis Concione. 2. in Visitatione Beatæ Mariæ in illa verba; Abiit in montana cum festinatione, copiose. Quod non differenda sit conuersio, vide tomo. 2. de Sanctis Concione. 1. Sanctæ Mariæ Magdaleng. ibi, Hac igitur fide, & feria. 4. Cinerum Concione. 1. §. 3.

Si celeritate opus est ei qui animæ suæ salutem querit, eadem ratione & eis quibus proximorum

rum salus demandata est, vt prædictoribus & pastoribus vide in Rhetorica lib. 1. capite. 5. & 7. Huius piscine imaginem repræsentandam oculis prædictoris suggestum ascendentis explicatur ibidem lib. 2. cap. 12. §. 1.

(Eratibī homo triginta octo annos habens in infirmitate.) Aduerte quam vana sit in terrenis fiducia in qua salutis suæ spem paralyticus reponens nunquam est affequatus, vide in G. libro. 1. capite. 18.

(Hominem non habeo.) Non abs re erit per hominem istum, rationem & humanū ingenium intelligere, quæ sine Christo ad sanitatem adspicendam quæ per peccatum amittitur nihil profundit, vide tomo. 3. Conc. feria. 2. rogationum Concione. 1. ibi, Verum ad id cuius gratia, Lege etiam secundam partem illius Concionis.

(Surge tolle grauatum tuum.) Aduerte quod ante grauatum hominem, nunc homo grauatum ipsum portat, quò detur intelligi, post peccatoris conuersionem victoriam de ipsa carne consequendam, cum antea in carnis leætulo homo iaceat prostratus, postea ipsa carne superior rationis obediāt instinctu, vide in Addit. libro. 1. capite. 4. & in sequentibus ostenditur qualiter sit conterenda caro: & ea quæ ex eius corruptione animæ contraria pullulant, vide etiā in G.lib. 1. cap. 19.

In huius paralytici mirabili curatione illud aduertendum est. Grauissimorum malorum remedia de quibus desperantur humana subsidia Dei nostri omnipotenti virtuti & misericordiae referuari, vide elegâter tomo. 1. Conc. Dominica prima post octauas Epiph. Conc. 1. ibi, In ijs ergo nuptijs &c.

De spirituali animæ paralypsi quā huius corporalis paralytici paralypsis adūbrat, vide to. 4. Conc. Dominica. 18. post Pentecost. Conc. 2. parte. 2. in tractatione thematis.

Aqua animalibus lauandis quæ diuinis sacrificijs deputata erant virtutem accipit sanādi, maior ergo gratia in nouæ legis sacramentis ad animas purificandas erit: de efficacia sacramētorum nouæ legis, vide in Introductione fidei parte. 2. cap. 6. & parte. 3. cap. 12.

(Nolli amplius peccare.) Iste peccata vitare tenebatur, quæ Dominitestimonio tantorum malorum causa fuerant: quod peccatores post suam conuersiōnem malorum præteriorum cognoscunt grauitatem notanda similitudine explicatur, tomo. 3. Conc. Conccione vnicain die Sancto resurrectionis, ibi, Adhac non dubito.

(Nolli amplius peccare:) Infirmitates propter peccata immitti ait, vide tomo. 4. Conc. Dominica. 18. post Pentecosten Conccione. 1. ibi, Sed hoc in loco.

(Nolli

(Nolli amplius peccare.) Ex præteris malis, & grauitate peccatorum quæ causa fuerunt mortis Christi peccatorum odium cōcipiendum explicatur in Introductione fidei, parte. 3. cap. 13.

(Ne deterius tibi aliquid contingat.) Contra eos qui post adeptam animæ sanitatem ad ea redeunnt peccata quæ euomuerunt. Vide infra Dominica. 3. Conccione. 1. §. 3. & Dominica in Passione, Conccione. 1. §. 3.

*Pro eadem feria Sexta post Primam Dominicam Quadragesimæ, & quæ sequuntur duximus adnotanda, de non differenda poenitentia in posterum, in iliu, qui prius accidebat, &c.*

**A**lexander Macedo, instructa iam ad prælium acie, cum cerneret militem quendam id temporis amentum telo adaptantem, ut inutilem subimovit ab exercitu, qui id temporis appararet arma, cum his utendi tempus adesset. Plut. in Apoph. Hujc ignauo, & improviso mili ti, similes videntur esse, qui tum denun ad se redire, & nouam vitam inchoare parant, cum ante aetæ vitæ præmia præcipenda essent, videlicet sub ipsam extremi spiritus horam.

In eadem feria Sexta, vt peccati pernitiosa consuetudo cognoscatur, quam paralytici huius diuturna infirmitas adūbrat, & quæ se quuntur duximus adnotanda ex libro Collectaneorum eiusdem.

**S**ocrates Alcibiadi demiranti, quod Xanippus supra modum rixosam domi pretereretur: Ego, inquit, iam pridem his sic assueui, vt non magis offendar, quām si rotæ, quæ aquam educit stridorē audiam. Nam is stridor molestissim⁹ est insuetus: his vero, qui quotidie audiūt, molestus nō est. Laer. in vita Socratis.

Pythagoras familiares suos hortabatur, vt optimum viuendi genus sibi diligenter. Quanvis enim laboriosissimum esset, consuetudine tam iucundum fore. Stob. ser. 27.

Quemadmodū lana quosdā colores semel ducit: quosdā, nīsi s̄epius macerata & recocta, nō perbibit: sic alias disciplinas ingenia cū accepere, protinus præstāt: at sapiētiæ professio nīsi alte defcēdit, & diu sedit, animura non colorauit, sed infecit: nihil ex his quæ promiserat, præstat. Epist. 72.

Non cum vacaueris: philosophandum est: omnia alia negligenda, vt huius assideamus, cui nullum tempus satis magnum est: etiam si à pueritia usque ad longissimos humani æui terminos vita protenditur. Non multum referet, vtrum omittas

philoso-

philosophiam, an intermittas. Seneca Epist. 73.

Non quælibet insitionem vitis patitur, si vetus & exesa est, si infirma gracilisq; aut non recipiet surculum, aut non alet. Hic de quo scribis & mandas, non habet vitæ. Indulxit yitijs simul & emarcuit, & induruit. Non potest recipere rationem, non potest nutrire. At cupit ipse. Noli credere. Non dico illum mentiri tibi, putat se cupere. Stomachum illi fecit luxuria, cito tamen cum illa redibit in gratiam. Sed dicit se offendi vita sua. Non negauerim. Quis enim non offenditur? Homines vitam suam & amant simul & oderūt. Tunc itaque de illo feramus sententiā, cum fidem nobis fecerit, inuisam iam esse luxuriam. Nunc illis male conueniet. Seneca Epist. 113.

Ne ipsa quidem vniuersæ philosophiæ vis, licet tota in hoc vires suas aduocet, duram iam & veterem animis extrahet pestem. Epist. 95.

Nihil est tam difficile & arduum, quod non humana mens vincat, & in familiaritatē perducat assidua meditatio: nulliq; sunt tam feri & sui iuris affectus, vt non disciplina perdomentur. Quodcunq; sibi imperauit animus, obtinuit. Qui dam ne unquam riderent, consequunti sunt. Vino quidam, alij Venere, quidam omni humore interdixere corporibus. Alius contentus breui somno, vigilia se indefatigabilem ostendit. Didicerunt alij tenuissimis & aduersis funibus currere,

currere, & ingentia, vixq; humanist toleranda viribus onera portare , & in immensam altitudinem mergi, ac sine villa respirandi vice perpeti maria. Mille sunt alia, in quibus pertinacia impedimentum omne transcendit, ostenditq; nihil esse difficile, cuius sibi ipsa mens patientiam indiceret. Igitur quos paulo ante retuli, aut nulla causa pertinacis studij, aut indigna merces fuit. Quid enim magnificum consequitur ille, qui meditatus est per intensos funes ire? qui sarcinæ ingenti ceruices supponere? quis somno non submittere oculos qui penetrare in ipsum mare? & tamen ad finem operis non magno autoramento labor peruenit: nos non aduocabimus patientiam, quos tantum præmium expectat, felicis animi immota tranquillitas? Quantum est effugere maximum malum iram, & cum illa rabiem? sauitiam, crudelitatem, furorem, & alios comites affectus eius? Lib.2.de Ira.cap.12.

Cogita cōpeditos, primo ægrè ferre onera, & impedimenta cruriorum. Deinde ubi non dedignari illa sed pati proposuerunt, necessitas fortiter ferre docet, consuetudo facile. Libr. 1.de Tranq. vit.cap.10.

Fer difficili, facilia et leuius feras. Ex P. Mi. Grauiissimum est imperium consuetudinis. Ex eo. Quid eo infelicius cui iam malum esse necesse est? Ex eodem.

DOMI-

## DOMINICA II. IN Quadragesima Euang.

*¶ Assumpit Iesus Petrum & Ioannem, & duxit eos in montem. Matth.17.*

**D**E transfigurationis mysterio, vide in M. & in Add. in tractatibus de considerationibus vitae Christi.

(Resplenduit facies eius sicut Sol.) Pulcher apparere voluit ut maius præberet amoris incentiuum, pulchritudo enim veluti amoris conciliatrix est, quod pulchritudo creaturarum pulchritudinem creatoris exprimens ad creatoris nos moueat amorem, vide in Introductione fidei. part. 1. cap. 3.2.

(Dominum bonum est nos hic esse.) Non absredit hic agere de consolationibus quas Dominus iustis tribuit. Vide in G.lib. 1. cap. 16. Quod in oratione sit permanendum licet non illico istas experiamur consolationes. Vide in O. cap. 10. §. 5. 6. & 7.

(Bonum est nos hic esse.) Et aliud ait Euangeliista hoc dixisse, nesciens quid diceret, quia divinitus contemplationis dulcedine captus, ministerij animalium ad quod assumebatur oblitus, de sua soli requie cogitabat, primum enim curandum erat,

*Annotationes in Euangelia.*

erat, ut suam adimpleret vocationem. Vide in O. lib. 2. cap. 5. §. 9. quod à contemplatione ad proximorum salutem procurandam sit exequendum. Vide tomo. 2. de Sanctis, Concione. 1. in festo Beati Patris Dominici, ibi, Huic autem virtuti. Sed & quod neque propter indiscretum zelum curæ salutis proxinorum à contemplatione & diuina sua aitatem sit cessandum docetur in O. lib. 2. cap. 4. §. 8.

(Bonum est nos hic esse, & nesciens quid dicere.) Quod impedimento sunt corporeæ consolations, ad spirituales promerendas. Vide tomo. 3. Conc. Dominicana. 4. post Pascha, Concione. 3. ibi, Hactenus priorem, lege usque in finem.

Loquebantur de excessu quem complecturus erat in Ierusalem, ut alter ait Euangelista. Sicut cum in Dei contemplatione fueris oblectatus tecum cogita stipendium accepisse ut feruentius pro Christo militans patiaris. Vide in O. par. 2. cap. 5. §. 10

(Ipsum audite.) Quæ sint proposita præmia his qui Domini verba audierint, ipsa opere compleuerint. Vide infra Dominicana in Passione, Concione. 3. ibi, in quibus verbis, Lege usque in finem Concionis.

In

*Dominica I. in Quadragesima.* 104

*In eadem Dominica Secunda*

Quadragesimæ, iuxta consuetudinem fratrum Ordinis prædicatorum Euang.

**E**gressus Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis, Ecce mulier Cananæa. Matth. 15.

**D** E hoc Euangelio & muliere Cananitide, vide peculiariter in M. & in Add. in tractatibus de Vita Christi.

(A finibus illis egressa.) A gentiliū terra, & ab ipsis finibus egressa est, sic peccator ut verā expellat diaboli à sua anima vexationem & Christi Dñi misericordia dignus habeatur nō solū à peccato egredi debet, sed & eius fugere occasione testetur, quod fugienda sunt peccatorū occasiones habes efficacibus Sanctorū historijs cōprobatis. to. 3. Conc. Dñica. 1. post Pentec. Conc. 1. p. 3.

(Filia mea male à dæmonie vexatur.) Qualiter vexentur à dæmonie ij qui per peccatum eius sūt mancipia. Vide in G. lib. 1. capit. 19. & 20. & ad longum tomo. 1. de Sanctis in duabus Concionibus S. Matthiæ Apost. in illa verba, lugum meū suave est.

In hoc Euangelio solet sermo institui, de necessitate utilitatem, & orationis encomijs, de qua est elegans tractatus in O. parte. 2. tractatu. 1. & ferè per omnia eius opera mire de hac virtute loquitur,

quitur, sed ex professo. tomo. 3. Conc. post Con-  
ciones feria. 2. in Rogationibus.

**F E R I A I V I I . P O S T**  
**Secundam Dominicam**  
**in Quadragesima Euangelium.**

**¶ Ascendens Iesus Ierosolymam assumptus  
duodecim. &c. Matth. 20.**

**A**ccessit mater filiorū Zebedæi.) Primas pe-  
titura sedes. Sic filios plerique nutriunt in  
tenera ætate ad ambitionem prouocantes  
des filiorum educatione, & quam filii debeant pa-  
rentibus reverentiam. Vide tomo. 1. Concio. in  
fine, in Concionibus de Pœnitentia, Concio. 2.  
in principio, & infra feria. 4. post tertiam Domini-  
nicam Concionem. 2. & 3. legibus duas Concio-  
nes. Quam cura in debeat matres habere suorum  
filiorum. Vide supra de muliere Cananitide, Con-  
cionem. 2. ibi. Egressus inde.

(Dic ut sedeant hi duo filij mei &c. Isti generis  
sui nobilitate qua Domino coniuncti erant spe-  
rabant sibi primas deberi sedes, quid apud Deū  
valeat generis splendor si à virtute destituatur,  
vide quæ adnotamus Dominica. 20. post Pente-  
costen, tomo. 4. Concio. De parentem erga filios  
amore

*Feria IIII. post 2. Domin. Quadr.* 105

amore & quod parentes debent seipsoſ præſtare  
filij virtutum exemplar. Vide nostrum autorem  
eadem Dominica. 20. post Pentecosten, Concio  
ne. 1. per totam, & in Introductione fidei, par. 1.  
capite. 14. vbi quorundam exemplo animalium  
probatur qualiter se debeant gerere parentes erga  
filios degeneres, præcipue exemplo aquile ex  
Sancto Ambrosio adduCo.

(Dic ut sedeant hi duo filij mei.) Fortè isti disci-  
puli sicut Iudæorum populus Christum expe-  
ctabant temporaliter regnaturum, & diuitias &  
temporales honores illis daturum, contra istum  
errorem, vide in Introd. fidei, par. 4. dialogo. 5.

(Nescitis quid petatis.) Petitis enim quæ appé-  
titus vult inordinatus hoc non esse petendum  
explicatur in G. lib. 1. cap. 20. §. 1.

Sed vide magistrum, vide discipulos cum ipſe  
de sua morte qua erant redimen di tractet, ipsi te-  
mporales quærunt honores. Huic simile Apostolis  
contigit in Domini Ascensione, ipſe de Spiritu  
sancti ad eos aduentu: ipsi, an temporale Israelis  
regnum hoc tempore fit restituendum tractant,  
tomo. 3. Concio. in Ascensione. Concionem. 2. ibi,  
Quo tempore cum rudes.

(Potestis bibere calicem quem ego biberimus  
sum, calix meus foris quidem deformis videtur  
intus tamen suavitate plenus. Ibidem habes hoc  
explicatum.

Non concedit nobis Deus ea quæ petimus, si  
nobis nocitura scit, vide tomo. 3. Conc. Domini-  
ca. 5. post Pascha in illa verba, Si quid petieritis  
patrem, & feria. 2. in Rogationibus, Concione. 1.  
ibi, Quæ hactenus dicta sunt.

Pro eadem feria IIII. post Se-  
cundam Dominicam Quadragesimæ, & quæ  
sequuntur duximus adnotanda de filiorum  
educatione, & de ipsorum in parentes reueren-  
tia ex lib. Collectaneorum eiusdem.

**S**i quis illustrium esse natorum pater optat,  
sid ei proponendum arbitror, vt ne vilibus aut  
abiectis se se deuiniciat mulieribus: quales me-  
retrices sunt aut pellices. Quibus enim villa ex pa-  
tre vel matre innata est macula, eos quoad vita  
superfit, in delenda quædam ignobilitatis conui-  
cia comitantur, quæ increpare carpere quæ volen-  
tibus in promptu magnopere sunt. *Et paucis in-  
teriectis.* Dignissimum est, ait, eā animi magni-  
tudinē collaudare Lacedæmoniorum, qui idcir-  
co regem Archidamum pecunijs multauerunt,  
quoniam pusilli corporis mulierē matrimonio ca-  
perē passus erat: subinde dicentes, qd ille nō reges,  
sed reginas eis edere cogitasset. Post hæc dein-  
ceps dicitur, quod maiores nostri haud negle-  
xisse videntur. Quid nam illud est? Vt quise mu-  
lieribus

lieribus generadæ gratia sobolis admouet, hi om-  
nino sobrij, aut vino saltē modestissimo delibato,  
congressum faciat. Quibus enim ex initio, vt à ge-  
nitoribus per ebrietatem seminarentur, accidit, qd vi-  
ni audi ac tumuleti nimis irum esse solent. Ea pro-  
pter cum Diogenes quandam ex temulentia alie-  
natæ mētis adolescentulū despere cerneret: Ado-  
lescentule, inquit, ebrius te seminauit pater. Et de  
genitura quidem hactenus. Lib. de liberis educ.

Quod matres eos, quos progenuerint, nutrire  
alereque conueniat, ipsa etiam natura demonstrat  
vnicuique animantium generi quæ pariunt, idcir-  
co simul & lactis alimenta suppeditauit. Eius quo  
que sapientem fuisse prouidentiam constat, quæ  
duplices mulieribus mammas addidit, vt si ge-  
mellos peperisse contigerit, duplices ad alendum  
fontes haberent: præterea vt maiorē in eos, quos  
procreassent, amorem benevolentiamque foue-  
rent. Seneca ubi supra.

Nouella ætas ad fingendum facilis & tenera  
est, & ipsorum animis (dum molles adhuc extant)  
disciplinæ melius distillantur. Difficilius  
autem quæ dura sunt, molliuntur. Quemadmodum  
enim sigilla molibus imprimuntur ceris: ita  
& doctrinæ (dum puerilis adhuc animus est) in-  
sculpuntur. Aptissime igitur diuinus ille Plato  
nutrices admonuisse videtur, vt ne friuolas ac tur-  
pes fabellas pueris mandent, ne illorum animos

ex initio stultitia & corruptis imbuant moribus.  
Pulchrè igitur Phocylides poeta monuit,

*Dū tener est gnatus, generosos instrue mores,*  
*Et post pauca.* Haud ab re antiquus ille Crates dicere solebat, quia si licuisset, vbi in altissimam vrbis partem concendisset, se vociferaturum aiebat, Quorundem ruitis homines, qui omne in comparandis pecunijs vestrum studium facitis, filiorum vero quibus eas relinquatis, nullam sanè curam suscipitis? Quibus addendum esse censeo, quod hi patres haud aliter faciunt, quam qui magnam calceorum sedulitatem habent, cum interim pedem ipsum paruipendant. Multiverò sunt parentes, in quibus adeo numorum amor, pariter & filiorum odium sèpenumero increvit, ut ne maiora impendant salario, nullius existimationis homines natis suis deligant, vilissimorum pretiorum disciplinam ipsam insestantes. Obquam re Aristippus haud insulse, quin urbano plurimum sermone quandam mentis inopem patrē carpsit. Quopiam enim ex eo percontante, quantam instruendi gratia filij mercedem postularet, mille drachmas dixit. Ille verò hercle, ait, permagnum postulatum. Seruum enim comparare mille drachmis possum. Duos, inquit, habebis seruos: & filium, & quem mercaberis. Quid autem his admirandis accidat patribus, postquam filios ma-

le nu-

le nutrierint, maleque instruxerint, dicere aggrediar. Nam cum sumpta virili toga salubrem ac bene institutum viuendi ordinem aspernantes, ad immodestas atque seruiles se præcipitarint voluptates, tunc ita liberos eruditissime paenitet: cumq; nulla extat utilitas, se ob illorum peccata discru-  
ciant. Lib. de lib. edu.

Illud etiam affecto, ad honesta pueros exercitia non plagis aut verberibus, sed monitis ac rationibus adduci oportere. Omitto enim ea magis seruos decere quam liberos, qui durati vigescant, & ad labores sustinendos, nunc ob plagarum dolores, nunc ob contumelias horrent. Liberalibus autem pueris maiorem laudes ac vituperia, quam verbera, commoditatem afferunt. Illæ enim ad honesta concitant, haec à turpitudine cohibent. Mixtim vero & alterius vtedium erit, obiurgationibus & laudibus. Postquam vehementer obiurgarint, pudore agendum erit, rursusque laudibus reuocabunt, ijsq; imitandæ nutrices erunt, que vbi infantes lugere coegerint, vbera denuò ad consolando admouent. Cauendum autem erit, ne immodicis elati laudationibus intumescat, quoniam nimis demolliti laudibus franguntur. Lib. de lib. educ.

Cæterum illa nō minus quam superiora, quin longè magis adolescentibus exercenda: ea sunt eiusmodi. Siae molitie vitam esse degendam, cō-

O 3 tinen-

tinendam linguam, iram sibi subiçere, manus comprimere. Lib. de lib. educ.

Præter hæc omnia, id quod sanctissimum est, pueri vera proferre consuefiant. Mentiri enim seruile est vitium, & à cunctis mortalibus odio in secessandum, nec quod apud mediocres seruos veniam promeretur. Lib. de lib. educandis.

Ante omnia opus est, vt patres nō solum nihil peccando, verum etiam honesta singula peragendo, manifestum sese filijs exemplar exhibeant: vt ita eorum vita, quasi quoddam speculum, intuentes, ab operum simul & sermonum turpitudine se penitus auertant. Nam si quis delinquentes acriter obiurget filios, tunc is in eosdem illabatur errores, hic nempe ignorare videtur, sub illorum nomine sua se incusare crimina. Lib. de lib. educand.

Cæterum crebro audiuisti, quod is demum sequitur Deus, qui parere norit rationi. Itaq; sic habeto, dum iuuenes relicta pueritia in viros proficiunt, illis, si recte sapient, non rei sciendum esse imperium, sed duces duntaxat mutandos, dum in conductitij illius paedagogi vicem, diuinum, hoc est, ipsam rationem vitæ moderatricem suscipiant. Cui quicunque parent, merito liberi sunt appellandi, eo quod soli qui discunt, quid velie debeat, ita viuunt ut volunt. Lib. de officio auditoris.

Quem-

Quemadmodum noui hospites & peregrini in rem publicam recepti, multa ægræ ferunt & inculsan, quæ indigenis & legum assuetis non modo non sunt molesta, sed etiam grata & iucunda: sic è re iuuentutis apprimè fuerit, si longo tempore circa philosophiam educat, disciplinæ illius rudimenta imbibere consuecat: quandoquidem ex ipsis prægustamentis, quæ præceptionū philosophicarum recipiunt per missionem, non aliter atque cuiusquis ad philosophiam accedit: cuius peculiare est officiū, ducere viros, eosq; absolutos efficere, atque ea in re verum decus ætati iuuenili apponere. Libro de officio auditoris.

Canere discunt homines, saltare, literas agriculturam, equo insidere, calcari, vestiri, pocula ministrare, & coquere. At, quæ dementia est omnino mortales, cum hæc omnia præter disciplinā nō liceat cōmodè agere, vt vos probè homines vitam instituere, nulla disciplina, nulla adhibita ratione aut arte, sed fortuito putetis contingere? Adde quod virtutem cum descendam negamus, prorsus plane tollimus, quando disciplina generatio quædam est, qua foetus in animo discendentis à doctore proficiscitur. Itaque si à descendendo mortales cohiveas, & doctrinam omnem sustuleris, videberis haud dubiè cuncta extinxisse, rebusque ipsis perpetuum inuexisse interitum. Ceterū

O 4 vt au-

vt autor est Plato, ob pedis ad lyram imparitatem, dum male conuenit cum modulatione saltatio, neque frater vñquam cum fratre pugnare capessit, aut amicus dissidet ab amico, vrbes vñ inter se hostiliter decertant, vt extrema quæque & facere & pati cogantur. Ad hæc in ædibus priuatis inter maritum & vxorem nulla adhuc nata dissensio est super tcelis, stamenne an trama subtegmen ipsum vocetur. Et hæc quidem cum ita se habeant, nemo tamen libro protinus, aut tela, lyrevè manum admouet, nisi peritus. Nam etiam si non sit periculum, nequid inde accidat in commodi: tamen ridiculum se fieri, ac cunctis haberi ludibrio, quis est quem non pudeat? Et nos adhuc putabimus, rem familiarem gnatiter administrare, Reipub. coniugium, & principatum, mutuisque vicissim pro rei dignitate respondere officijs, inexpertis ac rūdibus citra erratum & fortuitò accidere? Si non fiunt mortales disciplina inclitores, perijste impendia dixeris, quæ fiunt in pædagogos, à lacte ipso primum pueros in disciplinam accipientes. Nam vt nutrices manibus effigiant corpus: ita illi mores componendo, primum virtutis vestigium collocant. Vnde Spartanus ille rogatus, quid commodi afferret præceptorum opera: Honesta, inquit, illi faciunt, vt pueris etiam sint iucunda. Libro de docenda virtute.

Quem-

Quemadmodum medici amara quædam venena dulcibus immiscentes succis, comitem utilitatis amoenitatem inuenerunt: ita & patres increpationum rigorem mansuetudine temperent est necesse. Liber de lib. educ.

Puer quidam apud Platonem educatus, cum ad patrem ex interuallo redisset, eumque vidisset effusius ridentem, admiratus dixit, Se tale nihil vñquam apud Platonem vidisse. Tanta res est iam inde à teneris annis virtuti assuecere. Eras. Lib. 6. Apoph.

Maxima, inquit Satyricus, debetur pueru reuerentia. Laer. lib. 4. cap. 2.

Socrates dicebat, optimè natis ingenuisque potissimum adhibendam rectam institutionem. Idem enim in his vsu venire, quod in equis: in quibus, qui feroce sunt, ac generose indolis, si statim à primis annis rectè instituantur, egregij, & ad omnem usum accommodi euadunt: si minus, efferrati, intractabiles, & ad nihil utiles sunt. Eras. 3. Apoph.

Apud Lacedæmonios cum duo fratres inter se dissidium haberent, Lacedæmonij multam dixerunt patri, quod filiorum discordiam dissimularer: iuuenibus signosendum putarunt: sed quidquid illi per calorē ætatis peccasset, parēti impunitabāt, cuius autoritas prouidere debuerat, nequid inter filios oriretur simultatis. Plut. in Lacon.

Licurgus is, qui Lacedæmonijs leges condidit, cum conaretur ciues suos à moribus præsentibus ad temperatiorem viuendi rationem traducere, eosq; virtutis & honesti studiosos reddere ( nam erant corrupti delitijs ) duos educauit catulos eodem patre eademque matre progenitos: quorum alterum passus est domi lautioribus vesci cibis, alterū eductum venationibus exercuit. Dein cū ambos produxisset in forum apud multitudinem, posuit illic spinas simul & escas aliquas delicatores, mox emisit leporem: cum vterque raperetur ad assueta, alter ad escas, alter leporem inuaderet: An non videtis, inquit, ciues duos catulos cum eiusdem sint generis, tamen ob diuersam educationem admodum dissimiles inter se se euafuisse, plusq; ad honestatem mometi habere educationem, quam naturam? Proinde nihil nobis, ô ciues, nobilitas, quam miratur vulgus hominum, ductumque ab Hercule genus profuerit, nisi ea gessemus, per quæ ille mortalium omnium clarissimus, ac generosissimus extitit: ac per omnem vitam, quæ honesta sunt, & discamus, & exerceamus. Reperit vir ingeniosus viam, qua multitudini philosophicis rationibus non satis idoneæ, virtutis imaginem ob oculos poneret. Res quidē efficax est natura: sed potētor est institutio, quæ malam naturam corrigit ac vertit in bonā. Quales nascantur liberi, nulli in manu est: at, vt recta institu-

institutione euadant boni, nostræ potestatis est. Eraf. lib. 1. Apoph.

Idem Lycurgus obijcientibus, quod eloquentia præceptoribus daret mercede. Si quis, inquit, profiteatur se filios meos mihi redditurū meliores, non mille drachmas, sed omnium facultatum dimidium effunderem. Eraf. lib. 8. Apoph.

Ælianuſ adoleſcens Eretriam poſt longam peregrinationem reuersus, rogaſt à patre, quid disciplinae tanto temporis interſtitio affecutus eſſet: ſe breui ostendurum eſſe pollicetur. Verberibus igitur paulo poſt cæſus propter delictum admittunt, patri nequaquam inobediens fuit, & ait, Hoc edoctum, vt parenti caſtiganti obediret, eiusque indignationes atque poenas equo animo ferret. Bruf. lib. 4. cap. 30.

Pomponius Atticus in funere matris, quam extulit nonagenariā, ipſe natus annos sexaginta, ſæpe gloriatus eſt, quod nunquam cum matre in gratiam redijſſet, nunquam cum forore fuifſet in ſimilitate, quam prope æqualem habuit. Hanc vocem ſe ab ipſo audileſcripsit Cornelius Nepos. Eraf. lib. 6. Apoph.

Damatria cum accepisset, filium ita ſe gerere in bello, vt tali matre videretur indignus, domum redeuntem interemitt. Maluit filium habere mortuum, quam bello inntilem. Qua de re hoc fertur Epigramma.

*Transgressum leges mater Damatria natum  
Ipse Lacena necat, non Lacedemonium.*

Manlius Torquatus, cum è Macedonia venissent legati, graues quærelas deferentes de filio eius Decio Syllano, qui eam prouinciam obtinuerat: à Senatu petiit, ne quid ea de re statuerent, priusquam ipse causam cognouisset. Cum senatus illi cognitionem detulisset, domi sedit, solusque vtrique parti per totum biduum vacauit: tertio die pronunciauit in hanc formam. Cum Syllanum filium pecunias à socijs accepisse probatum sit, & Republica eum, & domo mea indignum iudico, protinusque è conspectu meo exire iubeo. Eraf. lib.6. Apoph.

Aulus Fulvius filium ingenio, literis, & forma florentem, quoniam in Catilinæ castra properabat, ex itinere retractum occidit, dicens; Ego te non Catilinæ aduersus patriam, sed patriæ aduersus Catilinam genui. Eraf. lib.6. Apoph.

Diogenes, cum puerum conspiceret indecorum se gerentem, paedagogum illius baculo percusxit, dicens: Cur sic instituis? Indicans primæ ætatis formatoribus potissimum imputandum esse, si adolescentes euadant male morati, aut fecus. Aphilthonius ac Priscianus.

Philippus Macedo, cum accepisset genitum sibi filium Alexandrum, ad Aristotlem scripsit, se Dijis

se Dijis gratias habere, non tam quod filius sibi natus esset, quam quod eum nasci contigit Aristotelis tempore, à quo quidem sperabat eum ita doctumiri, vt se dignus euaderet, & successione rerum suarum. Atque cum primum fari cœpit, nutu Aristotelis eum nutriti iussit: cui deinde adulterum in disciplinam tradidit. Et deinde cum propter aduersam valetudinem eum in castra seque nequiret, Callistheni discipulo obeundas suas vices tradidit, vt regi adesset, eumque philosophiæ studijs adiuuasset. Ex Francis. Sen. lib.2. de Inst. Reip.

Ageſilaus cum miro effet amore erga filios, quos paruulos habebat, fertur in secrezione ædiū parte, arundine pro equo conſenſa, cum illis aliquando lufſſe. Cumque ab amico in hoc ludo deprehensus effet, rogauit illum familiariter, ne quod viderat alicui narraret, donec ipſe parentis liberorum effet effectus. Sapienter iudicans vix quenquam de re aliqua certum posſe ferre iudicium, quam expertus non effet. Eraf.

libr. 1. Apoph.

\*

In eadem

**In eadem feria Quarta,** qualiter ad veram gloriam & honorē quem isti discipuli petierunt perueniendum sit, & quæ sequuntur duximus apponenda, ex eodem vbi supra.

**S**ocrates dicebat ad gloriam compendiaria via peruenire posse eos qui tales essent quales videri vellent. Brus. lib. 1. cap. 1. 8.

Agesilaum Lacedæmoniorum regem cū quidam interrogasset, qua ratione perpetuam sibi gloriam parare posset: Si mortem contempseris ait. Nihil enim præclare rei gerere eum, cuius animum mortis metus occupauit. Plut. in Apoph.

Alphonsus Aragonum rex amico, ac familiari cuidam suadent ut trāquillè & voluptuose, dum possit vitam ageret, neque corpus tot tantisque periculis obiectaret, respondisse dicitur; Non temerè à Romanis illis quidem sapientioribus constitutum fuisse, vt honoris templo virtutis templum coniunctum fuisset, in quod nisi per virtutis templum introire nemini liceret. Ut intellegent mortales ad honoris fastigium non voluntatum via (quæ delitijs ac illecebris affluens est) sed virtutis, illa quidem aspera, & salebrosa enitendū esse. Panor. lib. 1. de rebus gest. Alph.

Agesilao Lacedæmoniorum regi, cum nationes quæ tunc Græciam incolebant decreuerissent in cla-

in clarissimis quibusque ciuitatibus honoris causa statuas erigi, rescripsit illis hunc in modum. Mei nulla sit imago neque ficta, neque picta, neque vlo alio artificio parata, negligebat adulatio nes hominum vir prudentissimus, malens insculpī prudentum & bonorum hominum peccatoribus quam inanibus statuis. Eras. libro. 1. Apoph.

Alphonsus Aragonum rex, cum nuntiatum esset à Ludouico Podio, quēdam in Venetorum navalibus esse, qui illa vna cum armamentario, quod intus erat exurere pollicitaretur, si sibi duo millia aureorum à rege pollicitarentur, conatusque suos facile cessuros affirmanti, respondit, nequam infidijs, sed aut virtute vincendum esse, aut nunquam. Ex hac enim re non aliā sibi laudem sperandam esse, quam eius qui Dianæ Ephesij templum incendisset, cuius nomen totius Africæ decreto è memoria hominum oblitteratum traditur, vbi supra.

Aphricanus Socrati Xenophontem in manib[us] semper habebat cuius in primis laudabat illud, quod diceret, eosdem labores, non esse æque grandes imperatori aut militi, quod ipse honos laborem leuiorem faceret Imperatorum. Cicero. 2. Tuscul.

*In eadem*

In eadem feria Quarta, de ambitione & sequentia adnotanda duximus ex eodem ubi supra.

**P**HANORINUS homines partim esse ridiculos, partim odiosos, partim miserabiles dixit. Ridiculos quidem, qui ambitiosè ad maiora aspirant: odiosos, qui ea consequuntur: miserabiles autem, qui spe falluntur: quandoquidem in ijs rebus quas ardenter exquisierunt, nihil minus inuenierunt quam quod se adepturos sperabant. Stob. serm. 2. de Prudentia.

Timon ille cognomento Misanthropos, id est, hominum exosor, elemēta malorum esse dixit, avaritiam & ambitionem. Quemadmodum enim ex primis illis & secundis principijs generantur naturaliter omnia: sic ex avaritia & ambitione, omnia vitia progenerantur alia. Stob. ser. 8. de iniusti.

Bion Boristhenites, percontanti quis esset maxime anxius? Quin maximis, inquit, rebus cupit esse fortunatus. Is enim mille curis distorqueatur, ut assequatur ardua, & assequutus, & que torqueatur ne amittat. Laërt. lib. 4. c. 7.

Ioannes vicepsimus eius nominis pōtīfex maximus, cum immodicè à quodam laudaretur, ad suos conuersus ait: Licet multa gloriose à me facta fingat, nihilominus tamen hac laude pluri-

mum

mum oblector. Hæc vox satis indicat, quantum laudis & gloriæ cupido, imis hominū visceribus infixa sit: quando illos non modo vera, sed etiam falsa & ficta laus & gloria delecat. Æne. Sylu. lib. 1. de rebus gest. Alphonsi.

Cum Genethliaci Chaldei Agrippinæ matris Neronis respondissent, imperaturum quidem filium, sed occisurū matrem: Occidat, inquit, modò imperet. Tam impotens erat in fœmina dominandi sitis: & habuit quod optauit, quamvis suo malo. Suet. lib. 1. de Prudentia.

Socrates cum videret Antisthenem attritam partem vestis semper in conspectum protendere: Quin desinis, inquit, arroganter superbiam tuam nobis prodere? Vedit philosophus sapien-  
tissimus Antisthenem magis gloriari vestitu attritissimo, quo laudem quarebat, quam alios, qui holoferico, vel auro etiam, aut argento vestiti, in publicum prodire consueuerant, ab omni superbia alieni. Laërt.

Diogenes, cum vidisset Olympiam & Rhodiacos quosdam adolescentes pretiosis magnificisque vestibus amictos, cum risu inquit: Hoc nihil est præter fastum. Deinde cum incidet in Lacedæmonios laceris squalētibusq; tunicis amictos: Hic, inquit, aliis est fastus. Vedit autem philosophus, superbū animū non semper in splendido & ornatissimo vestitu, sed in sordibus etiam esse:

P. dum

*Annotationes in Euangelia.*

dum homines opulentissimi sæpen numero vilissimo vestitu incedentes, hominum ex eo laudè superbientes venentur. *Ælian. lib. 9. de Var. hist.*

Cyneas ut Pyrrhus à bellī studio reuocaret, sic per otium cum illo collocutus est. Romani feruntur bellacissimi, sed his superatis, quid deinde agemus Pyrrhe? Tum Italia, inquit Pyrrhus, totam occupabimus. Hic denuo Cyneas, Quid Italia subacta? Sicilia, inquit Pyrrhus, proxima est. Tum Cyneas, Num hic erit militiae finis? Nequaquam, inquit Pyrrhus, sed hæc tantum præludia sunt ad res maiores. Supereft Lybia, & Carthago. Recte, inquit Cyneas: nam his potitus, facile & Macedoniam recipies, & Græciæ dominaberis. Sed deletis omnibus, quid tandem faciemus? Hic arridens Pyrrhus. Tum, inquit, otium agemus, ô beate, & quotidie Cothon erit, nosque in uicem oblestabimus. Tum Cyneas. At, quid vētat, ô rex, quominus nunc iam isto otio, isto Cothon & mutuis sermonibus perfruamur? Nunc enim citra negotium suppetit nobis ea facultas, quam per sanguinem, per molestias, per pericula, tum nostra, tum aliorum sequimur, incertian affequuntur. Ostendit facile respōsio hæc cupiditatis humanæ morbum: qui facit, ut semper irrequietis motibus homines circumagantur: nec otium aut quietem dominandi libidine pati possint. Ex Eraf. Apoph.

Hinc

*Feria V I. post 2. Domin. Quadr.* 114

Hinc discipulorum istorum ambitio colligitur, qui non contenti ad domini scholam & discipulatum se esse vocatos, ad superiores inter cæteros condiscipulos aspirarent sedes.

**F E R I A V . P O S T**  
**secundam Dominic. Qua-**  
dragesimæ Euangeliū.

**¶ Homo quidem erat dives qui inducebatur**  
**purpura. Luca. 16.**

**E**vangeliū hoc explicature eleganter, tom. 3.  
Con. Dominic. 3. post Pascha Concl. 2.

**F E R I A VI. P O S T**  
**secundam Dominicam Qua-**  
dragesimæ Euangeliū.

**¶ Homo erat pater familias qui plantauit vi-**  
**neam. Matthæi 21.**

**Q**V I plantauit vineā.) Vnea ista nos sumus, quos per creationem Deus plantauit, fuet gubernando & conseruando, cui ergo tenemur fructum reddere nisi Deo qui tot

P 2 contulit

*Annotationes in Euangelia.*

contulit & quotidie in nos cōfert beneficia , vide in G.lib. 1. cap. 1. & 2.

(Et s̄pēm circundedit ei.) Aduerte quantum curam habeat Deus viñæ suæ in ipſius & colonorum commodum, sed & in ipsorum suppliciū nifruſtum reddiderint tēporibus suis, in G.lib. 1. capite. 1. 2.

Vinea ista caro nostra intelligi potest quæ vnicuiq; nostrū cōmissa est ex colenda, vt spiritui seruiat, in G.lib. 2. cap. 1. 5. §. 5. & 6.

Quod Deus nos plantauit ac per consequens illi tencamur fructū reddere, dēuotissime habes explicatum in Add. consideratione. 5. ex septem ultimis.

(Peregre profectus est.) Malis sic videtur pere gre profectū Deū, super cardines coeli ambulare neq; ſua conſiderare, quod si præsentem eum cogitarent, non tam peruerſe agerent, ſic in omnibus noſtris actionibus Deum debemus cogitare præsentem, vide in M. in prima bene viuendi regula, tomo. 1.

(Quid faciet colonis illis, qui filium occiderunt.) Sed quid faciet nobis qui tursum filium Dei crucifixentes in ſuper contemptui habemus, vide in G.lib. 1. cap. 4. §. 1.

(Auferetur à vobis regnum Dei.) De huius populi & templi deſtructione, vide quæ adnotamus Dominica. 9. poſt Pentecosten in illa verba,

Quia

*Feria V I. poſt 2. Domin. Quadr.* 115

Quia ſi cognouiffes & tu , & ibi noſtrum au- torem.

Huius Euangeliſ historiā optimo ſtylo expli- catur, in Introductione fidei parte. 3. traſtatu. 3. Dialogo. 1.

Quare hac parabola Dñs populum iſtum ad- monuerit, quem ſciebat hac admonitione nihil profuturum , & eam illis immiſſurum cladem quam illis nunc futuram prædictiſ, ſi non certe ad ipsorum commodum , erit ad ipſius gloriā, vide tomo. 3. Conc. Dominica. 4. poſt Paſcha Con- cione. 1. in exordio.

(Auferetur à vobis regnum Dei.) Populi illius clades ob iſtud ſcelus à Deo immiſſa, cum populi Christiani peccatis & debitib; ob ipſa peccata ſupplicijs comparatur, Dominica. 4. poſt Pen- tecosten Concione. 2. in traſtatione thematis, tomo. 4.

(Dabitur genti facienti fructus eius.) Diuinæ iuſtitiae mirabile iudicium de vocatione gētiū & expulſione synagogæ exponitur tom. 1. Con. Dominica. 2. poſt Octau. Epiphaniæ Conc. 2. in principio.

(Relinquetur vobis domus veſtra deſerta.) Ultimum omnium malorum eſſe à Deo deſeri ostenditur infra Dominica in Paſſione Conc. 2. in principio.

Populi Iudaici à Deo derelicti, beneficia ab

P 3 ipſo

Ipsò Deo illi collata eius ingratitudo ac demum eius supplicium propter ipsius grauissima peccata recēsentur, tomo. 4. Conc. Dominica. 24. post Pentecosten Concione. 2. per totam.

Vineam confert colonis in ipsorum commodum, seruos suos ad eos misericorditer mittit, ac demum quo nihil intentatum relinquat, summum eius misericordiæ opus exhibuit filium iunctens, sed quos misericordia abuti videt iuste puniit, Quod Dominus prius quæ pacis sunt offerat, deinde contra eos qui eam amplecti nollunt iuste irascatur, vide Dominica. 19. post Pentecostē Concione. 1. in principio, tomo. 4. Concionum. Vinea caro est exercenda, apposita figura ex lege veteri explicatur tomo. 4. Conc. Dominica 13. post Pentecosten Conc. 2. parte. 2.

## DOMINICA III. IN Quadragesima Euang.

**F**erat Iesus ejcens dæmonium, & illud erat mutum. Luce 11.

**H**ic Euāgeliō facili quadrare possunt negotio quæ dicuntur in duabus Concionibus tomo. 4. Conc. Dominica. 11. post Pentecosten, de curatione surdi & muti.

(Et illud

(Et illud erat mutum.) Si mutum hominem dæmon effecisset ne ad vana & scurrilia & homini nocua os aperiret, bene cum illo actum fuisset, sed mutum solet efficere ne peccata confiteatur. De confessione in hac Dominica agi solet, eò quod ad hoc tractandum & temporis huius ratio in quo de peccatis confitendis homines tractant, & ipsius Euangelium occasionem & motuum præbet, de qua est Concio integra in fine tomi. 1. de poenitentia Concione. 3.

(Et illud erat mutum.) Mutos nos vult esse Deus, sed & dæmon, sed diuerso fine, Deus ne male loquamur, & debitum teneamus silentium, Delinguæ cohibitione, vide tomo. 1. de Sanctis, Concione. 2. in Annunciatione B. Mariæ. §. 2. & Concione. 3. ibi, Ex ijs ergo.

(Et postquam eiecerat dæmonium locutus est mutus.) Qualis sit in peccato anima dum à dæmone possidetur, qualis dum iustificatur ostenditur, tomo. 2. de Sanctis Concione. 2. in festo Sanctæ Mariæ Magdalenæ in principio. Qualiter vexentur ij qui à dæmone possidentur, vide supra Dominica precedentie de muliere Cananitidæ.

Dæmonis machinæ, vires, astutiæ, officium, desideriumque in nostrâ perniciem explicitantur Dominica. 1. in Quadragesima supra per quatuor eiusdem Dominicæ Conciones.

P 4 Sed &

*Annotationes in Euangelia.*

Sed & cœcus dæmon iste apud Matthæum dicitur esse; Qualiter dæmō cordis oculos obce-  
ctet ne Dei legem consideremus, vide in Introduc-  
tione fidei in præambulo secundæ partis, vide  
etiam de tribus peccatorum cœtitatibus infra fe-  
ria. 4. post quartam Dominicam Concione. 2.  
per totam.

Omne regnum in seipsum diuisum desolabi-  
tur. Diuinum inter diuinæ personas regnū æter-  
nū sine principio fuit, & sine fine conseruabitur.  
Hoc probatur ex mundi & eius diuersis partibus  
inter se desidentibus, sed in vnum ab autore ordi-  
natè confluentibus, vt eius imitatione iuxta Apo-  
stolū doceamus conseruare inter nos vnitatē spi-  
ritus in vinculo pacis, vt regnum internū animæ  
& externæ pacis firmum permaneat, vide tom. 3.  
Conc. Concione. 4. in festo Sanctissimæ Trinitati-  
tis, ibi, Huius vero. De mundi concordia, cum ex  
diuersis rebus diuersis & contrarijs qualitatibus  
constantibus componatur disscribit eleganter,  
in Introduktione fidei parte. 1. capite. 5. §. 2. &  
capite. 6. ex elementorum regno probari potest.  
Sed & hoc probari potest apum exemplo quæ  
autoris naturæ instinctu ne regnum suum diui-  
sione pereat, pluralitatem regum vitant, ibidem  
capite. 20. Exemplo etiam virtutum corporis  
humani hoc potest comprobari quarum cum  
diuersæ sint qualitates taliter tamen sunt ab au-  
tore

*Feria V I. post 2. Domin. Quadragesima. 11*

tore naturæ ordinatæ vt veluti quodam pacifi-  
cum regnum in humano corpore exerceant, ibi-  
dem cap. 20.

(Omne regnum in seipsum diuisum desolabi-  
tur.) De vera pace hominis ad Deum, eiusdem ad  
seipsum, differunt, tomo. 3. Concio. Dominicana in  
Albis Concione ibi. Sed iam quid idem.

(Loquutus est mutus.) Hic solet de confessione  
sermo institui de qua est tractatus in M. in. 1. vo-  
lumine, & in Add. tomo. 1. Consideratione. 5. De  
conscientia inquietudine & vitandis scrupulis.  
Vide in O. par. 2. cap. 3. §. 2. & 3.

(Inuenit eam scopis mundata[m] & ornatam.)  
Qualis sit sine Deo anima cum dæmon in eius re-  
sidet hospicio, & qualis dum dæmone expulso  
Deo gaudet hospite. Vide tomo. 1. Conc. Domini-  
cana. 3. Aduent. iuxta vsum ordinis fratrum Præ-  
dicatorum, Concione. 1. in tract. thematis. Qualiter  
anima disponi debeat, vt dignum Deo præpa-  
ret hospitium, Ibidem Dominicana. 4. iuxta vsum  
fratrum ordinis Prædicatorum, Concione. 2. per  
totam, sed præcipue ibi, Nunc superest vt quæ-  
ramus.

(Et ingressi habitat ibi.) Multitudo dæmonio-  
rum habitat in anima existenti in mortali, & qua-  
lis reddeat dum iustificatur. Vide in G. libro. 1.  
cap. 5. Qualiter tractet dæmon sibi per peccatum  
subditos ibidem capite. 19. Diversa peccatorum

onera, vitiorum capitibus enumeratis, quæ dæmon importabilia super peccatorum imponit humeros, explicantur, tomo. 1. de Sanctis, Concione. 2. in festo S. Matthiae. Fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Contra eos qui post poenitentiam peccatorum factam in pristina relabuntur vitia, & ad ea reuertuntur quæ euomuerunt. Vide supra feria. 4. post primam Dominicam, Concione. 2. ibi, Quod si quereras. Sicut etiā in corporis infirmitatibus post acceptam sanitatem in pristinam relabi infirmitatem periculorum valde est. Iuxta Petri Apost. sententiam, Canis reuersus ad vomitum & sus lota inuolutabro luti. Et iuxta Paulum, si quæ destruxi iterum redifico præuaricatorem me constituo. Hoc eleganter explicatur apposita similitudine egressio[n]ie Israel de Ægypto. tomo. 3. Concio. in die Santo Pentecostes, Concione. 4. ibi. Ex his ergo aperte liquet.

(Cum immundus spiritus exierit ab homine.) Animæ status cum diuina gratia eiusdem cum ab illa destituitur depingitur, tomo. 4. Conc. Dominica. 3. post Pentec. Conc. 1. in tract. thematis. Qualiter ornanda anima ut expulso demone qui in ea sedem suam collocauerat Dei possit effici thronus, Salomonis throni comparatione facta explicatur tom. 2. de Sanctis, Concione. 2. in Nativitate B. Mariæ. par. 3. §. 3.

In eadem

In eadem Dominica Tertia in Quadragesima, & quæ sequuntur duximus adnotanda ex libro Collectaneorum eiusdem de pace & concordia, in illud, Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur.

**S**Cilurus octoginta liberos masculos habens, cum esset moriturus, fasciculum iaculorum singulis porrexit, iussisque rumpere. Id cum singuli recusasset, eo quod videretur impossibile, ipse singula iacula exemit, ac ita facile confregit omnia, filios admonens his verbis. Si concordes eritis, validi, inuictique permanebitis: contrà, si dissidijs, & seditione distrahemini, imbeciles eritis, & expugnatū faciles. Stob. ferm. 8. 2.

Scipio Africanus, cum Numantinos s[ecundu]s viatores iam fregisset, obfessisque tandem expugnasset, Tyresium principem rogauit, Qua de causa Numantia aut prius inuicta, aut post euerfa fuisset? respondit Tyresius, Concordia victoriariam, discordia exitium præbuit. Bruf. libro. 2. capite. 4.

Iseus Sophista Lacedæmonijs pericitatibus, ac de ciuitate incœribus cingenda consultantiibus, Homericum carmen recitauit.

*scutum habet scuto, galea & galea, atque viro vir.*

Et

Et adiecit. Sic mihi state Lacedæmonij, & muris  
cineti sumus. Recitat Philost. in Sophist.

M. Agrippa vir ingentis animi dicere solebat,  
multum se huic sententiae debere. Concordia par  
uæ res crescunt, discordia maximæ dilabuntur.  
Bruf. lib. 2. cap. 12.

Vir ciuilis hoc imprimitis curare debet, vt rebus  
administrationi ciuium subiectis ita vtatur, vt  
amicitiae & consensus inter ciues conciliari, con  
tentiones & inimicitiae tolli penitus videantur:  
& (quod in amicorum dissidijs vsu venit) qui se  
priorem iniuria affectum putat, eum priorē quo  
que adeas, atque oratione soleris, ostendasq; te se  
cum vna dolere, & iniuriam æquè ferre. His iactis  
fundamentis, mcerorem lenire incipito, homi  
nemque docere, nō eos commendari solitos, qui  
alijs iniuriā intulerint, qui ve pertinaciter & obni  
xē superare contendant: sed qui illatam iniuriā  
animo æquo, vel certè forti tulisse videntur. Hi  
enim non modo mansuetudine & morum faci  
litate, verū quoq; prudentia, & animi magnitu  
dine præstant: propterea quòd paruis rebus ce  
dentis, maximis ac pulcherrimis obtinēt, & euin  
cunt. Seneca in Polit.

Sapiens nunquam potentium iras prouoca  
bit, imò declinabit, non aliter quam in nauigan  
do procellam. Circunspectiendum nobis est, etiā  
quomodo à vulgo tuti esse possimus. Primum  
nibi

nihil inde concupiscamus, vnde rixa est inter cō  
petidores: deinde nihil habeamus, quod cum ma  
gno emolumento insidiantis eripi possit. Quām  
minimum sit in corpore tuo spoliorum. Nemō  
ad humanum sanguinem propter ipsum venit.  
Nudum latro transmittit, etiā in obfessa via pau  
peri pax est. Non conturbabit sapiens publicos  
mores, nec populum in se vitæ nouitatem conuer  
tet. Quid ergo? Vtq; erit tutus, qui hoc proposi  
tum sequetur? Promittere tibi hoc non magis  
possum, quā homini tēperanti bonā valetudinē,  
& tamē facit tēperātia bonā valetudinē. Perit ali  
qua nauis in portu: sed quid tu accidere in medio  
mari credis? Quanto huic periculū paratus foret,  
multa agenti molientique: cui ne otium quidem  
tutum est? Pereunt aliquando innocentes: quis  
negat? Nocentes tamen s̄apius. Epist. 14.

Marcus Agrippa vii ingentis animi (qui so  
lus ex his quos ciuilia bella claros potentesq; fe  
cerunt, felix in publicum fuit) dicere solebat, mul  
tum se huic debere sententiae. Nam concordia par  
uæ res crescunt, discordia maximæ dilabun  
tur. Hac se aiebat & fratrem & amicum optimū  
factum. Senec. Epist. 95.

Auxilia humilia firma consensus facit. Ex  
Pub. Mim.

Semper dissensio ab alio incipiat, à te reconciliatiq;. Ex codem.

Quæ

Quæ nos dementia exagitat, & in mutuum compellit exitium; Vela ventis damus bella paraturi: & periclitamur periculi causa. Incertam fortunam experimur, vim tempestatum nulla ope humana superabilem, morte sine spe sepulture. Non erat tanti, si ad pacem per ista veheremur. Nunc autem cum euaserimus tot scopolos latentes, & insidias vadosi maris, cum effugerimus procellos desuper montes, per quos præceps in nauigantes ventus impingit, cum inuolutos nubilo dies, & nimbis ac tronitruis horrendas noctes, cum turbinibus diuulsa nauigia, quis erit huius laboris ac metus fructus? quis nos fessos tot malis portus excipiet? Bellum scilicet, & obuius in littore hostis, & trucidandæ gentes, tracturæ magna ex parte viætorem, & antiquarum vrbium flamma. Quid in arma cogimus populos? quid exercitus scribimus directuros aciem in medijs fluctibus? quid maria inquietamus? parum videlicet ad mortes nostras terra latè patet. Nimis delicate fortuna nos tractat: nimis dura dedit nobis corpora, felicem valetudinem. Non depopulatur nos casus incurrens. Ementiri cuique annos suos ex commodo licet, & ad senectatem decurrere. Itaque eamus in pelagus, & vocemus in nos fatigantia. Miseri quid queritis? Mortem, quæ vbiq; superest? Petet illa vos & ex lectulo, sed vbiq; innocentes petat: occupabit

bit vos in vestra domo, sed occupet nullum molestientes malum. Hoc verò quid aliud quis dixerit, quam insaniam, circunferre pericula, & ruere in ignotos, iratum sine iniuria occurrentia deuastatæ, ac ferarum more occidere, quem non oderis? Illis tamen in ultionem, aut ex fame morsus est, nos sine villa parsimonia nostri alienique sanguinis, mouemus maria, & nauigia deducimus, salutem commitimus fluctibus, secundos optamus ventos quorum felicitas est, ad bella proferre? Quousque nos malos mala nostra rapuere? parum est intra orbem suum furere. Sic Persarum rex stolidissimus in Græciam traiecit: quam exercitus non vincent, cum impleuerit. Sic Alexander vltior Baetris & Indis, volet querere quid sit vltra magnum mare: & indignabitur, aliquid esse ultimum sibi. Sic Parthis auaritia Crassum dabit. Ergo non immerito quid dixerit, rerum naturam melius acturam fuisse nobiscum, si vétos flare vetuisset, & inhibito discursu furentium, in sua quemque terra stare iussisset. Si nihil aliud, certe suo quisque tantum ac suorum malo nasceretur. Nunc parvæ vi domestica, externis quoque laborandum est. Magna pars erat pacis humanæ, maria præcludi. Non tamen (vt paulo ante dicebat) quæri possumus de autore nostro Deo, si beneficia eius corrumperimus, & vt essent contraria, effecimus. Lib. 5. nat. Ques. c. 18.

**In eadem Dominica Tertia.**

Dæmon aliquando mutos reddit homines quandoque loquaces, sed Deus quos multos dæmon effecit loquivult, non abs re erit hic de linguae moderatione sermonem instituere, de qua & quæ sequuntur duximus adnotanda ex libro Collectaneorum eiusdem.

**A** Polledorus dicebat, optimos homines in dicendo breuiissimos esse: linguaces autem sitantum molestiae caperent, quanta reliquos afficiunt, haud sanè longos sermones habituros. Stob. fer. 34.

Leon Euricratidis filius, cuidā de rebus haud quaquam inutilibus intempestiue loquenti. O hospes, inquit, re opportuna non opportunè vteris. Nihil oratione melius, si parce promas linguae thesaurum. Plut. in Laco.

Lycurgus interroganti, quam obrem Lacedæmonij breuiloquium usurparent? Quoniam silentio finitimum, respondit. Stob. fer. 33.

Dion Philosophus, naturam probè egisse dicebat, quæ geminas aures, & linguam vnicam nobis fabricaret, quò ad audiendum essemus, quæ ad loquendum promptiores. Stob.

Iscocrates orator, cum locutuleius quidam nomine Careon in disciplinam eius recipi vellet, duplicem mercedem postulauit. Illi vero causam interro-

interroganti, dixit. Alteram quidem peto, vt loqui discas, alteram vt tacere. Stob. vbi supra.

Thales Milesius dicere solitus est, multa verba nequaquam arguere hominem sapientem. Sapiens enim non nisi cum res postulauerit loquetur, & paucis suam absoluat sententiam. Stultus autem non habita vlla ratione loci, temporis, personarum, &c. sua loquacitate omnia effutict. Eras. lib. 7. Apoph.

Chilon dicebat, non cōmittendum, vt lingua præcurreret animum. Admonens, prius cogitandum quid loquaris, quæ lingua prorumpat in verba, nescit enim vox missa reuerti. Cogitatio prior potest corrigi posteriore (vt habet prouerbium) vox non item. Laert. lib. 1. c. 4.

Idem præcipiebat linguam cum alijs semper, tum præcipue in conuiuis continendam: quod illic cibus & potus inuitet ad intemperantiam. Porro vbi plus est periculi, ibi maior est adhibenda cautio. Ibidem.

Anacharsis interrogatus, quid esset in homine pessimum, quid optimum: respondit, lingua: Sensiens idem membrum plurimam adferre utilitatem, si recta ratione gubernetur: pestilentissimum vero esse, si secus. Laert. lib. 1. cap. 9.

Zeno dicere solebat, satius esse labi pedibus quæ lingua: eoq; conuiua quantum poterat vitabat, quod ibi solutus vino, & aliorum fa-

bulis prouocatus, facilius labi posset. Laert. libro.7.cap.1.

Idem ad Aristonem discipulum multa temere garrientein, quædam etiam præcipitanter confidenterque. Fieri, inquit, non potest, quin te pater ebrios proseminalit. Oderat futilem loquacitatem, ipse in dictis tum breuis, tum grauis. Ibidem.

Theocritus Chius, cum Anaximenes esset dicturus, ita præfatus est: Incipit verborum flumen, mentis gutta: significans, illum esse multiloquum, sed minime sapientem. Stob.ser.34.

## FERIA IIII. POST Tertiam Dominicam

Quadrag. Euang.

**P**Accesserunt ad Iesum ab Ierosolymis scribae & Pharisæi dicentes. Matth. 15.

**H**ypocritæ bene prophetauit de vobis Esaias &c.) De falsa iustitia quæ est tantum exterior, vide in G.lib.2.cap.20.

Multi sunt qui labijs tantum orant, cor longe abest ab eo quod labijs proferunt. Vide in O.par te.2.cap.5.§.1.& 2.vbi probatur quod licet perfectio orationis in corde sit, sed propter hoc oratio vocalis, & sanctæ ceremoniæ non condemnantur.

(Cor

(Cor autem eorum longe est à mc.) Quòd nostra perfectio in unione cordis ad Deum constitut. Vide in Add.lib.1.cap.10.

Homines quivnum habent in corde, aliud in ore similes describuntur quibusdam animalibus. Vide in Introductio fidei, parte.1.cap.14.vbi animalia quædam recensentur quæ caliditatis arte veluti quadam hypocrisis imagine suum ventantur cibum.

Honora patrem tuum &c. De honore parentum vide quæ adnotauimus supra feria. 4. post secundam Dominicam.

(De corde exeunt cogitationes.) De cordis studia & quòd resistendum sit malis cogitationibus, vide in communis confessorum Concione.1.in p: incipio.

(Sinite illos cæcisunt.) Quam graue malum omnium maximum sit à Deo deseriri, vide supra feria 6. post 2.Dominicam, Concione.1.in princ.

(Cæci sunt.) De cordis obduratione & execratione agitur infra feria. 6. post Dominicam in Passione, Concione.2.per totam.

(Munus quodcunque ex te mihi proderit.) Hoc erat Pharisæorū intentū, quòd auaritiæ suæ consenserent. Homines suadere prius satisfaciendum esse sacrificijs quæ ad Deum pertinent quam ijs quæ ad subleuadas necessitates proximorum pertinerent, licet illa se penumero essent ex cōsilio hęc debita.

Q 2 Hoc

*Annotationes in Euangelia.*

Hoc vitium taxatur tom. 4. Conc. Dominicæ. 5. post Pentec. Concio. 2. ibi, Quodigitur hypocritæ bene prophetauit, &c. varia hypocriticarum genera explicantur, tomo. 4. Conc. Dominicæ. 7. post Pentecosten, Concio. 1. per totam.

F E R I A V I . P O S T  
Tertiam Dominicam.  
Quadrag. Euang.

*Venit Iesus in ciuitatem Samarie. Ioan. 4.*

**O** Portebat eum transire per medium Samariæ.) Verba hæc sunt immediate ante huius Euangelij initium, quorum mysticam habes explicationem in Add. Consider. 5. §. 3.

(Aqua quam ego dabo ei, &c.) Frequēs de hac aqua fit in hoc Euangeliō mentio, & inter alias eius proprietates hæc ponitur, quod in eo qui eā biberit fons aquæ salientis in vitam æternā, quod diuinæ gratiæ maximè quadrat, quæ præparatio ad gloriam esse dicitur. Vide eius proprie tales & encomia in G. lib. 1. cap. 14. & in Introductione fidei, par. 3. cap. 11.

Gratia à Spiritu sancto est, quos effectus Spiritus sanctus per suam gratiæ in anima operetur. Vide tom. 3. Concio. Concio. 4. Pentecosten in princ. post Exordium. Nam quæ de Spiritu sancto ibi

*Feria VI. post 3. Domin. Quadrag. 123*

et ibi dicuntur eius gratiæ aptari possunt, pri-  
mum omnium à peccato animam mundat &c.

(Non coutuntur Iudei Samaritani.) Malorum fugienda sunt conscientia, vide quæ adnotabimus Dominicæ. 13. post Pentecosten.

(Omnis qui biberit ex aqua hac sitiet iterum.) Quod bona temporalia quæ homines quærunt ut ambitionis suæ sitim extinguant, non valeant appetitum satiare. Vide in G. lib. 1. cap. 19. §. 2. & 3. Quod solus Deus animæ nostræ sitim pos-  
sit extinguere, præsertim cū eius apparuerit glo-  
ria. Ibidem cap. 29. §. 8. A Deo desideriorum sa-  
turitatem & consolationem expectandam non à terrenis diuinijs & voluptatibus, explicatur tom.  
1. de Sanctis, Concio. 3. in Visitatione B. Ma-  
riæ, ibi. Hoc autem prodeundi. Fontes à quibus aqua hæc maneat quam Dominus Samaritanæ huic mulieri promittit, sacramenta sunt, de Sacra  
mentis nouæ legis quæ aquæ gratiam causant, vi-  
de in Introductione fidei, par. 3. cap. 12.

(Venit hora quando non in monte hoc &c.) Ex huius mulieris interrogatione & Domini ad eam responsione colligit noster autor, legem ve-  
terem quoad cærimonialia & iudicia iam ces-  
sare, ex cessatione scilicet, legis & templi, nam  
translato sacerdotio ut Paulus ait necesse est ut &  
legis translatio fiat. Vide in Introductione fidei,  
par. 4. dialogo. 9.

*Annotationes in Euangelia.*

(Reliquit hydriam suā mulier.) Accepta interius Christi Domini gratia & consolatione mulier hidriam relinquit in qua aquam bonorum mundi quæ sitim non extingunt, sed accendent portabat. Quam facile omnia mundi contemnit & ad ea omnia cœcus & mutus redditur, qui mente Deum vidit & audiuit, exemplo Simeonis & Zachariæ comprobatur, tomo. 1. de Sanctis, Concione. 3. in Purificatione Beatæ Mariæ. §. 1.

(Venite videte hominem, &c.) Accepta Salvatoris notitia & luce statim ad suos cucurrit, lumen & Dei cognitionem quam acceperat proximis & conciubibus communicatura, quod Sanctorum proprium semperfuit, ad proximerum suorum anhelare salutem. Videtomo. 2. de Sanctis, Concione. 1. in festo S. Matthæi, ibi, Eadem vero alacrita.

(Iam non propter tuam loquelaam credimus.) Lætitia quadam qua de fide suscepta gaudebant videntur muliere insultare. Alacritatem spiritualem quam credentibus afferit fides depingit noster autor in Introductione fidei, parte. 2. capitulo ultimo.

(Nemo tamen dixit quid loqueris cum ea.) Nouerant magistrum suum non aspernari pauperes & ignobiles. Quod contra inundani hoc faciat magni æstimant magnos parui faciunt paruos,

*Feria V I. post 3. Domin. Quadr. 124*

uos. Vide Dominica. 20. post Pentecosten, Concione. 2. ibi, Vbi igitur regulus.

(Venit hora quando non in monte hoc adorabit.) Quare in veteri lege peculiarem locum elegerit Deus in quo collectur, & similiter in legem nouam, ecclesiæ & templo in quibus sacrū Domini corpus afferuatur & veneratione colitur. Quid ad Dei venerationem sacra conferant loca, habes ad longum explicatum Dominicā infra octauas Epiphaniæ, Concione. 1. in tractatione thematis, tomo. 1. Conc.

(Meus cibus est ut faciam voluntatem &c. Vide quæ adnotantur Dominicā infra octauas Epiphaniæ, Concione. 2. in illa verba, Nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse.

*Pro feria VI. post tertiam Dominicam, & quæ sequuntur duximus adnotanda ex Collectanea eiusdem, de fungendo maloram consortio in illud, Non coutuntur Iudæi, &c.*

**Q**uemadmodum hedera nascentis aliquius futuræ præualidæ arboris stipitem vndiq; amplexa, vna consurgit, & adolefcit: ita seniorem adolescentem, & gloriosum inglorius subiens, paulatim sublatus, & sensim adactus, **Q. 4** radici-

radicibus iam altè actis subnixus, ad Répub. capessendam, & gubernandam se se idoneum præbuit. Hi autem ciuiliter & honestè ad finem usq; magistros obseruauerunt, & cultu debito prosecuti sunt, vt Soli subiecta corpora, quæ cum inde splendorem accipiunt, viciissim & reddunt. In Politica.

Sicut mutæ literæ ex commissione vocalium inconcinna & rectè articulata erumpunt verba: ita rudes homines ex sapientum conuiectu & ipsi quoque sapere incipiunt. Lib. Num philosphan dum inter pocula.

Alterum autem discriminem, quod obseruandū inter similitudines, hoc est, quæ verus est amicus, is nec imitatur omnia, nec facile laudat omnia, sed optima tantum. In rectè factis enim, in honestarum rerum studio socius est amicus, non in peccando, nec in facinoribus, nisi quis insciens vitium & improbitatem ex conuiectu & familiaritate sibi contraxerit: quemadmodum oculorum morbus contagio serpit, & inficit vicinum. Sic enim ferunt Platonis familiares contractos humores expressisse: item Aristotelis amicos balbuti etiā illius imitari solitos: rursus Alexandri regis familiares ceruicem inflexam, & indicendo vocis asperitatem reddidisse. Sunt enim nonnulli, qui non sentientes, ex alienis moribus & ingeniis multa in se recipiunt.

Themi-

Themistocles prædium vendens, præconem diuulgare iussit, quod vicinum quoque bonum habebat. non parum enim refert, qualem virum tibi vicinum habeas. Stob. ser. 35.

Antisthenes Philosophus dicere solebat, bonum virum molestam esse sarcinam, nam sicut insipientia bene fertur & leuiter: sic prudentia grauiter incumbens, præmit vehementer suopte pondere, nec facile potest excuti. Philo. Iudæus lib. quod omnis probus liber.

Aristippus interrogatus, quid esset admirandum in vita? vir probus & moderatus, respondit: quoniam etiā inter multos improbos agat, non tamen perueritur. Stob. ser. 35.

Mulier hæc Samaritana in honeste viviebat, nō ergo abs re erit, in honestarū mulierum aperire conditions, vt cui malo solet intelligat, qui meretrici adhæret. De hoc & quæ sequuntur de reprobarum mulierum conditione duximus apponēda, ex libro Collectaneorum eiusdem.

P hiloxenus Poeta interrogatus, quā ob causam in tragœdijs induceret mulieres malas, cū Sophocles eas induceret bonas? argutissime respondit, quoniam ille, inquit, tales indu-

cit,

*Annotationes in Euangelia.*

cit, quales esse deberent: ego vero quales sunt.  
Eras. lib.6. Apoph.

Secundus ille sapiens interrogatus, quid esset mulier? respondit, viri naufragium, domus tempestas, quietis impedimentum, vitæ captiuitas, quotidianum malum, voluntaria pugna, sumptuosum bellum, bellua conuia, solitudo confidens, leena complectens, exornata scilla, animal malitiosum, malum necessarium. Max. fer. 39.

Antipater constitutus ab Alexandro Macedoniæ praefectus, cum ad Alexandrum scripsisset Olympiadis matris ineptias & importunitates: commotus Alexander ait, grauem pensionem pro decem mensibus quibus in utero eius fuisset, matrem à se exigere. Brus. lib. 4. cap. 1.

Cato obiurgans aliquando mulierum impotentiam: omnes (inquit) homines vxoribus dominantur, nos omnibus hominibus, nobis autem vxores. Hoc modo colligēs, mulieres rerum omnium esse dominas. Plutarchus in Rom. Apoph.

Aristippus mulierem paruam sed pulchram, conspicatus, paruum, inquit, pulchrum, magnum autem malum. Anto. in Melis. par. 2. fer. 33.

Cum Democritum quidam percontaretur, cū magnus esset, paruam duxisset vxorem, ego, inquit, in malo eligendum quod minimum erat elegi. Si hoc de vxoribus dixerunt ethnici quid de meretricibus?

*De aqua*

*Feria V I. post 3. Domin. Quadr.* 126

De aqua fit in huius diei Euangelio celebris mentio, de qua & sequentia duxiimus apponenda ex eodem ubi supra, quæ facile eis quæ à perito concionatore de ea tractanda occurerit aptari poterunt.

**F**it Ægyptiorum mos eorum casta religione diutius obseruatus, vt ante numinū ædes, ac templa, hydria aquæ poneretur, vt intrantes conspergerentur, procumbentesque sublatis ad coelum manibus diuinæ maiestati gratias ageant, quod munere saluberrimæ aquæ affecti fuissent. Hinc Thales Milesius aquam rerū omnium principium posuit. Mortalium namque natura facilius cuiusque rei indigentiam, quam aquæ ferre potest. Sunt autem innumerabiles aquarum virtutes, partim manifestæ, partim abditæ & obscuræ rationis, veluti de Archadia fonte dicitur (quæ clitorū accolæ appellant) qui vini odiū eius latices haurientibus quā primū facit, eosq; absthemios reddit. Scribit præterea Póponius Cosmographus, vñā ex fortunatis insulis, singulari duorum fontium ingenio insignē esse, alterū enim qui gustauerint rīsu solūtūr, eiusmodi autē morbo affectis remedii est, ex altero bibere. Et certè res mihi mirāda videb, omniū ferè morborū medicas aquas, à Deo Opt. Max. mortalibus esse traditas, quæ nō pigmenti, antidotis & amaris, decogtionibꝫ ægrotos

ægrotos excrucient, non igne aut ferro lacerent, sed suauissima ablutione pristinam salutem restituant. Et denique id præstant quod Asclepiades officium optimi medici esse dixit, vt scilicet tutò, celeriter & iocundè, curent. Hæc igitur & familia naturæ beneficia, omnium largitori Deo accepta ferre debemus. Ex Fran. Senen.lib.7. de institutione Reip.

## DOMINICA IIII. in Quadrag.Euangelium.

*¶ Abiit Iesus trans mare Galilæe. Ioannis 6.*

**C**V M subleuasset oculos Iesus.) Quā curam habeat Dominus illorum qui illum. Léquutur explicatur to 3. Conc. Dñica. 2. post Pascha Concione. 2.vbi Psalmi versus; Dominus regit me explicatur. Sanctus Marcus ait, quod misertus est eorum quia erant sicut oves non habentes pastorem. Misericordia & pro virtute & pro affectu virtutis sumitur, vt virtus est secundum suam rationem integrè & complete in solo Deo reperiri potest, cui proprium est miseri seipser & parcere. Ille namque omnem miseriā auferre potest qui solus ab omni miseria immunis est, sic S. Thom. 2. 2. quæst. 30. artic. 4. quam sententiam eleganti ingenio & perspicuitate

tate explicat ibidem doctissimus Magister meus Bañes dubio primo, vt inde magnum misericordiæ surgat encomium. Sed vt pro affectu sumitur in Christo Domino fuit, qui nostras expertus miserias & in eis per omnia tentatus vt Paulus ait nostri misertus est, vtraque misericordiæ acceptio explicatur exacte, tomo. 4. Conc. Dominica. 1. post Pentecosten Concione. 1. ibi, In hodierna autem, Qua liberalitate prouideat Dominus eis qui in eo uno spem suam collocant, vide tomo. 4. Conc. Dominica. 1 8. post Pentecosten Concione. 2. ibi, Sed vt ad historiam.

Conuum hoc quo Christum Dominum sequentes refecti sunt, illud intelligi potest conuiuum quod iuxta Esaïa vaticinium faciet Dominus medulatorum pinguium in monte superne beatitudinis, vide tomo. 4. Conc. Dominica. 2. post Pentecosten Concione. 1. in tractatione thematis. De beatitudine in G. libro. 1. cap. 9. & in O. meditatione. 2. pro die Sabbati, & in M. tomo. 1. cap. 2. & tomo. 2. de Sanctis Conc. 1. in Communiconfessorum, vide etiam quæ adnotamus Dominica. 19. post Pentecosten.

(Cum subleuasset oculos Iesus.) Notandum erat in Christo Domino quod oculos leuaret, cuius ea erat modestia & sensuum custodia, vt non nisi necessitate cogente oculos aperiret. De oculorum custodia & quæ mala ex eis orta fuerint,

*Annotationes in Euangelia.*

rint, vide tomo. 1. de Sanctis Concione. 3. in Visitatione Beatæ Mariæ , ibi , Hoc autem prodeundi periculum, vide etiam in G. lib. 2. capite 15. §. 3.

(Et cum gratias egisset.) Gratias agit pro conuiuio ex panibus ordeaceis: quas nos Deo gratias reddere debemus qui quotidie coelesti pane satiamur, vide in G. lib. 1. cap. 5.

(Sequebatur eum multitudo magna.) Hoc loco ostenditur qualis sit illa paterna cura quam dominus gerit illorum qui ex toto corde illum querunt, vide tomo. 1. Conc. Concione. 1. in Epiphania ibi, Egressi igitur ab Ierusalem.

(Quia hic est verè Propheta.) In hanc vocem prorūpere fecit miraculi stupor, & merito, mirabilia certè quotidie Dei opera videmus , sed assiduitate viluerunt, vide in G. libro. 1. cap. 3. Contra eos qui ex assiduitate operum Dei quæ quotidie vident, nec admirantur, nec factorem laudant, vide in Introductione fidei parte. 1. cap. 3. §. 5. quod probat ex Cicer. & Aristotele aptis aductis similibus, vide etiam cap. 4. ibidem.

Pauit eos Dominus quia sui oblietos vidit, & in illo confidentes. In Domino spem ponendam suademur supra Dominicā. 1. in Quadragesima Concione. 1. in illa verba; Non in solo pane vivit homo , & Concione secunda ibi, Accedens ergo tentator.

In Ro-

*Dominica IIII. in Quadragesima.* 128

In Romano Breuiario , vsq; ad verba illa legitur; Iesus ergo cùcognouisset quia venturi essent ut raperent eum, & facerent eum regem. Fugienda docetur vana gloria, vide tomo. 2. de Sanctis Concione. 2. in festo Sancti Iacobi in principio, & §. 3.

*Pro eadem Dominica Quarta*

in Quadragesima. Occasione diuinæ liberalitatis in hoc conuiuio exhibete, & quæ sequuntur adnotauimus de liberalitate ex libro Collectaneorum eiusdem.

**T**Heophrastus interrogatus, quid nam vitam conseruaret humanam? respondit beneficentia. Stob. serm. 4 1.

Anaxilaus rex interrogatus, quid esset in regno beatissimum? respondit nunquam vinci beneficijs. Phauor. Camer.

Philippus Macedo rex cum Thebis obses esset. Philonis Thebani hospitio vsus est, multisque insuper ab eo beneficijs affectus. Is cum vicissim à Philippo nihil muneri vellet accipere: Ne me, inquit, Philippus beneficentia superatum, ac laude spolies, quod haec tenus à nemine beneficijs victus fuerim, ô animum imperio dignum. Pulchrius existimauit benefaciendo, quā potentia vincere.

Vespa-

Vespasianus iunior super cœnam aliquando recordatus, quod eo die nemini quicquam præstisset, memorandam illam vocem edidit, Amici diem perdidisti. Laudanda sane principis beneficentia tam peculiaris: qui omne tempus se perdisse putabat, quo amicis bene meritis suum non præstisset officium. *Suet.* in vita Vesp.

Alphonso Aragonum rege, cum à quodam afferrentur aureorum decem millia, dixissetque qui forte aderat, ea dumtaxat summa diuitem se & beatum fore. Accipe rex, inquit, quantacunque ea est & beatus esto. *Pano.* libro. 4. de rebus gest. *Alph.*

Idem cum audisset Vespasianum Cæsarem, eam diem se perdidisse solituin dicere, in qua nihil quicquam alicui donasset: egisse gratias dicitur Deo Optimo Maximo, quo eo modo neq; diem ipse perdidisset, idem vbi supra lib. 2.

Perilus quidam ex amicorum Alexandri numero, cum filiabus dotem petisset quinquaginta illum talenta accipere iussit, sed cum ille dixisset, decem satis esse. Tibi, inquit, accipere sed mihi nequaquam satis est dare. *Plut.*

Alexander cum Poro Indorum regi victo obtulisset, se daturum quidquid peteret. Porus cum, vt regaliter tractaretur, petisset: subridens Alexander, Faciā hoc, ait, non tua, sed mea causa. *Brus.* lib. 3. cap. 13.

Idem

Idem tantæ fuit clementia, vt Darius inuidens precaretur à Dijs, vt aut superare posset clementia Alexandrum, aut si is regno spoliaretur, solus Alexander in Persarum regno imperaret. *Brus.* vbi sup.

Porsena demiratus egrum animū Muti Scæuolæ (qui iratus dexteræ suæ, quod in stringendo ferro errasset, foculo impositam exuri passus est) dixit illi, Reuertere ad tuos Muti, eisque refer, te, cùni vitam meam petieris, à me vita donatum. *Liu.*

M. Bibulus cùm in Syria duos egregiæ indolis filios amisisset, à Gabinianis militibus occisis, & horum interfectores Cleopatra ad cum vinclitos misisset, vt in filiorum interfectores pro arbitrio suo animadueteret: ille protinus intactos remisit ad Cleopatram. *Eras.* lib. 6. *Apoph.*

Cato senior admoniebat eos, qui potentes essent, vt parçe vterentur sua potestate, quò semper vti possent. Sentiens potentiam clementia & comitate fieri diuturnam, ferocia breuem. *Plut.* in Rom. *Apoph.*

Chilon docuit, potentiaz adiungendam manuſtudinem: vt à suis non tam metu extorqueat, quam impetrat reuerentia. Reuerentia comes est amor, metus, odium. Amari autem non solum honestius est, sed etiam tutius. *Laërt.* lib. 1. capite. 4.

*Annotationes in Euangelia.*

Titus Vespasianus Romanorum Imperator fratrem Domitianum infidias molientem nō est vltus, sed his verbis admonuit: Quid opus te paricidio petere, quod me volente obuēturum est: imò quod iam habes, imperij particeps? Haud temere in Christiano reperies tantum mansuetudinis. Eraf. 8. Apoph.

Adrianus Imperator creatus, adeò contempnit inimicos, vt vni, quem habuerat capitalem, fortè obuio dixerit, Euafissi. Principibus in priuatis offendis debet esse satis, potuisse vlcisci. Dion.

Theodosius iunior tam admirabili fuit ingenij lenitate, vt cùm ab amicis rogaretur, quamobrem neminem eorum, à quibus lædebatur, suppicio capitis afficeret, Vtinam (inquit) mihi licet & mortuos ad vitam reuocare. Ad priuatas iniūrias oportet principem esse facilem ad ignoscendum: in eos qui lèdunt Rempub. esse seuerū. Eraf. lib. 8. Apoph.

Alphonsus Aragonum rex interrogatus, car erga omnes, etiam male meritos, tam humanus ac mansuetus esset, respondit, se quidem iustitia bonis gratum esse, malis autem clemētia. Et alias dicebat, nihil magis aduersariorum animos flettere, quam placabilitatis & mansuetudinis nomen. Panor. lib. 2. & 3. de reb. gest. Alphonsi.

Idem, cum Caietam vrbum pertinaciter obſideret, & eos forte, quos oppidanit anquam bello

inutiles

*Dominica IIII. in Quadragesima.*

130

inutiles expulſſent, vt comeatum diutius in vrbe haberent (erant autem senes decrepiti, mulieres, puellæ, infantes) ab his abstineret suos milites iusſit. Verum milites cum ægre hoc tulissent, Malo, inquit rex, Caieta & Caietanis nunquam potiri, quam homines imbelles, & innocentē iuentutem tam foede, tamque crudeliter trucidando, vincere. Cum viris enim, non cum mulieribus mihi dimicatio est. Panor. de reb. gest. Alphon.

Carolus Francorum rex in bello Britannico superatus, ac militibus & pecunia iam exhaustus, cum per legatos peteret ab Alphonso Aragonū rege (cuius prouincias ab antecessoribus quidem acceperat, sed non saluo iure) ne contra se bello iam protritum fuscitaret aliquod bellum, infortunio occasionem dante, respondit Alphonsus: Non est, quod sibi hoc tempore timeat Carolus: ego enim quod maiores mei in Caroli summa felicitate non petierunt, in eius calamitate petere nolo. Panor. de reb. gest. Alphon.

Idem cum Pincentiæ agrum furentinum depopulari iure bellico cogeretur, sapenumero ingemuisse fertur. Verum cum oppidanos pertinaciores animaduerteret, Videte, inquit, qui vrbum inhabitatis inimicam mihi, ne vestra pertinacia id efficiat, quod postea mea lenitate & clementia corrigi non poscit. Panor. de reb. gest. Alphon.

Aurelianuſ Romanoruſ imperator cū Tyānam veniſſet, eamq̄e ocluſam reperiſſet, iratus dixit. Canem in hoc oppido nō relinquaſ. Hac voce milites erecti ſunt in ſpēm p̄rādæ: & Hera-damon Tyānēſis, metu, ne cum cāteris occide-retur, prodidit ciuitatem. Qua capta, Aurelius Heradamonem patriæ proditorē occidit. Mi-litibus ex Cæſariſ promiſto direptionem oppidi flagitantibus, respondit. Agite, canem me nega-ti relictum, canes omnes occidite. Hoc paſto & proditorī mercedem rependit, & militū au-ritiam eluſit. Eras. ex Vopifco.

Alphonsus Aragonuſ rex, non tam quod hoſtes vincere & ſciret & poſſet, gloriabatur, quām quod vietiſ conſulere diſiſſet. Illud qui-dem fortunæ interdum munus eſſe, hoc autem ſemper ſuum. Panor. dreb. gest. Alphon.

Idem cum in obſidione Stephani, centuriones ac milites, qui maledixerant regi, poſt captam vrberem clementer tractaſſet, caſtigatus à ſuis, qui omnes morte damnandoſ iudicarent, respondit, ſe malle ex clementia & humanitate erga hoſtes, quām ex victoria laudem adipiſci. Panor. lib. 3: de reb. gest. Alphon.

Cum paſſer futuruſ accipitri p̄rāda, in ſinu Xenocraſis philoſophi volaſſet, eum humaniter deſendit, diceaſ; non oportere ſupplicem pro-dere. Guido Bitur. Hoc exemplum ſpēm eorum

alit,

alit, quia d Dei p̄fſidium ſupplices in calamitate conſugiunt.

Inter multos ac varios errores temerē inconſulteque viuentiuim, nihil propemodum optimē liberalis dixerim nocentius, quām quōd bene-ficia nec dare ſcimus, nec accipere. Semina in ſolum effoſtum & ſterile non ſpargiſimus: beneficia ſine vlo delectu magis proijcimur, quām da-muſ. Multos experimur ingratos, plures faci-muſ: quia aliās graues exprobratores exaſtores-que ſumus, aliās leues, & quos paſto mu-ne-ris ſui poeniteat, aliās queruli, & minima mo-men-ta calumniantes, gratiam corrumpimus omnem, non tantum poſt quam dedimus beneficia, ſed etiam dum dāmuſ. Quis enim noſtrum con-ten-tus fuit, aut leuiter rogarī, aut ſemel? Quis non, cūm aliquid à ſe peti ſuſpicatus eſt, frontem ob-duxit, vultum auertit, occupationes ſimulauit, longis ſermonibus, & de industria non inue-nientibus exitum, occationem petendi abſtu-lit, & varijs artibus properantes neceſſitates elu-fit? In anguſto verò comprehenſus, aut diſtulit, aut timidē negauit, aut promiſit: ſed diſſi-culter, ſed ſubductis ſupercilijs, ſed malignis & vix exeuntibus verbiſ. Nemo autem libenter de-bet, quod non accepit, ſed exprefſit. Eodem ani-mo beneficium debetur, quo datur. Si quisque debet quod à negligente accepit. Nec tardē qui-

R 3 dem,

dem, quia quum in omni officio magni aestime-  
tur dantis voluntas, tardè qui fecit, diu noluit.  
Utique, non contumeliose. Nam cùm ita natura  
comparatum sit, vt altius iniuriæ, quām merita  
descendant, & illa citò defluant, has tenax me-  
moria custodiat: quid expectat, qui offendit,  
dum obligat? Satis aduersus illum gratus est, si  
quis beneficio eius ignoscit. Demus beneficia,  
non foeneremus. Dignus est decipi, qui de reci-  
piendo cogitauit cum daret. At male cessit. Et li-  
beri, & coniuges spem fefellerunt, tamen & edu-  
camus; & ducimus. Adeoque aduersus experimen-  
ta pertinaces sumus, vt bella vieti, & naufragi  
maria repetamus. Quanto magis permanere in  
dandis beneficijs decet, quæ, si quis non dat, quia  
non recipit, dedit, vt recipetur: bonamque ingra-  
torum facit causam, quibus turpe est non redde-  
re, si licet. Quām multi indigni luce sunt? & ta-  
men dies oritur. Quām multi quod nati sunt  
quæruntur? tamen natura sobolem nouam gi-  
gnit, ipsosque qui non fuisse mallent, esse patitur.  
Quid magnifici erat multis prōdēsse, si nemo de-  
ciperet? Tunc est virtus dare beneficia, non vti-  
que redditura: quorum à viro egregio statim fru-  
ctus perceptus est. Adeò quidem ista res fugare  
nos, & pigriores ad rem pulcherrimam facere nō  
debet, vt si spes mihi præcidatur, gratum homi-  
nem reperiendi, malum non recipere beneficia,  
quām

quām non dare. Perdenda sunt multa, vt semel  
ponas benè. Ne cessaueris dare: opus tuum pera-  
ge: & partes boni viri exequere. Alium re: alium  
fide: alium gratia: alium consilio: alium præceptis  
salutaribus adiuua. Lib. I. de Ben. c. 1. & 2.

Non potest beneficium manu tāgi, sed animo  
geritur. Multū interēst inter materiā beneficij &  
beneficiū. Itaq; nec aurū, nec argentū, nec quic-  
quam eorum quæ à proximiſ accipiuntur, bene-  
ficium est: sed ipsa tribuendi voluntas. Imperiti  
autem id quod oculis incurrit, & quod traditur,  
possideturque solum notant: contrà, illud quod  
in re charum, atque pretiosum est, parui pendūt.  
Hæc quæ tenemus, quæ aspicimus, in quibus cu-  
piditas nostra hæret, caduca sunt. Auferre ea no-  
bis & fortuna, & iniuria potest. Beneficium ve-  
rò, etiam amissō eo quod datum est, durat. Est  
recte factum, quod iritum nulla vis efficit. Ami-  
cum à piratis redemi, hunc alius hostis exceptit,  
& in carcerem condidit, non beneficium, sed  
vsum beneficij mei sustulit. Ex naufragio ra-  
ptos, vel ex incendio liberos reddidi. Hōs vel  
morbus, vel aliqua fortuita iniuria eripuit. Ma-  
net etiam sine illis, quod in illos datū est. Omnia  
itaq; quæ falsum beneficij nomen usurpat, mini-  
steria sunt, per quæ se volūtas amica explicat. Hoc  
quoque in alijs rebus euénit, vt aliubi sit species  
rei, aliubi ipsa res. Imperator aliquem torquibus,  
R 4 murali,

murali, & ciuica donat. Quid habet per se corona pretiosum? Nihil horum honor est, sed honoris insigne: sic non est beneficium, id quod sub oculos venit, sed beneficij vestigium & nota. Lib. 1. de Bene cap. 5.

Sic beneficia in rebus, non in ipsa beneficiandi voluntate consistenter, eo maiora essent, quo majora sunt, quæ accepimus. Id autem falsum est. Nonnunquam non magis obligat, qui dedit parua magnifice: qui regum æquauit opes animo: qui exiguum tribuit, sed libeter: qui paupertatis suæ oblitus est, dum meam respicit: qui non voluntatem tantum iuuandi habuit, sed cupiditatem: qui accipere se putauit beneficium, cum daret: qui dedit tanquam non recepturus: recepit tanquam non dedisset: qui occasionem qua prodesset, & occupauit, & quæsivit. Contrà, ingratæ sunt (vt disi) licet re ac specie magna videatur, quæ dant, aut extorquentur, aut excidunt. Multoq; gratius venit, quod facili, quam quod plena manu datur. Exiguum est quod in me contulit: sed amplius non potuit. At hic, quod dedit, magnū est: sed dubitauit, sed distulit, sed cum daret gemuit, sed superbè dedit, sed circū tulit, & placere ei cui præstabat, noluit: ambitioni dedit, non mihi. Socrati cum multa multi pro suis quisque facultatibus offerret, Æschines pauper auditor, Nihil, inquit, dignū te quod dare tibi possem, inuenio: & hoc

hoc medo pauperē me esse sentio. Itaq; dono tibi quod vñ habeo, me ipsum. Hoc munus rogo qualemq; est boni cōfelas, cogitesq; alios cū mul tum tibi darent, plus sibi reliquisse. Cui Socrates, Quid nitu, inquit, magnum munus dederis? nisi forte parui te æstimes? Habebo itaque curæ, vt te meliorem tibi reddam, quam accepi. Vicit Æschines hoc munere Alcibiadis parem diuitijs animum, & omuium iuuenum opulētorum munificentiam. Lib. 1. de Ben. c. 7.

Sic demus, quomodo vellemus accipere. Ante omnia libenter, citò, sine vlla dubitatione. Lib. 2. de Bene. cap. 1.

Præcipiunt itaque omnes autores sapientiæ, quædam beneficia palam danda, quædam secreta: palam, quæ consequi gloriosum est: vt militaria dona, & honores, & quicquid notitia pulchrius sit. Quæ rursus non producunt, nec honestiorem faciunt, sed succurrunt infirmitati, egestati, ignominia: tacite danda sunt, vt nota sint solis quibus prosunt. Interdum & ipse qui iuuatur fallendus est: vt habeat, nec à quo acceperit, sciat. Arcesilaus, vt aiunt, amico pauperi & paupertatem suam dissimulanti, ægro autem, & ne hoc quidem confitenti, deesse sibi in sumptum ad necessarios vsus: cum clam succurrendum iudicasset, puluino eius ignorantis faculum subiecit, vt homo inutiliter verecundus, quod desiderabat,

inueniret, potius quām acciperet. Quid ergo ille nesciet à quo acceperit? Primum nesciat, si hoc ipsum beneficij pars est. Denique ille nesciet accipisse se, ego sciam dedisse me. Parum est inquis, Parum, si foenerare cogitas. Sed si dare, quo genere accipienti maxime profuturum erit, dabis. Contentus eris te teste. Alioquin, non benefacere delectat, sed videri benefecisse. Volo, inquis, sciat. Debitorem quāris. Volo, vtq; sciat. Quid si illi vtilius est nescire, si honestius, si gratius? non aliā partē abibis? Volo vt sciat. Ita tu hominē non seruabis in tenebris? Lib. 2. de Bene. capit. 9. & 10.

Si gratos vis habere quos obligas, non tantum des oportet beneficia, sed ames. Li. 2. de Ben. c. 11.

Vrbē cuius Alexāder donabat vesanus, & qui nihil animo nisi grāde cōcepit. Cu[m] le cui donabatur, scipsum mēsus, tāti muneris inuidiam refugis-  
set, dicens, nō cōuenire fortunæ suæ. Non quero, inquit, quid te accipere deceat: sed quid me dare. Animosa vox videtur, & cū regia sit, est stultissima. Nihil enim per se quēquā decet. Refert quid, cui, quādo, quare, vbi, & cātera: sine quibus facti ratio nō cōstabit. Tumidissimū animal, si illū accipere hoc nō decet, nec te dare. Li. 2. de Bene. c. 16.

Maiore etiā delectu quārendū est, cui debeamus, quā cui p̄stems. Nā vt nō sequantur vlla incommoda, (sequuntur autē plurima) graue tormentū est debere, cuinolis. Contrā, iucundissimū est, ab

est, ab eo accepisse beneficium, quem amare etiā post iniuriam possis. Lib. 2. de Bene. cap. 18.

Non est beneficium quod in quaestū mittitur. Hoc dabo, hoc recipiā auctio est. Nō dicā pudicā quæ amatorē vt incenderet, repulit: quæ aut legē, aut virū timuit, vt ait Ouidius. Quæ, quia non licuit, nō dedit, illa dedit. Nō immerito in numerū peccantiū refertur, quæ pudicitiā timori præstītit, non sibi. Eodē modo, qui beneficiū vt recipere dedit, nō dedit. Nūquid dubiū est, quin cōtraria sit beneficio iniuria? Quomodo iniuriā facere per se vitāda atq; fugiēda res est: sic, beneficiū dare perse expetendū. Illic turpitudo cōtra omnia præmia in scelus hortatiā valet: ad hoc inuitat honesti per se efficax species. Li. 4. de Ben. c. 14. & 15.

Dij quoq; , inquit, multa ingratisti tribuunt, sed illa bona parauerant. Cōtingunt autē etiā malis: quia separari nō possunt. Satius est autē prodesse etiā malis propter bonos, quā bonis deesse propter malos. Itaq; quæ refers, diē, solē, hyemis, æstatisq; cursus, & media veris autunniq; tēperamenta, imbrēs, & fontiū haustus, vētorū statos flatus, pro vniuersis inuenerūt: excerpere singulos non potuerunt. Nec poterat lex casuris imbribus dici, ne in malorū improborūq; rura defluerēt. Medicina & sceleratis opē ministrat. Cōpositiones remediorū salutariū nemo suppressit, ne sanarentur indigni. Multū enim refert, vtrū aliquē nō exclu- das,

das, an eligas. Ius fori omnibus dicitur, pace etiam homicida fruuntur: sua repetut, etiam qui aliena rapuerunt. Percussores, & domi ferrū exercentes, murus ab hoste defendit. Legum prēsidio qui plurimum in illas peccauerunt, proteguntur. Quædam non poterant cæteris contingere, nisi vniuersis daretur. Lib. 4. de Ben. cap. 28.

Propositum & optimi viri, & ingentis animi, tandem ferre ingrātum, donec feceris gratū. Lib. 5. de Bene. cap. 1.

In beneficio hoc est probabile, & suspiciendū, quod alteri vt aliquis prodebet, vtilitatis interim suæ oblitus est: quod alteri dedit ablatus sibi. Lib. 5. de Bene. cap. 11.

Egregiè mihi videtur M. Antonius apud Rabirium poëtam cum fortunam suam transeunte alio videret, & sibi nihil relictum, præter ius mortis, exclamare. Hoc habeo quodcumque dedi. O quantum habere potuit, si voluisset. Hæ sunt diuitiæ certè in quaçunq; fortis humanæ leuitate, vno loco permanitura: quæ quo maiores fuerint, hoc minorem habebunt inuidiam. Quid tanquā tuo parcis? Procurator es. Omnia ista quæ vos tumidos, & supra humana elatos, obliuisci cogunt vestræ fragilitatis, quæ ferreis claustris custoditis armati: propter quæ classes cruentaturas maria deducitis: propter quæ quassatis vrbes: ignari quantum telorum in aduersos fortuna comparet:

ret: propter quæ ruptis toties affinitatis, amicitiæ, collegij fœderibus inter contendentes duos terrarum orbis elisis est, non sunt vestra: in depositi causa sunt: iam iamque ad alium dominum spectantia, aut hostes illa, aut hostilis animi successor inuadet. Quæris, quomodo illa tua facias? dono dando. Conside ergo rebus tuis, & certam tibi earum atq; inexpugnabilem possessionem para: honestiores illas, non solum sed tutiores facturus. Illud quod suspicis, quò te diuitem ac potentem putas, quandiu possides, sub nomine sordido iacet. Domus est, seruus est, nummi sunt: cum dona sti beneficium est. Lib. 6. de Bene. c. 3.

Demetrio, si res nostras aliquis Deorum possidendas velit tradere sub lege certa, nec liceat donec, affirmauerim, repudiaturum, dicturumque. Ego verò me ad istud inextricabile pondus non alligo. Lib. 7. de Bene. c. 9.

Errat tamen si quis existimat cum dicimus eū qui beneficium dedit, obliuisci oportere, excutere nos illi memoriam rei præfertim honestissimq;. Quædam præcipimus ultra modum, vt ad verum & suum redeant. Cum dicimus, meminiſſe non debet, hoc volumus intelligi, prædicare non debet, nec iactare, nec grauis esse. Quidam enim beneficium quod dederunt, omnibus circulis narrant. Hoc sobrij loquuntur, hoc ebrij non continent, hoc ignotis ingerunt, hoc amicis committunt.

tunt. Vt hæc nimia, & exprobratrix memoria subsideret, obliuisci eū qui dedit iussimus: & plus imperando quām p̄f̄stari poterat, silentium suum. Lib. 7. de Bene. c. 2.

Aristippus aliquando delectatus vnguento, Malè, inquit, istis effeminatis eueniat: qui rem tam bellam infamarunt. Idem dicendum est, male istis improbis, & importunis beneficiorū suorum quadruplatoribus eueniat: qui tam bellam admonitionem inter amicos sustulerunt. Ego tamen utrū hoc iure amicitia, & beneficium ab eo repetam, à quo petiſsem: qui alterius beneficij loco accepturus est, potuisse reddere. Nunquam, ne querens quidem dicam, eiectum, littore egenum excepti: & regni demens in parte locauit. Non est ista admonitio, immo conuictum est. Hoc est in odium beneficia perducere. Hoc est, efficere, vt ingratum esse, aut liceat, aut iuuet. Satis abundeque est submissis & familiaribus verbis, memoriam reuocare. Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quicquam dulce meum. Ille inuicem dicat, Quid mihi merueris? eiectum, littore egenem exceptisti. Sed nihil inquit, profecimus, dissimulat, oblitus est. Quid facere debeam? Quæris rem maximè necessariam, & in qua hanc materiam consummari decet: quemadmodum videlicet ingrati ferendi sint. Nimurum placido animo, mansueto, magno. Nunquam te tam inhumanus, & immemor

& in-

& ingratus offendat, vt non tamen dedisse delebet. Nūquam in has voces iniuria impellat. Velle non fecisse. Beneficij tui etiam infelicitas placet. Semper illum poenitebit, si te ne nunc quidem poenitet. Non est quod indigneris tanquam aliquid noui acciderit: magis mirari debes, si non accidisset. Alium labor, alium impensa deterret, aliū periculum, aliū turpis verecundia, ne dum reddit, fateatur accepisse: aliū ignorantia officij, aliū pigritia, aliū occupatio. A spice quemadmodum immensa hominum cupiditates hient semper, & poscant. Non miraberis ibi neminem reddere, vbi nemo satis accipit. Quis est istorum tam firmæ voluntatis ac solidæ: vt tuto apud eum beneficium deponas? Alius libidine insanit, alius abdomini seruit, aliis lucrosus est, cuius summam non vinces, aliis inuidia laborat, aliis cæca ambitione, & in gladios ruente. Adiace torporem mentis ac senium: & huic contrariam inquieti pectoris agitationem, tumultusque perpetuos. Adiace estimationem sui nimiam, & tumorem, ob quæ contempnendus est, insolentem. Quid cōtumaciā in peruersa nitentiū, quid leuitate semper aliquo trāſlientiū in loquar? Huc accedat temeritas preceps, & nunquā fidele consilium daturus timor, & mille errores, in quibus voluimur. Audacia timidissimorum, discordia familiarissimorum, & publicum malum incertissimis fidere, fastidire possessa,

possessa, optare quæ consequi posse spes nō fuit. Inter affectus inquietissimos, rem quietissinam, fidem queris? Sibi vītē nostrā vera imago succurrat, videberis tibi videre captā maximā ciuitatis faciem, in qua omisso pudoris rectique respēctu, vires in consilio sunt, velut signo ad permiscēda omnia dato. Non igni, non ferro abstinetur. Soluta legibus scelera sunt. Nec religio quidem (quæ inter arma hostilia supplices texit) ullum impedimentum est ruentium in prædam. Hic ex priuato, hic ex publico, hic ex prophano, hic sacra rapit, hic effringit, hic transfilit, hic, non contentus angusto itinere, ipsa quibus arcetur, euerit: & in lucrum ruinæ venit. Hic sine cæde populiatur, hic spolia cruenta manu portat. Nemo non fert aliquid ex altero. In hac auditate generis humani, ne tu nimis fortunæ communis oblitus es, qui queris inter rapientes, reuerentem. Si indignaris ingratos esse, indignare luxuriosos, indignare auaros, indignare impudicos, indignare ægros, deformes, senes, pallidos. Est istud graue vitium, est intolerabile, & quod dissociet homines, quod concordiam, quo imbecillitas nostra fulciatur, scindat ac dissidet. Sed vsq; eò vulgare est, vt illud nec qui queritur quidem effugerit.

¶ Cogitatecum, an quibusunque debuisti gratiam retuleris, an nullum vñquam apud te perierit officium, an omnium te beneficiorum mem-

ria comitetur? Videbis quæ puero data sunt, anté adolescentiam clapsa: quæ in iuuenem collata sunt, non perdurasse in senectutem. Quædam perdidimus, quædam preieimus, quædam ē cōspectu nostro paulatim exierunt: à quibusdam oculos auertimus. Ut excusem tibi imbecillitatem tuam, in primis fragilis est memoria, & rerum turbæ non sufficit. Necesse est quantum recipit, emittat: & antiquissima recentissimis obruat. Sic factum est, vt minima apud te nutricis esset autoritas: quia beneficium eius longius etas sequens posuit. Sic factum est, vt præceptoris tibi non esset vlla veneratio. Sic euenit, vt circa consularia occupato comitia, aut sacerdotiorum candidato, questuræ suffragator excideret. Fortasse vitium, de quo quereris si te diligenter excusseris, in sinu inuenies. Iniquè publico irasceris criminis, scilicet tuo. Ut absoluaris, ignore. Meliorem illuni facies ferendo, vtique peiorum exprobrando. Non est, quod frontem eius indures: sive, si quid est pudoris residui, seruet. Sæpe dubiam verecundiam vox conuictantis clarius rupit. Nemo id esse quod etiam videtur, timet: deprehensus pudor amittitur. Perdidimus beneficium. Nunquid quæ consecrauimus, perdidisse nos dicimus? Inter consecrata beneficium est, etiam si male respondit bene collocatum. Non est ille, quem sperauimus. Simus nos qua-

Ies fuimus, ei dissimiles. Lib. 7. de Bene. cap. 2 §.  
26.27.28.29.

Quæ ratio est exacerbare eum in quem magna contuleris, vt ex amico dubio fiat non dubius inimicus: & patrocinium sibi nostra infamia querat? Nec desit qui dicat, Nescio quid est, quod eum, cui tantum debuit, ferre non potuit. Subest aliquid. Nemo non superioris dignitatem querendo, etiam si non inquinauit, alpersit. Nec quisquam fingere contentus est leuia, cum magnitudine mendacij fidem querat. Quanto illa melior via, qua seruatur illi spes amicitie, & si reuerti ad sanitatem velit, etiam amicitia. Vincit malos pertinax bonitas. Nec quisquam tam duri infestiq; aduersus diligenda animi est, vt etiam iniuriatus, bonos non amet, quibus hoc quoque cœpit debera, quod impunè non soluit. Ad illa itaq; cogitationes tuas flecte. Non est mihi relata gratia. Quid faciam? Quod dij omnium rerum optimi autores: qui beneficia ignorantis dare incipiunt, ingratias perseverant. Alius illis obiectit negligientiam nostri, alias iniquitatem. Alius illos extra mundum suum projicit: & ignauos, hebetesque sine luce, sine vlo opere destituit. Alius Solem, cui debemus quod inter laborem quietemque tēpus diuifimus, quod non tenebris immersi, con fusionem æternæ noctis effugimus, quod annū cursu suo temperat, & corpora alit, sata euocat

per-

percoquit fructus, saxum aliquod ignitum, aut fortitorum ignium globum, appellat. Nihi lominus tamē more optimorum parentum, qui maledictis suorum infantium arrident, non cœfiant Dij beneficia cōgerere, de beneficiorū auctore dubitatibus: sed æquali tenore bona sua per gētes, populoſq; distribuunt, vnam potentiam fortiti, prodeſſe. Spargunt oportunis imbris, terras, maria flatu mouēt, syderum cursu notant tempora, hyemes æstatēſq; interuentu lenioris spiritus molliunt, errorem labentium animarum placidi ac propitijs ferunt. Imitemur illos. Demus etiā si multa in irritū data sint. Demus nihilominus alijs, demus ipſis, apud quos iactura facta est. Neminē ad excitandas domos ruina deterruit, & cum penates ignis absumpſit, fundamenta tepte adhuc area ponimus, & vrbes haustas ſæpius eodem loco condimus. Adeò ad bonas spes pertinax animus est. Terra, mariq; humana opera cesserant, nifi male ruētia iterum tētare libuiffet. Ingratias est. Nō mihi fecit iniuriā, sed ſibi. Ego beneficio meo cum darem vſus sum. Nec ideo pigrius dabo, ſed diligēti. Quod in hoc perdidii, ab alijs recipiā. Sed huic ipſi beneficīū dabo iterū & tanquā bonus agricola, cura cultuq; sterilitatē ſolivnicā. Periit mihi beneficiū: iſte omnibus. Nō est magni animi, dare, & perdere. Hoc est magni animi, perdere, & dare. Li. 7. de Ben. c. 30. 31. & 32.

S 2 Nemo

*Annotationes in Euangelia.*

Nemo non cum alteri prodest, sibi profuit.  
Seneca Epist. 82.

Errat si quis existimat facilem rem esse donare. Plurimum ista res habet difficultatis, si modo consilio tribuitur, non casu & impetu spargitur. Hunc promereor, illi credo. Huic succurro, huius misereor. Illum instruo, dignum quem non diducat paupertas, non occupatum teneat. Quibusdam non dabo quanvis desit: quia etiam si dedero, erit defuturum. Quibusdam offeram, quibusdam etiam inculcabo. Non possum in hac re esse negligens, nunquam magis nomina facio, quam cum dono. Quid tu, inquis, recepturus, dominus non perditurus. Eo loco sit donatio, unde repeti non debeat, reddi possit. Beneficium collocetur, quemadmodum thesaurus altè obtritus, quem non eruas, nisi fuerit necesse. Quid dominus ipsa diuitis viri: quantam habet benefaciendi materiam? Quis enim liberalitatem tantum ad togatos vocat? Hominibus prodeesse natura iubet, serui liberius sint hi, ingenui, aut libertini, iusta libertatis, an inter amicos datæ: quid refert, vbi cunque homo est, ibi beneficio locus. Potest ita que pecuniam intra limen suum diffundere, & liberalitatem exercere: quia non quia liberis debetur, sed quia à libero animo proficiscitur, ita nominata est. Hæc apud sapientem, nec unquam in turpes indignosque impingitur: nec unquam ita

*Dominica IIII. in Quadragesima.* 139

ita defatigata erit, vt non quoties dignum inuenerit, quasi ex pleno fluat. Libro de beata, capite. 24.

Bis est gratum quod opus est, vltro si offeras. Ex Publ. Mi.

Beneficia dare qui nescit, iniuste petit. Ex eod.

Beneficium dando accipit, qui digno dedit. Ex eodem

Beneficia saepè dare, docere est reddere. Ex eodem.

Liberalis etiam dandi causam excogitat. Ex eodem.

Beneficia dignis vbi das, omnes obligas. Ex eodem.

Cui semper des, vbi neges, rapere imperas. Ex eodem.

Pecunia imperare oportet, non seruire. Pecunia si vti scias, ancilla est, si nescias, domina. Ex eo.

Pulcherrimum est, omnia præstare nihil exigenti. Ex eodem.

Quid est dare beneficium? Imitari Deum. Ex eodem.

Nihil negabis, quod petiturus es, nihil petas, quod negaturus sis. Ex eodem.

Beneficium est, semper reddere bonitatis verba. Ex eodem.

In eadem Dominica Quarta,

De gratitudine sequentia duximus addere ex eodem, cum & Christus Dominus patri gratias egerit pro conuiuio quod erat facturus, & populus gratitudinem præstans conuiuio accepto regem eum faceret, in hoc Domini auer-saretur humilitas, talis enim beneficentia & liberalitas regno eis videbatur digna.

**F**vrnius Antonij partes sequutus fuerat. At posteaquam victoria jæfesit Augusto, me-tuens sibi, subornauit filium, qui à viatore ve-niam peteret. Petijt, & impetravit. Tum Furnius his verbis gratias Cæsari egit: Hæc vna, ô Cæsar, abs te mihi facta est iniuria: effecisti, vt mihi & viuendum & moriendum sit ingrato. Signifi-canstantam esse eius beneficij magnitudinem, vt nulla ex parte par esset referendæ gratiæ. Erasm. 8. Apoph.

Diogenes Cynicus quærenti, quid apud ho-mines celerius senesceret: Beneficium, inquit. Di-ci enim vix potest, quanta accepti beneficij apud plerosque sit oblinio. Stobæus.

Aristides cognomēto iustus, cum sanctissima sua gubernatione Rempub. Atheniensium pluri-mū auxisset, nullam aliam à ciuibus ingratia re-tulit gratiam, quān vt ostracismo (est autem dam-nationis genus, quod testulis peragebatur) dam-naretur,

naretur. De cuius iustitia & morte Plut. in Græcor. Reg. & impe. Apop.

Plato nominare solebat Aristotelem mulum. Quid autem hoc sibi nonen voluerit, ex eo li-quet, quia mulus cum saturatus est lacte materno, calcibus petit matrem. Significabat igitur Plato inuoluto quodam sermone ingratitudinem Ari-stotelis. Etenim is, cum maxima philosophiæ se-mina à Platone accepisset, scholam contra Pla-tonem aperuit, & in Peripato cum suis familiari-bus & discipulis aduersus eū pugnauit, Platonis perpetuus aduersarius esse cupiens. Aelianus lib. 4. de var. hist.

Aristoteles interrogatus, cur reliquisset Athe-nas? respondit, quoniam noluisset committere, vt Atheniensis bis peccarent in Philosophiam. Notauit autem magnam Atheniensium ingratitudi-nem, qui philosophos de patriæ salute plurimum sollicitos, ac de Atheniensium Repub. benemer-i-tos, non accusarunt tantum, sed damnarū etiam: subobscurè taxans Socratis mortem, & suum quoque periculum. Aelia. lib. 3. de var. hist.

Simonides, rogante quodam, vt sibi conscri-beret encomium, & gratiam se relaturū inquien-te, argentū autē non dante: Duas, respondit, arcas homi habeo, vnam quidem gratiarū, alteram ar-genti. Et cū necessitas exigit, gratiarū quidē arcā aperiens, semper vacuam inuenio: alteram verò

solum commodam mihi ad res vitæ necessarias.  
Longè aliter Deus: qui cùm nullius egeat, solam  
à nobis animi gratitudinem requirit. Stob.ser.8.  
de iniustitia.

F E R I A   I I I . P O S T  
Quartam Dominicam  
Euangelium.

**P**reteriens Iesu vidit hominem cœcum.  
*Ioan. 9.*

**I**STI VS cœci illuminatio illa intelligitur sp̄i-  
ritualiter quando peccator illuminatur ne in  
morte obdormiat. Vide in G.lib.1.cap.15.  
In peccatoris conuersione sic se gerit Deus sicut  
in huius cœci illuminatione, illius aperuit oculos  
corporis istius cordis, vt peccati videntis grauita-  
tē ipsi perhorrescat. Vide to.2.de Sanctis, Cō-  
cionē. 1. in festo S. Mariæ Magdalenæ in princ.  
post exordium, lege. §. 2. vbi peccati grauitas ex-  
pliatur.

(Quis peccauit hic aut parētes eius.) Ob pecca-  
ta s̄a numero infortunia & infirmitates à Deo  
immitti ostenditur Feria Quarta post primam  
Dominicam supra, ibi, Vehementer autem me  
mouet.

(Vidit

(Vidit hominem cœcum.) Mentis cœcitatē  
periculo sum esse malum ostenditur infra feria.4.  
post Dominicam in Passione, Conc. 1.§.1.

(Vidit hominē cœcum.) Homo per peccatum  
originale cœcus per Spiritus sancti gratiam illu-  
minandus est, vide tom. 3. Concionum Concio-  
ne. 2. Pētecostes, ibi, Sed quoniam paulo.

(Quamdiu sum in mundo, lux sum mundi.)  
Quam necessaria sit diuina lux, vide tom. 3. Con-  
cionum Dominica post Ascensionem Concio-  
ne. 2. ibi, Quem autem spiritum.

(Fecit lutum ex sputo & linuit oculos eius.)  
Ipse met omnipotens manus suæ contactu qua  
mundum condidit massam confecit, tetigit, lin-  
uit, quò detur intelligi peccati tenebras non ali-  
ter quam suæ manus & virtutis contactu expelli-  
posse quæ ministerio sacramentorum applican-  
tur, vide Dominic. 2. post octauas Epiphaniæ  
Concionē. 1. ibi, Cuius petitioni dominus.

(Fecit lutum ex sputo.) Aduerte sapientissimi  
medici coliriū, quo oculos cœci vngit vt videat,  
luto scilicet, quod excæcare solet: vt mundi &  
carnis delicijs luto similibus quo excæcatus est,  
ipsis & earum vanitate perspectis videamus, vide  
supra quæ adnotauimus feria.4. Cinerum. Qued  
inimicus nos priuet oculis, ne peccati foeditatem  
videamus, vide in G. lib. 1. cap. 3. §. 1. Colirium  
etiam quo homo iste nostręque naturę tenebræ

S 5      illumi-

*Annotationes in Euangelia.*

Illuminatae sunt saliuæ est ex ore altissimi patris procedens nostra carnis vñita luto. Quod mysterio Incarnationis illuminati simus, vide in Introductione Symboli parte. 3. cap. 10.

Quæ bona peccator consequatur, cum à peccato resurgit, quod cæci istius illuminatio designat, vide in G. lib. 1. cap. 5. §. 20.

(Quamdiu sum in mundo lux sum mundi.) Qualiter Soli comparetur diuina misericordia eo quod ab eo omnis lux, & contra eos qui spe humanæ misericordiæ in peccato perseverant, vide tomo. 1. Concionū Concionē. 2. in Epiphania. Quod hanc lucem sequi debeamus itineris nostri ductricem si voluerimus recta ad patriam pergere via ibidē copiose, ibi, Hæc stella fratres.

(Venit videns.) Quo gaudio cæcus iste repliceretur, tunc viso corporeo accepto quo mundi fabricam quam nūquam viderat vidit, tum maxime quo cordis eius tenebris expulsis oculis carnis & animæ eum videre meruit, quæ multi prophetæ & Reges, videre summopere desiderarunt nec viderūt, quæ omnia hic cæcus vtriusque hominis apertis oculis vidit & audivit ab ipso ego sum desideratus scilicet cunctis gentibus, vide tomo. 1. Concionum Concionē. 3. in Epiphania in principio, ubi gaudium explicatur de peccatoris illuminatione.

(Non est hic homo à Deo qui sabbatum non custodit.)

Feria VI. post 4. Domin. Quadr. 142

custodit.) De obseruantia diei festi, vide tomo. 4. Conc. Dominicā. 1. 6. post Pentecosten per duas eius Conciones.

(Scimus quia peccatores Deus non exaudit.) Cæcus iste vt cæcus loquutus Dei bonitatem humano metiebatur ingenio, cuius est illos solum exaudire qui sibi sunt amici, ad reliquos se inexorabiles ostendere, vide tomo. 2. de Sanctis Concionē. 1. Sanctorum Simonis & Iudæ, quomodo istius cæci sententia sit intelligenda quod peccatores Deus non exaudit, vide in G. lib. 1. cap. 2. & feria. 2. in rogationibus Concionē. 1. ibi, Quæ haec tenus.

**F E R I A V I . P O S T  
Quartam Dominicam.**

*Euangelium.*

**¶ Erat quidam languens Lazarus. Ioan. 11.**

Pecatoris mors in Lazari morte figuratur, nam vt Apostolus ait anima quæ in delitijs est viuens mortua est, & de filio Prodigio dicitur mortuus erat & reuixit, Tria signa spiritualis animæ resurrectionis assignantur tomo. 3. Concionum Dominicā in Albis Concionē. 1. ibi, Sed dicetis.

*Pecca-*

*Annotationes in Euangelia.*

Peccatoris obdurati & in malitia assueti status in Lazari morte figuratur, cuius quantum sit malum ostenditur tomo. 3. Concionū Concionē. 2. Dominica in Albis ibi, Cæterum cum fideles, & Dominica. 2. 3. post Pentecosten Cōcione. 1. ibi, Cæterum dum pergit.

Laborat ait Augustinus, ne moriatur homo moriturus. Quam diligentiam faciamus pro euā denda temporali morte & quanta negligētia torpeamus ut euadimus æternam, vide in Prologo G. s. 1. & feria. 6. post primam Dom. Cōc. 1. §. 2. Quæ homines faciant ut euadant infirmitates corporis & quām parum carent ut euadant gehennam, ibidem Concionē. 2. in fine ibi, Sed hic etiam quæret, vide etiam tomo. 4. Conc. Dominica. 1. 8. post Pentecosten, ibi, Sed vt ad histriam, & Dominica. 1. 1. Concionē. 1. ibi, Post hāc autem & Concionē. 3. usque ad §. secundum.

Lazaram quatriidianū mortuum & foetidum peccatorem intelligere possumus, longa peccandi consuetudine affectum, qui prolixo suo lan- guore medicum grauat ut cæremonia inusitatæ quibus iste suscitatus est ostendunt. De longa peccandi consuetudine, vide in G. lib. 1. cap. 2. 5. §. 1. & copiose tomo. 4. Conc. Dominica. 1. 1. post Pentecosten Concionē. 2. vbi huius prauæ consuetudinis mala causæ & remedia assignantur, vide etiam supra feria 6. post primam Dominicam

*Dominica IIII. in Quadragesima. 143*

nican Concionē prima. ibi, est & alia huius electionis.

(Lazarus amicus noster dormit.) Iustorū mors somnus est, vide in G. lib. 1. cap. 24. §. 1.

Ad quid miracula ordinentur & quod præter illa ad credendum necessaria fit Dei assistentia, vide in Introduktione fidei parte. 2. cap. 27.

Maria & Maria quæ Dominum hospitio receperunt ipsius gloriam & fratrī resurrectiōnem videre meruerunt, sic & discipuli in Emaus per gentes Dominum ad hospitium coegerunt, & eum viuentem viderunt. Quæ bona ex hospitalitate sequantur, vide tomo. 3. Concionē. 3. feria. 2. Paschæ ibi, Sed ad discipulos iterum.

(Domine si fuisses hic, &c.) Quantum profit hominibus Dei præsentia, & quod aliquando Deus tribulationes immittat, ut eius præsentiae necessitas cognoscatur, vide tomo. 3. Conc. fer. 2. rogationum Concionē. 2. ibi, Is autem singularem.

Quid operetur Deus cum præsens in anima est, & qualiter anima se disponere debeat ut illū habere præsentem: mereatur, vide tomo. 1. Conc. Dominica. 4. Aduentus iuxta morem fratrum Prædicatorum Concionē. 2. in principio.

Lazarus mortuus, peccatorem designat qui in corpore viuo animam gestat mortuam vtpote

Deo

*Annotationes in Euangelia.*

Deo qui eius vita est distitutam, hoc ad longum explicatur tomo. 4. Conc. Dominica. 15. post Pentecosten Cōcione. 2. in tractatione thematis.

(Pater gratias ago tibi.) Domini exemplo docemur grati esse Deo. Ingratitudo reprehēditur Dominica. 13. post Pentecosten Concionē. 2. ibi. Sed vt ad historiæ seriem.

(Omnis qui viuit & credit in me.) Non sufficit credere ad vitam æternam consequēdam, nisi vita adsit quæ faciat fidem per charitatem operari. De viua & mortua fide, vide tomo. 1. de Sanctis Concione. 3. in Inventione sanctæ Crucis in principio vbi hæc redditur causa, quod ex copiosa Christi redēptione tam pauci salutem consequantur quod Christo capiti per calorem & charitatem non adhærent vidēdū est præcipue à. s. 1. vsque ad finem Concionis.

(Non poterat hic qui aperuit oculos cæci nati &c.) Vtique poterat, sed consulto voluit eo tempore mori permittere vt modo miraculum insigne faciens apertè constaret diuinum non humānum opus esse, vt inde sui gloria hominibus innotesceret, vide tomo. 1. de Sanctis Conc. 1. Sancti Ioānis Baptistæ, ibi. Et non erat illis filius, Sed & ea fuit causa, qua consulto nos in pericula & necessitates immittit & earum remedia differt vt inde eius prouidentia & nostra innotescat patientia, vide Dominica. 1. post octauas Epiphaniæ

*Feria VI. post 4. Domin. Quadrag. 144*

niæ Concionē. 1. ibi, Subdit deinde modum.

(Lachrymatus est Iesus.) Inde collegerunt qui astabat, ecce quomodo amabat eum. Quæ fuerit huius doloris & lachrymarum causa amor certè fuit. Huic applicari potest doctrina quæ habetur tomo. 4. Concionum Dominica. 11. post Pentecosten Concionē. 1. parte. 2. dum illa verba explicantur ingemuit Iesus.

*In eadem feria Sexta, in illud,*

Lazarus amicus noster dormit, & quæ sequuntur duximus adnotanda ex libro Collectaneorum eiusdem de vera & falsa amicitia.

**N**Eminem tam altè secunda posuerunt, vt non illi èò magis amicus desit, quia nihil absit. Lib. 6. de Bene. cap. 29.

Si aliquem amicum existimas, cui nō tantundem credis quantum tibi, vehementer erras: & non satis nosti vim veræ amicitiæ. Tu omnia cum amico delibera, sed de ipso prius. Post amicitiam credēdū est, ante amicitiam, iudicandū. Isti verò præpostorē officia permiscent, qui contra præcepta Theophrasti, cum amauerint, iudicant, & non amant, cum iudicauerint. Diu cogita, an tibi in amicitiam aliquis recipiendus sit: cum placuerit fieri, toto illū pectore admittē, tam

audacter

*Annotationes in Euangelia.*

audacter cum illo loquere, quām tecum. Tu quidem ita viue, vt nihil committas nisi quod committere etiam inimico tuo possis. Fidelem si putaueris, facies. Nam multi fallere docuerūt, dum timent falli, & illi ius peccandi suspicando fecerunt. Epist. 3.

Sapiens etiam si contentus est se, tamen habere amicum vult, si ob nihil aliud, vt exerceat amicitiam, ne tam magna virtus iaceat: non ob hoc quod Epicurus dicebat, vt habeat qui sibi ægro assideat, succurrat in vincula coniecto vel inopi: sed vt habeat aliquem cui ipse ægro assideat, quæ ipse circumuentum hostili custodia liberet. Qui se spectat, & propter hoc ad amicitiam venit, male cogitat, quemadmodum coepit, sic desinet. Paruit amicum aduersus vincula laturum opē, cum primum crepuerit catena, discedet. Hæ sunt amicitiae, quas temporarias populus appellat. Quæ causa utilitatis assumpta est, tandem placebit, quādiu utilis fuerit. Hac re florentes, amicorum turba circumsedet: circa eversos ingens solitudo est: & inde amici fugiunt, vbi probantur: ideo tot nefaria exempla sunt, aliorum metu relinquentium, aliorum metu prudentium. Necesse est vt initia inter se & exitus congruant. Qui amicus esse coepit, quia expedit, placebit ei aliquid pretium contra amicitiam, si ullum in illa placeat pretium præter ipsam. In quid igitur amicū paro? Vt

*Feria VI. post 4. Domin. Quadragesima. 145*

Vt habeam, pro quo mori possim, vt habeam, quem in exilium sequar, cuius me morti opponam, & impendam. Ita quam tu describis, negotiatio est, non amicitia: quæ ad commodū accedit, quæ, quid consecutura sit, spectat. Epist. 9.

Mibi amicorum defunctorum cogitatio dulcis ac blanda est: habui enim illos tanquam amissurus, amili tanquam habeam. Fac ergo mi Lucili quod team aequitatem decet. Define beneficium natura male interpretari: abstulit, sed dedit. Hæc tibi scribo, is qui Anneum Serenum charissimum mihi tam inmodice fleui, vt (quod minimè vellem) inter exempla sim eorum quos dolor vicit: hodie tamen factum meum damno, & intelligo maximam mihi causam sic lugendi fuisse, quod nunquam cogitaueram mori eum ante me posse. Hoc unum mihi occurrebat, minorem esse, & multo minorem, tanquam ordinē fata seruarent. Cogitemus ergo Lucili clarissime, citò nos eō peruenturos, quō illum peruenisse incoremus. Et fortasse (si modo sapientium vera fama est, recipitque nos locus aliquis) quem putamus perisse, præmissus est. Epist. 64.

Amicum perdidì. Alium quære: & ibi eum quæras, vbi inuenire possis. Quære inter liberales artes, inter honesta & recta officia, quære in laboribus. Ad mēsam ista res nō quæritur, quære aliquem frugi. Perdidì amicum. Fortem animum T habe:

*Annotationes in Euangelia.*

habe: si vnum, erubescet: si vnicum, quid tu in tanta tempestate ad vnam anchoram stabas? Lib. de Remed. Fortuit.

Nihil æquè oblectauerit animum, quam amicitia fidelis. Quantū bonū est, vbi sunt præparata pectora, in quæ tuto secretum omne descendat, quorum conscientiā minus quām tuam timeas, quorū sermo sollicitudinē leniat, sententia consilium expeditat, hilaritas tristitia dissipet, cōspectus ipse delectet? Quos scilicet vacuos (quantum fieri poterit) à cupiditatibus, eligamus. Serpunt enim vitia, & in proximum quemq; transfluent, & contactu nocent. Lib. 1. de Tranq. vit. cap. 7.

Amicos res opimæ parant, aduersæ probant. Ex Publ. Mi.

Cōiunctio animi maxima est cognatio. Ex eo.

Nulla pusilla domus, quæ multos recipit amicos. Ex eodem.

Succurre paupertati amicorum, imò potius occurre. Ex eodem.

Secretè amicos admone, lauda palam. Ex eo.

Talem diligentiam exhibe in amicitijs comparandis, ne incipias amare, quem deinceps possis odire. Ex eodem.

Turpius nihil est, quām cum eo bellum gerere, cum quo familiariter vixeris. Ex eodem.

Ita amicum habeas, posse vt fieri inimicum putes. Ex eodem.

Impendio

*Feria V I. post 4. Domin. Quadragesima. 146*

Impêdio celebramus iuuenis illius apud Menandrum insigne elogium: Praclarum, ait, æstimes optimum quemque virum, cui amici contigit etiam umbra. Causæ autem cum plures impediunt veram amicitiam, tum vero potissimum plurium amicorum appetentia: quæ non aliter ac parum honestis contingit mulieribus, crebro atque multorum complexui patentibus: primi amorem dum retinere non potest, facile contemnit, & abiicit. Sic nouitatis studium & animi inconstantia, inconsulto aliud alio commutans, nos semper ad recentiora pertrahit, vt noua subinde meditemur initia, eaque relinquamus imperfecta: nouam familiaritatem & gratiam nunc cum illo ineamus, mox cum alio ob præteritos amicos atque neglectos, nullo amore penitus nobiscum perdurante. Lib. de amicitia in mult. diffusa.

Numisma ad amicos comparandos idoneum, est sola benevolentia, propensusque in alterum amor, virtuti coniunctus. Quibus profecto rebus natura nihil possidet rarius. Ut rectè hinc consequatur, ardenter amare amarique, haud quam inueniri posse in turba. Verū quemadmodum fluuij in multos deducti riuos, lentiores habent cursum: ita vehemens amor in multos dispersus, haud dubie marcessit: Ea certe est ratio, quod natura, quibus animantibus vnicū tribuit

T 2 foetum,

fœtum, eis amorem indiderit vehementiorem.  
Lib.de amicitia in multos diffusa.

Quidam felices prædican, quibus agmen immensum contigit amicorum: sed longe falluntur opinione. Quippe si popinas principū multis cupedijs instructas intrent, videbunt itē multa muscarum examina nidore illuc attracta: & quemadmodum illo cessante, mox omnes auolant: ita si istis spes desit quæstus, dispeream si non protinus aulæ frequentia in ipsissimam vertatur solitudinem. Non igitur æstimes illos amicos, qui solum spectant lucrum: quando omnium isthuc est postremum: vera atque absoluta amicitia tria potissimum requirent: virtutem, velut rem honestam: familiaritatem, vitæque dulcem consuetudinem, ceu voluptatem: & vivitatem, tanquam rem apprime necessariam. Primum igitur ad diligendos amicos iudicio est opus. Amittendi enim facultas, ac perdendi amicum disloquentem, non tam in proclivi est, vt admittendi. Perinde enim atque cibum noxiū & pestilentem retinere non audes, veritus ne te corrumpat: nec ejcere potes sine molestia, iam bili permixtum: sic malum amicum si habes, læderis: sin reijcis per vim & amarulentiam, non aliter atque cholera summo dolore euomis. Decet igitur, vt non facile amicos quo scunque obuios cōpletamur, nec eos mox in amicitiam recipia-

recipiamus, qui nos studio prosequuntur: sed di-  
gnos amicitia summo magis studio prosequamur. Non enim protinus eligendum est quic-  
quid se sponte offert: quando rubum, spinalisque  
nos complectentes, ac sedulo prosequentes, di-  
scutimus, vt rectâ ad vitam aut oleam contendamus. Atque eum in modum minime est ex re  
nostra, vt mox illis pareamus, qui facilè nos co-  
lunt & obseruant: sed refert potius, vt ita nos cō-  
paremus, quo boni viri ac frugi colant atque ob-  
seruent. Itaque vt Zeuxis pictor quærentibus, cur  
tardius longoqué tempore pingeret, respondit:  
Ego longo tépori haud dubie pingo, id est æter-  
nitati. Sic perpetuam amicitiam conflare non li-  
cet, nisi longa vitæ consuetudine, exactoqué iu-  
dicio. Lib.de amicitia in multos diffusa.

Si quis omnium simul cupiat esse amicus, suf-  
ficere non potest cunctis debito officio: dum hic  
gerit magistratum, ille eundem ambit, aliis su-  
scipit. Vt ne dicam, quām sit absurdum eodem  
tempore à diuersis ad diuersa vocatum, singu-  
lorum desiderijs velle respondere. Amicitia ergo  
in multos disjecta, vrbi similis est, diuersis  
sacrificijs refertæ, alijs ad iucundam celebritatem,  
alijs ad planctum appositis. Impossible autem est,  
omnes prosequi officio: neminem, plane  
inurbanum. Vt hoc insuper addam, quod vniin-  
seruiens, multis alijs præteritis, infenso nimirum

*Annotationes in Euangelia.*

illos tibi feceris. Nemo enim tui amans & quo tulterit animo, si videat se abs te negligi. Quanquam in excusanda desidia huiusmodi & negligentia circa amicos, quo minus nobis succentur, præstiterit simpliciter dixisse. Exciderat animo: obliuio me huius rei ceperat: quām si dicas: in ius vocato tibi aduocatus non fui, alterius amici causæ tum patrocinatus. Item non acceperam te laborare fribi, amicos fouens alios, & circa illorum incommoda occupatus: causam enim negligentiae prætexens in alios diligentiam, querimonia non lenieris, sed potius reddideris asperiorem. Libro de amicitia in multis diffusa.

Musica in cantu & organis argute quidem concors est, ex acutis, medijs, & grauibus modis, quamquam sint dissimiles. Porro amicitia nihil recipit, nisi existat simile. Eadem enim velle, eadem sentire, ac fateri, eisdemque affici, ea res demum firma amicitia est; non aliter ac una anima in multis corporibus æquabili ratione consistens. Quis igitur est ille tam variabilis homo, nunquam sibi constans, qui mutetur in horas, & quemlibet referat moribus, cui libet se aptet, similisque reddatur? & non magis ridiculum se præbeat, vel Theonis censura, qui sic ait:

*Vt poly-*

*Feria V I. post 4. Domin. Quadr. 148*

*Vt polypus petre faciem mentitur inherens,  
Sic mentem variat subdolus arte noua.*

Polypi autem subita commutatio non pertinet ad corporis penetralia, sed contenta est sola superficie, accedentium duntaxat oculis impoenens, quo facilius possit elabi. At longe aliam desiderat amicitia, in qua eosdem exprimas mores, pares affectus & sermones, similia studia, academique fugias & sequaris oportet. Protei vero illius fabulosa commutatio alia erat: multifariam enim vertebatur præstigijs, cum formam certam haberet ac propriam. Talis nimurum fies, si liberat cum literarū studio libro euoluere, cum palæstricis collectari, cum venandi cupidis feras persequi, cum potatoribus ineibriari, & cum ambitionis magistratū ambire. Postremo sicut maxime informein Physici, mundamque substantiam esse prædicant materiam primam, in omnes formas mutari solitam, adeo ut modo ardeat, mox in aquæ liquorem se vertat, iam euanescat in auram, & protinus concrescat in solidum corpus: ita in multis diffusa amicitia, animum subiicit varijs affectibus, versipellem facit hominem, subdolum, & varium, maleque moratum. Atq; amicitia mores exposcit minime lubricos, sed firmos & perpetuo tenore sibi costates: eundem amat locū, & candē vitæ societatem, que causa

T 4 multo

multo omnium potissima est , cur tam rara avis sit,inuentuque difficilis, constans amicus. Lib.de amicitia in multos diffusa.

## DOMINICA IN Passione Euangelium.

*¶ Quis ex vobis arguet me de peccato. Ioan.8.*

**E**cclisia ideo hoc Euangelium in principio quo de Passione agere instituit proponit,in quo Christi diuinitas & innocentia ostenditur, vt illum posse satisfacere ad æqualitatem sciamus qui homo verus innocens , & Deus verus est, vide in Introductione fidei parte.3. cap. 4. 5. & 6.& parte.4. Dialogo. 2. eius diuinitas demonstratur.

Per Christi passionem maximum in nos collatum esse beneficium demonstratur feria. 6. post secundam Dominicam Quadragesimæ Concionem. 2. §. 3.

Passionem Christi hodie Ecclesia incipit celebrare, vt innotescat nobis in breui nostrum à cœlesti patria reuocandum exilium post mortem summi sacerdotis qui per proprium sanguinem intrabit in sancta , æternam nobis promierens redēptionem. Sic etiam mortuo summo sacerdote

dote Aaron post quadraginta annos populus Israel desideratam promissionis terrā est ingressus, vide tom.3. Conc. feria.2. Resurrectionis, Cōcione.3. ibi, Duo autem sunt.

Quantum Dei filio debeamus qui suo nos redemit sanguine, collatione facta ad redēptionē populi Israel ex Ægyptiaca seruitute comprobatur, tomo. 1. de Sanctis in Purificatione B. Mariae, Concione. 3. in tractatione thematis. Quæ bona ex Domini Passione morte & cruce homini obuenerint, primum in illa totius Christianæ Philosophiæ summa cōtinetur, vide elegantem Concionem tomo. 1. de Sanctis, Cōcione. 2. Sancti Thomæ Apostoli.

Redēptionis nostræ mysterium exaggeratur tomo. 1. de Sanctis, Concione. 1. in festo Conceptionis Beatae Mariae in Exordio. Vide Deisapientiam ac simul cum ea coniunctam eius bonitatem, ex tanto malo peccato, scilicet, tantum bonum nouit educere, Dei scilicet incarnationem & mortem, vt bene cum ecclesia exclamare possumus, o felix culpa quæ talem ac tantum meruit habere redēptorem. Quod ex malis bona eliceret solius sit Dei, & iustorum eum imitantium, vide tomo. 1. de Sanctis, Concione. 1. in festo Sancti Thomæ Apostoli.

Hominum perdīcio collatione facta ad statū hominum ante diluvium ostenditur qualis fue-

T 5 rit ante

*Annotationes in Euangelia.*

rit ante Christi crucem & mortem, vnde collige-  
re liceat bona quæ Christus nobis sua contulit  
morte. Vide tomo. 1. de Sanctis, Concione. 1. in  
inuentione Sanctæ Crucis à tractatione thema-  
tis usque ad finem Concionis, & Concione. 2.  
eiusdem festi ostenditur quis fructus ex viuifico  
Christi arbore excerpti posuit, qui hodie vt regis  
vexillum prodit.

In hodierna epistola de Christi agitur sacerdo-  
tio, comparatione facta ad veteris legis sacerdo-  
tium. Christus sacerdos est & ostia pro peccatis,  
missam ergo quam in passione celebravit nun-  
quam dum mundus durabit, Ite missa est, & finē  
est habitura. Vide tomo. 3. Conc. Concione. 3. in  
Ascensione, ibi, Sciendum est, vbi huius diei epi-  
stola explicatur.

(Si veritatē dico, quare vos non creditis mihi.)  
Mirum certè est quod cum veritas intellectum  
perficiat, vt pote eius obiectū, à tam paucis ame-  
tur, sed huius causa est quia contrariatur nostris  
deprauatis affectibus. Vide tomo. 3. Concio.

Dominica post Ascensionem, Concio-  
ne. 1. ibi, Sed cù tota Apostolorum,  
& Concion. 2. ibi, Quem au-  
tem spiritum.

\*

In eadem

*Dominica in Passione.*

150

In eadem Dominica in Passio-  
ne, & quæ sequuntur duximus apponenda  
ex libro Collectaneorum eiusdem, de adulata-  
tione è contraq; admonendi libertate in illud;  
Si veritatem dico quare vos non creditis mihi.

**C**V M multi bello captivenderentur, Phi-  
lippus Macedonum rex in auctione se-  
dens, parum decenter vestitus erat, quidā  
igitur eorum qui vendebantur exclamauit. Par-  
ce mihi Philippe, paternus enim sum tibi amicus. Philippus interrogauit, vnde nam hæc amicitia  
confliata esset. Tum ille volo, inquit, proprius ac-  
cedens dicere, qui cum admissus esset, quasi arca-  
ni quipiam dicturus. Demite, inquit, clamidem  
aliquantulum: nam ad istum modum indecenter  
sedes. Mox Philippus hunc, inquit, dimittite libe-  
rum: nesciebam enim illum prius mihi amicum  
esse. Sensit vir prudentissimus eos præcipuos ami-  
cos esse, qui probe nos instituūt. Plut. in Apoph.  
Reg. & Imp.

Demonax frequenter dicere solitus est, non  
temerè irascendum esse hominibus, si delin-  
querint: sed corrigenda esse vitia, medicorum  
exemplo, qui non indignantur ægrotis, sed  
medentur. Erasin. libro. 8. Apoph. Vide ergo  
quam suauiter Dominus reprehendit, Siverita-  
tem dico &c.

Socrati

Socrati acris obiurganti familiarem quempiam in conuiio. Plato dixit. Nonne satius esset, hoc illi dixisse seorsum? Cui Socrates, & non tu quoque rectius fecisses, si hæc mihi seorsum dixisses, Salissime taxauit hoc ipsum reprehendendo commitentem, quod reprehendebat. Eras. libro. 3. Apoph.

Antisthenes dicebat, satius esse incidere in nos quam in parasitos. Hi enim viuentis animum corrumpunt, illi solum mortui corpus. Stobæus fermone. 1. 2.

Idem aiebat vt meretrices bona omnia præter bonam mentem & prudentiam suis amatoribus imprecantur, eodem modo adulatores ijs quibus cum agunt, Ibidem.

Crates Thebanus ad opulentum adolescentē, quem parasitorum comitabatur turba, adolescentē ait, miseret me tuæ solitudinis, Ibidem.

Bion interrogatus quod esset animal omnium maximè noxiū? si deferis, inquit, percontaris tyrannus, si de mitibus adulator. Laert. lib. 1. c. 6.

Diogenes Cynicus orationem blandam, non ex animo proficiscentem sed ad gratiam compositam, vocare solebat maleum laqueum, quod blande amplectens hominem, iugulet, Ibidem.

Idem aiebat in aßentatione, veluti sepulchro aut statua quapiam, nō men solum amicitiae inscriptum esse, Stob. ferm. 1. 2.

Aristonimus se penumero dicere solebat, ligna dum augent ignem consunsi ab ipso, opes dum alunt adulatores, ab eis ipsis perire, vbi supra.

Sigismundus imperator aßentatores se velut peistes odiſſe cum diceret, Brunonius Veronensis respondit: Tamen nullum genus hominum magis amas, quam adulatores, tum Sigismundus, vicis sane, inquit, ita enim natura comparatum est, vt cum vitandoſ esse adulatores dicimus, tum maxime illis hæreamus. Nam nec tu tandem mecum fuilles, niſi meis moribus blandiri affueiffes. Æneas Silvius dictis Sigism. & Freder. Imper.

Alphonsus Aragonum & Siciliæ rex, adulatores lupi haud absimiles esse dicebat, nam quemadmodum lupi titilando & scalpendo asinos varioli soliti essent, ita adulatores ad perniciem principum blanditijs simul ac mendacijs intendere.

Antigonus rex admirantibus, quamobrem tanti faceret Zenonem, respondit quoniam cum multa à me acceperit, nunquam tamen emolitus est. Eius mortem cum audisset ingemuit dicens; Quale theatrum perdidisti, erat enim Zenon acerrimi iudicij, & ab aßentando alienissimus. Laert. libro. 7. cap. 1.

Cum Pescenio Nigro Imperatore creato, quidam panagericum recitare vellet, imperator dixisse fertur, Scribe laudis Marij, vel Hanibalis, vel aliterius ducis optimi vita functi, & dic quid ille fecerit

fecerit ut eum nos imitemur. Nam viuentes laudare irrisio est, maximè imperatores: à quibus speratur: qui timentur: qui præstare publicè posseunt, qui necare qui proscribere: se autem viaum placere velle, mortuum etiam laudari.

Diogenes vulgo canis dicebatur, sunt autem canum multa genera, sunt enim venatores, sunt aucupatorij, sunt custodes ouium & ædium, sunt qui habentur in delicij, ergo percontanti, qualis ipse esset canis, lepidè respondit. Esuriens Melitus, satur moloseus, quod cibi appetens blanditur, saturatus morderet. Laert.lib.6.

Vera est illa. Quinti Curtij sententia, in elegantiissimis illis de rebus gestis Alexandri libris, quæ regnum ait saepius ab afflentatoribus, quæ ab hostibus euerti ex lib. 5. de Inst. Reip. Fran. Senens.

Omnia sanè excluderit opulenta felicitas, monstrabo tibi cuius rei inopia laborant magna fastigia, quid omnia possidentibus desit. Scilicet ille, qui verum dicat, & hominem inter mentientes stupentem, ipsaq; consuetudine pro rectis blanda audiendi, ad ignorantiam veri perductum, via dicet à consensu falsorum. Non vides, quemadmodum illos in præceptis agat extinguit libertas, & fides in obsequium seruile submissa: dum nemo ex animi sui sententia suadet, dissuadetque: sed adulandi certamen est, & vnum amicorum omnium officium, vna contentio, quibus blandissime fallant?

fallant? Ignorauere vires suas, & dum se tam magnosquam audiunt, credunt, attraxere superaucua, & in discrimen rerum omnium peruentura bella: utilem & necessariam rupere concordiam, secuti iram: quam nemo reuocabat: multorum sanguinem hauserunt, fusuri nouissimè suum, dum vindicant inexplorata pro certis: fletique non minus existimant turpe, quam vinci: & perpetua credunt, quæ in summum perducta, maximè nutant. Ingentia super se casuta regna fregerunt: nec intellexerunt in illa scena, & vanis, & citò diffluentibus bonis resulgente, ex eo tempore ipsos nihil non aduersi expectare debuisse, ex quo nihil veri audire potuerunt. Cū bellum Græciæ indiceret Xerxes, animum tumultu, oblitumque quam caducis confideret, nemo non impulit. Alius aiebat, non laturos nuntium belli, & ad primam aduentus famam terga versuros. Alius nihil esse dubij, quin illa mole nō vincisolum Græciam, sed obrui posse: magis vendendum, ne vacuas desertasq; vrbes inuenirent, & profugis hostibus vastæ solitudines relinquenter, non habituris, vbi tantas vires exercere possent. Alius illi vix rerum naturam sufficere, angusta esse classibus maria, militi castra, expli-candis equestribus copijs campestria: vix patre coelum sagittis ad emitenda omni manu tela. Cū in hunc modum multa vndique iactarentur, que hominem

homine in nimia aestimatione sui furentem concitarent, Demaratus Laedæmonius solus dixit, ipsam illam qua sibi placeret multitudinem indiget, & grauem metuendam esse ducenti: non enim vires, sed pondus habere: immoda nuncquam regi posse, nec diu durare quicquid regi non potest. In primo, inquit, statim monte Laco-nes obiecti, dabunt sui experimentum. Tot ista gentium millia, trecenti morabuntur: hærebunt in vestigio fixi, & commissas sibi angustias tuebuntur: & corporibus obstruent. Tota illos Asia non mouebit loco. Tantas minas belli, & penè totius generis humanitatem impetum, paucissimi sustinebunt. Deinde hinc atque illinc coorientur, & tuis te viribus prement. Verum est quod dicitur, maiorem belli apparatum esse, quam qui recipi ab his regionibus possit, quas oppugnare constitutis. Sed haec res contra nos est. Ob ipsum te Græcia vincet, quia non capit. Vt itote non potes. Præterea (qua vna rebus salus est) ocurrere ad primos rerum impetus, & inclinatis opem ferre, non poteris: nec fulcire recte firmare labentia. Multo autem vinceris, quam vietum esse te sentias. Cæterum, non est, quod exercitum tuum ob hoc sustineri putes non posse, quia numerus eius duci quoque ignotus est. Nihil tam magnū est, quod perire non possit: cui nascitur in perniaciem (vt alia quiescant) ex ipsa magnitudine sua, causa.

causa. Acciderunt quæ Demaratus prædixerat, strati que per totam Græciā passim Xerxes in tellexit quantum ab exerto turba distaret. Itaque; Xerxes pudore quam damno miseror, Demarato gratis egit, quod solus sibi verum dixisset, & permisit petere, quod vellet. Dignus fuerat præmio ante quam peteret: sed quam miserabilis gestis, in qua nemo fuit, qui verum diceret regi, nisi qui non dicebat sibi. ¶ Diuus Augustus filiam impudicam relegavit, & flagitia principalis dominus in publicum emisit. Hæc non tam vindicanda principi, quam tacenda (quia quarundam rerum turpitudo etiam ad vindicantem reddit) parum potens ira, publicauerat. Deinde cum interposito tempore, in locum ira subiisset verecunda, gemens, quod non illa silentio pressisset, quæ tandem nescierat, saepe exclamauit, Horum nihil mihi accidisset, si aut Agrippa, aut Mecenas vivisset. Adeò tot habenti millia hominum, duos reperire difficile est. Quid putem⁹ defuisse similes qui assumerentur, an iphus vitium fuisse, qui maluit queri, quam quererere? Non est quod existimemus Agrippam, & Mecenatem solos illi vera dicere: qui si vixissent, inter dissimilantes fuissent. Regalis ingenij mos est, in præsentium contumeliam amissa laudare, & his virtutem dare vera dicendi, à quibus iam audiendi periculum non est. ¶ Sed vt mea ad propositum reducam, vi-

hominem nimia æstimatione sui parentem concitarent, Dein aratus Laedæmonius solus dixit, ipsam illam qua sibi placeret multitudinem indigestam, & grauem metuendam esse ducenti: non enim vires, sed pondus habere: immoda nūquā regi posse, nec diu durare quicquid regi non potest. In primo, inquit, statim monte Laco-nes obiecti, dabunt sui experimentum. Tot ista gentium millia, trecenti morabuntur: hærebunt in vestigio fixi, & commissasibi angustias tuebuntur: & corporibus obstruent. Tota illos Asia non mouebit loco. Tantas minas belli, & penè totius generis humani rnenantis impetum, paucissimi sustinebunt. Deinde hinc atque illinc coorien-tur, & tuis te viribus prement. Verum est quod dicitur, maiorem belli apparatus esse, quam qui recipi ab his regionibus possit, quas oppugnare constitutis. Sed hæc res contra nos est. Ob hoc ipsum te Græciæ vincet, quia non capit. Vt ito- te non potes. Præterea (quæ vna rebus salus est) occurtere ad primos rerum impetus, & inclinati opem ferre, non poteris: nec fulcire recte firmare labentia. Multo autè vinceris, quam victum esse te sentias. Cæterum, non est, quod exercitum tuum ob hoc sustineri putes non posse, quia numerus eius duci quoque ignotus est. Nihil tam magnū est, quod perire non possit: cui nascitur in perni-ciem (vt alia quiescant) ex ipsa magnitudine sua, causa.

causa. Acciderunt quæ Demaratus prædixerat, strati que per totam Græciam paſsim Xerxes in tellexit quantum ab exerto turba distaret. Itaq; Xerxes pudore quam damno miserior, Demara-to gratis egit, quod solus sibi verum dixisset, & permisit petere, quod vellet. Dignus fuerat præ-mio ante quam peteret: sed quam miserabilis ges, in qua nemo fuit, qui verum diceret regi, nisi qui non dicebat sibi. ¶ Diuus Augustus filiam impudicam relegavit, & flagitia principalis domus in publicum emisit. Hæc non tam vindican-da principi, quam tacenda (quia quarundam rerum turpitudo etiam ad vindicantem reddit) pa-rum potens iræ, publicauerat. Deinde cum in-terposito tempore, in locum iræ subiijset verecun-dia, gemens, quod non illa silentio pressisset, quæ tandiu nescierat, sape exclamauit, Horum nihil mihi accidisset, si aut Agrippa, aut Mecænas vi-xisset. Adeò tot habenti millia hominum, duos reperire difficile est. Quid putem? defuisse simi-lles qui assumerentur, an ipsius vitium fuisse, qui maluit queri, quam quererere? Non est quod exi-stinemus Agrippam, & Mecænatem solos illi ve-ra dicere: qui si vixissent, inter dissmulantes fuissent. Regalis ingenij mos est, in præsentium con-tumeliam amissa laudare, & his virtutem dare vera dicendi, à quibus iam audiendi periculum non est. ¶ Sed vt mea ad propositum reducam, vi-

hominem nimia æstimatione sui farentem concitarent, Dein aratus Laedæmonius solus dixit, ipsam illam qua sibi placeret multitudinem indigestam, & grauem metuendam esse ducenti: non enim vires, sed pondus habere: immo dica nunquam regi posse, nec diu durare quicquid regi non potest. In primo, inquit, statim monte Laco-nes obiecti, dabunt sui experimentum. Tot ista gentium millia, trecenti morabuntur: hærebunt in vestigio fixi, & commissas sibi angustias tuebuntur: & corporibus obstruent. Tota illos Asia non mouebit loco. Tantas minas belli, & penè totius generis humani ridentis impetum, paucissimi sustinebunt. Deinde hinc atque illinc coorientur, & tuis te viribus prement. Verum est quod dicitur, maiorem bellum apparatum esse, quam qui recipi ab his regionibus possit, quas oppugnare constitutis. Sed hæc res contra nos est. Ob hoc ipsum te Græcia vincet, quia non capit. Ut ito te non potes. Præterea (qua vna rebus salus est) occurere ad primos rerum impetus, & inclinatis opem ferre, non poteris: nec fulcire recte firmare labentia. Multo autem vinceris, quam victum esse te sentias. Cæterum, non est, quod exercitum tuum ob hoc sustineri putas non posse, quia numerus eius duci quoque ignotus est. Nihil tam magnū est, quod perire non possit: cui nascitur in pernicie (vt alia quiescant) ex ipsa magnitudine sua,  
causa.

causa. Acciderunt quæ Demaratus prædixerat, strati que per totam Græciam passim Xerxes intellexit quantum ab exerto turba distaret. Itaque Xerxes pudore quamdam damno miseror, Demarato gratis egit, quod solus sibi verum dixisset, & permisit petere, quod vellet. Dignus fuerat præmio ante quam peteret: sed quam miserabilis gestus, in qua nemo fuit, qui verum diceret regi, nisi qui non dicebat sibi. ¶ Diuus Augustus filiam impudicam relegauit, & flagitia principalis dominus in publicum emisit. Hæc non tam vindicanda principi, quam tacenda (quia quarundam rerum turpitudo etiam ad vindicantem reddit) parum potens iræ, publicauerat. Deinde cum interposito tempore, in locum iræ subiisset verecunda, gemens, quod non illa silentio pressisset, quæ tandem nescierat, saepè exclamauit, Horum nihil mihi accidisset, si aut Agrippa, aut Mecænas vivisset. Adeò tot habenti millia hominum, duos reperire difficile est. Quid putem? defuisse similes qui assumerentur, an ipsius vitium fuisset, qui maluit queri, quam querere? Non est quod existimemus Agrippam, & Mecænam solos illi vera dicere: qui si vixissent, inter dissimilantes fuissent. Regalis ingenij mos est, in praesentium contumeliam amissa laudare, & his virtutem dare vera dicendi, à quibus iam audiendi periculum non est. ¶ Sed ut mea ad propositum reducam, vi-

*Annotationes in Euangelia.*

des quām facile fit , gratiam referre felicibus , & in summa humanarum opum positis? dic illis, non quod volunt audire, sed quod audisse semper volent. Plenas aures adulatio[n]ibus aliquādo vera vox intret. Da consilium vtile. Quāris quid felici præstare possis? Effice, ne felicitati suæ credant, vt sciant illam multis & fidis manibus continentandam. Parum in illum contuleris, si illi stultam fiduciam permansuræ semper potentia ex- cussiferis: docuerisq; mobilia esse quæ dedit casus, & maiore cursu fugere, quām veniunt, nec his portionibus quibus ad summam peruentum est, retrò irisæpe inter fortunam maximam & ultimam nihil interesse. Nescis quantum sit premium amicitia, si non intelligis multum te ei daturum, cui dederis amicum, rem non domibus tantum, sed seculis raram, quæ non aliubi magis deest, quām vbi creditur abundare. Seneca Libro de Bene. cap. 30. 31. 32. 33.

Non sumus modica laudatione cōtentī, quid quid in nos adulatio sine pudore congesit, tan- quam debitum prendimus: optimos nos esse, ac sapientissimos affirmantibus, assentimur: cum sciamus illos sēpe multa mentiri. Alexander, cum iam in India vagaretur, & gentes ne finitimis qui dem satis notas, bello vaftaret, in obsfidence cunus- dam vrbis, dum circuit muros, & dum imbecilli- fima moenium querit, sagitta iectus, diu perficit in re,

*Dominica in Paſſione.*

154

in re, & incepta agere perseuerauit. Deinde cum represso sanguine, ſicci vulneris dolor cresceret, & crus equo ſuspensum paulatim obtorpuifet, coactus abſistere, omnes, inquit, iurant me Louis eſſe filium: ſed vulnus hoc me hominem eſſe clamat. Idem nos faciamus, cum pro ſua quemque portione adulatio infatuat, dicamus, vos quidem me dicitis prudentem eſſe. Ego autem video quām multa inutilia concupiſam, nocitura optē: ne hoc quidem intelligo, quod animalibus ſati- tas monſtrat, quis cibo debeat eſſe, quis potio- ni modus quantum capiam, adhuc nescio. Sene- ca Epift. 60.

Fac ergo mi Lucili quod facere confueiſti. A turba quantum potes te ſepara, nec adulatori- bns latus præbeas: artifices ſunt ad captandoſ ſu- periores. Par illis, etiam ſi bene caueris, non eris. Sed mihi crede, perditioni (ſi capieris) ipſe te tra- des. Habent hoč in ſe naturale blanditiae, etiam cum reiſciuntur, placent: ſaſe exclusæ, nouiſſime recipiuntur. In Præfatione libro. 4. Naturalium Quæſtionum.

Quo apertior eſt adulatio, quo improbior, quo magis frōtem ſuam perfriuit, hos citius ex- pugnat. Eo enim iam dementiæ venimus quod qui parce adulatur, pro maligno ſit. vbi ſup.

Maluerim veris offendere, quām placere adu- lando. Lib. 1. de Clem. cap. 1.

V 2 Morbum

*Annotationes in Euangelia.*

Morbum esse scias non hilaritatem, semper arridere ridentibus, & ad omnium aestimationem, ipsum quoque os diducere. Ex Pub. Mi.

F E R I A IIII. P O S T  
Dominicam in Passione.

Euangelium.

**¶** Facta sunt Encenia in Ierosolymis, & hyems erat. Ioan. 10.

**E**T hyems erat.) Tempus notat Euanglista, ut frigida illius populi corda ostenderet, tēporum differentiam mysticē habes explicatam. tom. 1. Conc. Dominicā in Septuagesima Conc. 2. ibi. Simile est inquit.

(Facta sunt Encenia.) Religionis officium est peculiares habere cæremonias, peculiaria loca statuta tempora quibus Deus collatur & veneratur: sic Deus habere voluit in veteri lege & nunc in noua, vide copiose Dominicā infra O&t. Epiphaniæ, Conc. 1. in tract. thematis, tom. 1. Conc.

(Circundederunt eum Iudæi.) Canes multi & tauri pingues eum circundant, quia ipsorum via acriter reprehendebat, vt eos ad poenitentiam vocaret, Quod hæc fuerit Pharisæorum in Christum odio causa. Vide tomo. 4. Conc. Dominicā 16. post Pentecosten, Concione. 1. in prin.

(Oues

*Feria IIII. post Dom. in Passione.* 155

(Oues meæ vocem meam audiunt.) Mirum certè quod populus ille qui peculiare Domini erat peculum & eum tandem desiderauerat, viso tamen eo, eius vocem audire contempserat. Sed & nobistimendum ne extra suarum ouium numerum computemur qui eius vocem audire recusamus, Ni in iutarum exemplo qui ad ignoti hominis vocem poenitentiam egerunt reprehēdimur supra feria. 4. post primam Dominicam, Concione. 1. ibi, Sed ad Ionam redeentes, Oues meæ &c. Vide quæ quæ adnotabimus Dominicā. 1. post Octau. Resurrectionis.

In hoc euangelio de hominis prædestinatio ne solet sermo institui quæ hominis oves ouilis Christi constituit. Vide in G. lib. 1. cap. 6.

(Quousque animam nostram tollis.) Mirum certè quod inter tot Christi miranda opera isti non crederent. Sed etiam mirandum quod nos inter tot creaturarum voces quæ eius bonitatem prouidentiam prædicant non consideremus. Vide in Introductione fidei, par. 1. cap. 16.

(Si tu es Christus dic nobis palam.) Quam facile innotescere potuit Iudæis Christum verum Messiam, vide in Introductione fidei part. 4. per totam, consule capitum titulos unde elicere pos teris quod tuo magis quadret intento.

(Sustulerunt ergo lapides vt iacerent in eum.) Tota Domini vita continua fuit crux & persecu

*Annotationes in Euangelia.*

tio. Vide tomo. 4. Conc. Dominica. 17. post Pentecosten Concione. 2. in princ. vbi & eleganter disseritur quæstio cur cum virtus tam rationi conformis sit, ab hominibus ratione pollutibus præ ux tam affectibus tam immaniter persequatur.

F E R I A V. P O S T  
Dominicam in Passione

Evangelium.

*Rogabat Iesum quidam Phariseus ut manducaret cum illo. Luca. 7.*

Præter ea quæ adnotamus in festo Beatae Mariæ Magdalenæ, & quæ secuntur duximus adnotanda de pulchritudine ornatusq; corporis & vestium, quibus vt laqueis peccatrix hæc vsa est, ad peccatorū illaqueamdam perdendamq; castitatem ex libro Collatione eisdem.

**L**ycurgus Lacedæmoniorum legislator submouit tingedi artificium, veluti sensus adulatioinem. Et enim dum color blanditur oculis, natura rei corrumpitur. In summa cunctis ornandorum lenocinio corporū artificibus Spartana vrbe interdixit: vt qui malis artibus bonas arteis corrumperent: propterea quod huiusmodi delicijs

*Feria V. post Dom. in Passione. 156*

delicijs ciues à saluberibus ac serijs exercitamētis auocarentur. Plutarc.

Agæsilaus, cum audiret quendam mirari cur rex cum ceteris Lacedæmonijs tam frugali cibo vestituq; vteretur? Pro hac frugalitate, inquit, optinam messem metimus, libertatē. Quo dicto ostendere voluit, nihil æquè libertati contrarium esse, ac voluptatem. Plutarch. in Laco. Apoph.

Cayus Sulpitius Gallus vxorem repudiauit, quod aperto capite fuisse foris: Lex, inquiens, tibi meos vnius præfinit oculos, quibus formam tuam approbes: his ornamenta comparato: his esto speciosa: alijs velle videri formosam, in suspicione & in crimine hæreat necesse est. Eras. lib. 6. Apoph.

Philonis vxor, interrogata, quamobrem sola ex alijs in conuentu non gestaret ornatum aureum, dixit: Quoniam pro ornamento, mariti virtus mihi sufficit. Stob. ser. 72.

Pambo quidam apud Athanasium, cum Alexandria esset, videtque mulierem maximo vestitus apparatus superbientem, fleuit. At interrogatus, cur tantopere lachrymas effunderet? respondit: Duæ res sunt quæ me mouent. Una quidem, quæ est huius mulieris perditio: altera vero quod ego qui nomen Christiani profiteor, non tantum studeo placere Deo vita innocencia, quantum hæc mulier turpibus placere cupit

V 4 homi-

*Annotationes in Euangelia.*

hominibus. Petr.de Natal.Eccles.Hist.lib.8.c.1.  
Hoc exemplo castigare se possunt quicunque ni-  
mium desides & negligentes in pietatis & virtu-  
tis officio sunt: cum seculi homines in fragilium  
& caducarum rerum studio tantopere ferueant.

Cum Dionysius Siciliae tyrannus filiabus Ar-  
chidami vestes splendidas multiq[ue] pretij dono  
misisset, recusauit accipere, dicens, Vere orne hoc  
amicu[m] puellæ mihi turpes videantur. Intellexit  
vir prudens virgines nullo cultu melius ornari,  
quam simplici: porro sericis, gemmis, & auro de-  
honestari magis quam ornari: propterea quod  
vestium luxus arguit animum parum sobrium:  
& intuentium animos ad libidinem sollicitat ci-  
tius, quam ad honestam opinionem. Decet au-  
tem, vt virgo tota & vndeque virgo sit, nec vila  
ex parte det corruptæ mentis significationem.  
Plut.in Lacon.

Augustus Cæsar, quantum potuit, indumen-  
torum luxuriam habuit odio, cuius dictum erat  
vulgatissimum: Vestitus insignis ac mollis, super  
biæ vexillum est, nudusq[ue] luxuriæ. Sueto.

Alexander Seuerus, Romanorum imperator,  
cum humili vestitu contentus sæpen numero ince-  
deret, reprehensus ob id ab aulicis suis, respondit,  
Imperatoriam maiestate[m] constare virtute, non  
corporis cultu. Bruso.lib.3.c.13.

Idem gemmas omnes, quas reperit in palatio,  
vendi-

*Feria V. post Domin.in Paßione.* 157

vendidit, & aurum in ærarium contulit dicens:  
Viris gemmas vsui non esse: matronas autem re-  
gias contentas esse debere uno reticulo, ac inau-  
ribus, & baccato monili, & corona in qua sacrifi-  
carent, & vnico pallio. auro sparso, & cyclade,  
quæ plus sex vncijs auri non haberet. Hic cultus  
hodie vix sufficit negotiorum vxoribus. Älius  
Lamprid.

Flauio Vespasiano cum adolescens quidā gra-  
tias ageret pro impetrata præfectura, quoniam  
vnguento fragrabat, & nutu contemptus est, &  
graueriter increpatus: Mallem, inquit Vespasianus,  
allium oboluisset. Mox & literas concessas reuo-  
cauit. Sueton.in eius vita,

Socrates docuit, animorum formam magis  
amandam, quam corporum: eamque volupta-  
tem, quam in nobis gignit conspecta formosa fa-  
cies, ad longe pulchriorem, sed latenter animi  
speciem esse transferendam. Verum, vt hanc  
videamus, philosophicis oculis opus esse. Eras.  
lib.3. Apoph.

Aristoteles pulchritudinem dicebat qualis  
epistola efficacior em ad commendationē. Sunt  
qui hoc ascribant Diogeni,

Eandem Socrates appellauit exigui temporis  
tyrannidem, quod formæ gratia inox deflo-  
scat. Plato, naturæ prærogatiuam, quod paucis  
contingat. Theophrastus, silentem fraudē, quod

absque verbis persuadeat. Theocritus, eburneum detrimētū, quod grata quidem sit aspectui, sed multorum incommodorum causa. Carneades, regnū absque satellitio: quod formosi impetrant quidquid volunt, nulla adhibita vi. Laërt. lib. 5. cap. 1. Stob. 6. 3. Brus. lib. 2. cap. 44.

Iſocrates eos, qui pulchrum habent corpus, animam autem malam, dicebat optimam habere nauim, gubernatorem autem malum. Anto. in Melis. par. 1. ser. 6. o.

## F E R I A VI. P O S T Dominicam in Paſſione Euangelium.

¶ Collegerunt Pontifices & Pharisei concilium. Ioannis 11.

**C**oncilium hoc fera pefima inuidia adnauit, de inuidia vide in G. lib. 2. capite. 7. Inuidia depingitur in Rhetorical lib. 3. c. 3.

Inuidia & auaritia concilium hoc coegerunt, & Phariseos impulerunt ut in iniustissimā Domini mortem conspirarent, vide supra feria. 4. post secundam Dominicam Conc. 2. §. 1. Quæ mala ex inuidia oriātur exēplis efficacibus probatur. tomo. 4. Conc. Dominic. 22. post Pentecosten Conc. 1. ibi, Quemadmodū enim, & Dominic. 16. Conc. 2. ibi, Sed iam hydropicum.

Bonum

Bonum est omnia facere cum consilio vbi consiliari prudentes sunt & bono affecti animo. De prudentia quæ hic infinitas penè ob causas defecit, vide in G. lib. 2. cap. 15. §. 9. & 10.

Ex Lazari resurrectione vnde cor emoliēdū erat licet adamante durius effet ad Christi mortem procurandam ansam isti sumpfere, non ergo relinquenda bona opera quæ aliquibus ob suam culpam futura sunt occasio mali, vide in Introducione fidei in Præambulo secundæ partis.

Vide in quæ mala in quas densissimas tenebras præcipitet hominem eius obduratum cor, vide quale consilium, sed quod aliud expectari poterat ab excæcatis & in reprobū sensum traditi hominibus. De malitia cordis obdurati. Vide to. 4. Conc. Domin. 8. post Pentec. Conc. 2. §. 1.

(Quid facimus quia hic homo multa signa facit.) Vide quale, argumenti genus ab inuidiæ odij & proprij amoris schola petitum, multa signa facit occidatur, ergo peccatorum rationes sophistice quibus mala sua paliare curant appetiuntur tomo. 4. Cpcionum Dominic. 16. post Pentec. Concio. 1. ibi, Sed quæso hominis.

Mirandum plane est, vnde tanta cæcitas in istorum cordibus irreperitur ut eum dignum morte ducerent: qui multa signa faceret, hoc ortum est ex prauæ affecta voluntate, vide supra feria sexta post Cineres Concione prima. ibi,

Audifilis

*Annotationes in Euangelia.*

Audistis quia dictum est, errores omnes ex prava voluntate saepenumero originē trahere ostendit supra feria. 4. post primam Dominicam Concione. 1. in principio.

(Cum esset Pontifex anni illius.) Quæ mala populo huic euenerent ex inquis principibus qui super eos principatum exercuerunt, vide tomo. 2. de Sanctis Concione. 1. in Natiuitate Beatæ Mariæ; ibi, Illud etiam in hac.

Iudices isti merito recusandi erant, qui odij & inuidiæ passione laborabant. Ineptos reddi ad proferenda iudicia qui huiusmodi laborat morbo, ostenditur Dominicæ præcedenti Conc. 2. ibi, Cum igitur Dominus De inuidia, vide etiam tomo. 1. de Sanctis Concione. 2. Sancti Matthiæ. §. 6.

In eadem Feria Sexta post Dominicam in Passione, & quæ sequuntur duimus adnotanda ex libro Collectaneorum eiusdem de inuidia, quæ huic præfuit Concilio.

**A**lexander Macedo ob aquarum defectū, in itinere siti laborabat, ei igitur cum forte oblata esset galea aqua plena, vbi galeam in manus accepit circunspiciens quos circa se habebat equites, demissso capite, & fixis in potum oculis, ingustatam redditit aquā, dicens; Si solus biberō

*Feria V I. post Dom. in Passionē.* 159

bibero hos moeror instigabit. Brus. lib. 1. cap. 9.

Bion Boristhenes conspiciens quandam tristi vultu, qui habebatur inuidus, Nescio, inquit, utrum tibi aliquid acciderit mali, an alteri boni quipiam inuidus enim non minus discribitur aliena felicitate, quam suo infortunio.

Antisthenes absurdum esse dicebat triticum purgare à lolio, bellū ab inutili milite, & à rep. secernere inuidos. Significans inuidos tam inutiles esse recip. quam lolium est tritico, & ignauus bello. Laer. lib. 6. cap. 1.

Idem dicere solitus est, non aliter ac ferrum absumitur rubigine, ita inuidos suo ipsorum viatio contabescere, ferrum enim etiam si nemo latet, ex se gignit unde corrumpatur. Laert. vbi supra.

Actius Sincerus, rari vir ingenij, magnæque nobilitatis, cum in conspectu Federici regis esset inter Physicos quæstio, quid præcipue conferret oculorum perspicuitati, alijsque foeniculi afflatum dicerent, alijs vitri usum, alijsque aliud. At ego inquit inuidiam aio: obstupuerunt hoc dicto adeo medici, vt ab auditoribus derisui haberetur, tum ipse, an non inuidia pleniora maiora que videre facit, quid autem oculis magis præsentaneum quam vt vis ipsa aspiciendi, maior reddatur ac vegetior? protulitque statim Ouidianos illos verius;

Fertilior

*Annotationes in Euangelia.*

*Fertilior seges, est alienis semper in agris  
Vicinumque pecus grandius vber habet.*

Pontanus.

Praeclarè de inuidia fabulantur Poete, cum asserunt pestem illam apud inferos serpentibus vesci, & hydris recreari: vt ostendant inuidos venenum deglutire, venenumque euomere. Alienam enim felicitas inuidis toxicum est: lætarique villa ex parte non possunt, nisi suo veneno alias inficiant, at certe nihil turpius esse potest, nihilque magis contra humanitatem, quam alieno malo lætari, & alieno bono torqueri, quorum vtrumq; facit inuidus. Senen. lib. de inst. reip.

Socrates interrogatus, quid bonis viris molestum esset, respondit, malorum felicitas, quid malis, bonoru prosperitas. Anto. Mel. ser. 70. par. 1.

Cum ostendere velet Aristoteles, quid esset inuidia. Antagonistam fortunatorum esse dixit. Idem serm. 62.

Hippias duplēcē inuidiā dicebat esse, iustum quidē cum quis inuidet improbis honoratis, iniustam cū bonis. Et inuidi duplo magis quā cæteri calamitosi sunt nō enim solum proprijs malis gravatur vt alij. Sed alienis quoq; bonis Stob. ser. 36.

Omnibus his vehementius, & importunius malum est inuidia: quæ nos inquietat, dum comparat. Hoc mihi præstitit: sed illi plus, sed illi matutius.

*Feria VI. post Dom. in Paſſione. 160*

turius. Libro. 2. de Bene. capite. 27.

Inuidiam ferre aut fortis aut felix potest. Ex Pub. Mi.

Inuidia tacitè, sed minutè irascitur. Ex eodem.

Inuidia loquitur, non quod est, sed quod subest. Ex eodem.

Imbecillos oculos esse, qui ad alienam lippitudinem suffunduntur. Ex eodem.

Si nullos inimicostibi parit iniuria, multos tamen inuidia. Ex eodem.

Si non inuideas, maior eris: nam qui inuidet, maior est. Ex eodem.

Scipio Africanus ab vrbe sæpen numero secedebat, rusticari perdiu solitus, vt & inuidiæ quicquam detraheret, & respirâdi locum illis præstataret, qui splendore virtutis eius, & gloria rerum gestarum opprimi videbantur. In Politica.

Inuidia quidē indeterminata est, perinde atq; ægritudo oculorū, quæ ad omnē splendorē turbatur. (Et post pauca.) Quo circa Themistocles, cū adhuc adolescēs esset, nihil splendidū à se fieri dicebat: nemine enim adhuc se inuidum habere. Etenim quemadmodū cantharides lētoribus frumentis, & viridioribus rosis maxime innascuntur: ita inuidia eos præcipue tangit, qui boni sunt, quique ad virtutem gloriamq; graffari videntur.

Infelicitas inuidos quidem compescit, inimicitias vero non tollit: oderūt etiam hostes ad extremam

tremam redactos calamitatē. Nemo est qui miseria inuidet. Idecirco illud à quodam è nostris sophistis non sine ratione dictum: Inuidos homines libenter commisereri. Non enim inuidi multos è propinquis ac domesticis suis perire volunt, nec ad extremam miseriā redigi: sed felicitatem eorum graui animo ferunt, prohibentque (si possunt) eorum gloriam ac splendorem: extremam vero calamitatem non optant: sed si perinde ac ex altissimis ædibus eam partem quæ suas obscuriores reddit, deposuerint, bene fecū agi existimant. Lib. de odio & inuidia.

Eò iam amentiæ ventum est, vt ex aliorum magis vita nostra pendeat, quam ex se se ipse, naturaqué nostra in degenerem quandam inuidamque affectationem depravata, non tam proprijs lètari solet, quam alienis bonis angi. Quos tu perquam beatos, atque in gremio Iouis (quod aiunt) esse putas, si deducto atque retracto velo speciosissimo, transmissa gloria illorum & externa specie, penitus introspexeris, profecto intestina multa peracerba permolestaque deprehendes. Lib. de Tranq. animi.

\*

**DOMI-**

## **DOMINICA IN** **Ramis Euangelium.**

**Cum appropinqua fset Iesus Ierosolymis.**  
Matthæi 21.

**D**E hoc mysterio, vide in M. parte. 2. & in Add. in tractatu de vita Christi.

Nunquam Dominus tantam lètitiam ostendit nisi cum passurus Ierosolymam ascendet. Nam vt alius commemorat Euangelista in hoc itinere præcedebat eos. Promptitudinem ad patiendum ostendens & ex consequenti nunquam sic discipulos increpauit, nisi cum indigna maiestate sua, suam iudicabant passionem, vide tomo. 3. Concionū Concionē. 1. feria. 2. Paschæ ibi, Cum ergo Dominicæ Passionis, & supra feria. 6. post. 3. Dominicam Quadrag. Conc. 1. ibi, Inter ea reuersi discipuli. Cum tanta lètitia & gloria & populi acclamationibus ipsius gloriæ prædicantibus voluit Dominus Ierosolymam intrare eo quòd in summo habeat honore quæ in nostram cedunt utilitatem, vide tomo. 1. de Sanctis Concionē. 1. in festo Visitacionis Beatae Mariæ in principio, & supra feria. 6. post primam Dominicam Quadragesimæ Concionē. 1. in principio post exordium eleganter.

X

Lætitia

Lætitia hæc desiderium innuit pro nobis patiendi, simili etiam consilio in transfigurationis gloria Moyses & Elias loquebantur de excessu quem complesturus erat in Ierusalem, vide supra Dominica. 2. Conccione. 1. §. 1.

(Ecce rex tuus venit tibi.) Regis est subditos tueri ipsi assistere sua cōtinua prouidentia subditos gubernare quod nobis hoc Christus præstiterit, vide tomo. 3. Conc. Conccione. 2. feria. 2. Paschæ, ibi, Scitis fratres multa esse.

(Ecce rex tuus venit tibi.) Et adeò tuus ut quacunque ex parte ipsum aspiceris tuus inueniatur, quod Christus Dominus omni ex parte noster sit, vide tomo. 3. Concionum Dominica. 2. post Pascha Conccione. 1. in exordio, sed ob hanc causam multis titulis se nominat, ut rex, pastor, medicus, ibidem in principio Concionis.

(Ecce rex tuus.) Qualiter Christus dū hic visueret regis officio functus sit & in cœlorefidens æternus rex semper existat, vide tomo. 3. Conc. in Ascensione Domini Conccione. 3. ibi, Vidistis haec tenus.

(Ecce rex tuus venit tibi mansuetus.) Velut alia habet litera & ipse pauper, quare elegerit Dominus pauperem & abiecat vitam in hoc mundo, vide in natali Domini Conccione. 4. per totam, vbi rationes quæ illic assignantur cur voluerit Dominus in præsepio nasci huic intento maximè

maximè conueniunt, Quod Deus peculiariter bonorum Deus fit & rex propter ipsos venerit, eos redempturus, & quod vicem rependentes ipsius populus esse teneantur, vide ad longum in Circuncisione Conccione. 3. per totam tom. 3. Concion. Qualiter Christo Domino regis nomen & officium si quæ regis sunt considerentur quadret, vide in Epiphania Conc. 3. ibi, Ingressi ergo Ierosolymam. (¶ Vt adimpleretur quod dictū est per Prophetam.) Quod incarnatione vita & mors Christi prophetijs sint confirmata, vide in Introd. Symboli par. 4. à ca. 4. & deinceps: quod verum Messiam decebat pauperem humilem mansuetum venire, ibidem Dialogo. 5. & Dialogo. 6. & 7. ferè idem est argumentum.

Aduerte mundi conditionem eius status est, nunquam in eodem statu permanere quem hodie tanta pompa letis & magnificis recipiunt acclamationibus, post pauca morte dignum acclamabunt, sed & Dominus in fine huius processionis lachrymas fundens ciuitate conspecta ad quam aduenerat passurus eius inconstantiam & mundi instabilem gloriam declarant. Mundi inconstantia ostenditur tomo. 3. Cencionum Dominica. 3. post Pascha Conc. 1. in principio.

Qualiter Christus rex fuerit, vide tom. 1. Cencionum Conccione. 1. in Annunciatione, ibi, Ecce concipies.

FERIA V. IN COENA  
Domini, Euangelium.

**¶** *Ante diem festum Paschæ sciens Iesus quia  
venit eius hora. Iean. 13.*

**D**E hac coena mirabili, & admirabili sermone hodie ad discipulos habito, vide in O. in prima meditatione, & in M. tom. 2. & in Add. in tractatu de vita Christi.

Duo in hoc Euangeliō commemorantur & magnitudo diuinitatis Christi, ibi, Sciens quia à Deo exiuit, & eius immensa charitas cum dicitur in finem dilexit eos. Ex his duabus causis magnitudo ipsius ostenditur, vide in Introducione fideli partē. 4. Dialogo. 7. De charitatis excellentijs habes copiose in nostro autore in M. tractatu de Dei amore, & in Addit. consule titulos capitum longum enim effet hic omnia decensere.

(In finem dilexit eos) Filij Dei in nos charitas ex amore quo patrem diligit eleganter & ad longum comprobatur, videlicet in tom. 1. de Sanctis Concione. 3. in Annunciatione Beatæ Mariæ in tractatione thematis, sed præcipue & eleganter charitas hæc qua Christus in Cruce pro nostra pendens salute in fine ostensa est, demonstratur ut in tom. 1. de Sanctis Concione. 1. in festo San-

ctorum

& torum Philippi & Iacobi. §. 2. Quod charitas Christi nobis in eius innotuit passione, vide Dominica præcedenti Concionē. 1. per totam.

(Coepit lauare pedes.) Nam humilitatem docens ad pescatores pedes lauandos se deiecit excelsus ipse humiles in terra respexit eleganti discursu hoc explicatur tomo. 1. de Sanctis Concione. 1. in Purificatione Beatæ Mariæ in principio.

Exæstè hodie Dominus serui exercuit officium, vide supra feria. 4. post secundam Dominicam Quadragesimæ Conclonē. 1. parte. 2.

(Exemplum dedi vobis,) De humilitate habes tomo. 4. Concionum Dominica. 10. post Pentecosten per duas eiusdem Dominicæ Conciones, & Dominica. 16. Concionē. 2. part. 2. Quod superbiæ malum Domini humilitate curatum sit, vide tomo. 1. Concionum Concionē. 3. in Natiuitate Domini, ibi, Ut à tumore superbiæ, Quod Domini humilitate in spem erigamur & ad charitatem accendamur cum in fine nos dilexerit, ibidem usque ad finem Concionis, vide totam Concionem quartam, ibidem.

\*

X 3 In eadēma

In eadem feria Quinta, & quæ sequuntur duximus adnotanda ex libro Collectaneorum eiusdem, in illud (exemplum enim dedi vobis.) De exemplo & imitatione.

**P**aulo ante Demetrium retuli, quem mihi videtur rerum natura nostris tulisse temporibus, ut ostenderet nec illum à nobis corrumpi, nec nos ab illo corripi posse. Virū exacte, (licet neget ipse) sapientiæ, firmaque in ijs quæ proposuit constantiæ. Eloquentiæ quoque eius, quæ res fortissimas deceat, non concinnatae, nec in verba sollicitæ, sed ingenti animo, prout impetus tulit, res suas prosequentis. Huic non dubito quin prouidentia & talem vitam, & talem dicendi facultatem dederit: ne aut exemplum saeculo nostro, aut conuictū deesset. Lib. 7. de Bene. cap. 8.

Aliquis vir bonus nobis eligendus est, ac semper ante oculos habendus, ut sic tanquam illo spectante viuamus, & omnia tanquam illo vidente faciamus. Hoc mihi Lucili Epicurus præcepit, custodem nobis & paedagogum dedit: nec immrito. Magna pars peccatorum tollitur, si peccaturis testis assistat. Aliquem habeat animus, quæ verecatur, cuius autoritate etiam secretum suum sanctius faciat. O felicem illum, qui non aestus tantum, sed etiam cogitatus emendat. O felicem, quis licet aliquem vereri potest, ut ad memoriam quoque

quoque eius se componat, atque ordinet. Qui sic aliquem vereri potest, citò erit verendus. Elige itaque Catonem, si hic videtur tibi nimis rigidus, elige remissioris animi virum Lætium, elige eum cuius tibi placuit & vita, & oratio: & ipsius animum ante te ferens, & vultum: illum semper tibi ostende, vel custodem, vel exemplum. Opus est, inquam, aliquo ad quem mores nostri se ipsi erigant. Nisi ad regulam, praua non corriges. Seneca Epist. 11.

Cogita quatum nobis exempla bona profint: scies magnorum virorum non minus memoriam, quam præsentiam esse vtilem. Seneca Epist. 103.

Quid est cur hominem ad tam infelicia brutorum exempla reuoces, cum habeas mundum, Deumque, quem ex omnibus animalibus ut solus imitetur, solus intelligit? Lib. 2. de Ira. c. 16.

Vt salutaria (quæ citra gustum tactumque odore proficiunt) ita virtus, utilitatem etiam ex longinquo & latè fundit, siue expatiatur & vtitur suo iure, siue precarios habet accessus, cogiturque vela contrahere, siue otiosa mutaque est, & angusto circumscripta, siue adaperta: in quounque habitu est, prodest. Quid tu parum vtile putas exemplum bene quiescentis? Libro. 1. de Tranquil. vit. c. 3.

Inferior horret, quidquid peccat superior. Ex Pnbl. Mi.

F E R I A   S E X T A  
in Parafceue.

**D**E passione habes multis in locis & ijs notissimis in G. libro. 1. capite. 4. Historia Passionis in O. in meditationibus primis pro hebdomada. Circumstantiae considerandæ ad Christi dolores exaggerandos ibidem ca. 11. & in M. tomo. 2. & in Addit. tomo. 2. in tractatibus de vita Christi. Facili negotio huic mysterio potest applicari doctrina quam habes in Add. in mysterio Purificationis Beatæ Mariæ in principio. Christus in passione ciconis similis ostenditur in Introductione fidei parte. 1. cap. 14. De solidis obscuratione quæ in morte Domini facta est, ibid. par. 2. cap. 27. §. 1. De mysterio Crucis, ibid. per totam etiam partem, consule titulos capitū, & cap. 6. ibidem, quam gratum fuerit Patri Filij in Cruce sacrificium aptissima & deuota similitudine explicatur quo amore teneamur diligere eum qui talia pertulit tormenta ut nos ab illis eriperit, vide ibidem capite. 14. §. 3. & 4. Figuræ de Passione & morte Christi recensentur, ibidem par. 3. cap. 26. Causæ effectus circumstantiae ad amplificandā Christi passionē eleganter habentur, ibidē Dialogo. 4. Exempla passionis Christi ad humilitatem nos mouent, ibidem par. 3. c. 16.

In illud.

In illud; Baiulans sibi crucē, graue pondus, & quid non graue in quo erant omnium nostrum crimina, quæ vt onus graue super nos grauata erant, nunc extra suum posita locum proprium super illius humeros qui peccatū non fecit aquæ more grauiora erant, quod ad peccatorum nostrorum portanda onera Dominus venerit, ostendit supra feria. 6. post primam Dominicā Quadragesimæ, Concionē. 2. ibi, Cum ergo misericordia parens.

I N D I E S A N C T O  
Resurrectionis Do-  
mini.

**D**E hoc mysterio ex professo agitur in Q. meditatione. 1. pro die Dominica, & in M. & in Add. in tractatibus de Vita Christi. Corporum nostrorum resurrectionem exemplo bombicū colligit nos ter autor ex Basilio. Vide in Introductione fidei, lib. 1. cap. 21. & cap. 12. Quale fuerit Beatæ Virginis gaudium viso Christo viuente & glorioso, quem viderat mortuum, ad hoc applicari potest exordium Concilii primæ Dominicæ in Albis tomo. 3.

Hæc dies quam fecit Dominus &c. Lætitia huius diei spiritualis debet esse, sed populi malitia

K 5 in car-

in carnalem & mundanam versa est, qua præteri te poenitentia agentes, poenitentiam ut canes ad vomitum reuertuntur. Vide tomo. 1. Conc. Con cione. 3. in Natali Domini in Exordio.

## FERIA II. PASCHÆ

### Evangelium.

*Duo ex discipulis Iesu ibant ipsa die in castellum. Luce. 24.*

**N**O S autem sperabamus &c.) Debilis & infirmæ fidei & penè desperate & frustrate spei hæc vox est. Quam difficile manus animus ad ea quæ sunt supra rationē fidei & spei mysteria assurgat explicatur to. 4. Conc. Domi. 6. post Pentec. Conc. 2. ibi, Sed videamus.

(Cognouerunt eum in fractione panis.) Ideo in fractione panis eum cognouerunt, quia eius mos erat pane accepto in cœlum gratias acturus oculos erigere, & non prius ipsius comedendi licentiam concedere, nisi benedictione suscepta, sic nos ad mensam non prius accedamus quam benedictione & gratiarum actione præmissa. Vide tomo. 4. Concilio. Dominica. 6. post Pentecosten, Concione. 1. ibi, primum igitur Dei filius.

Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur, qualis Christi diuina eloquentia quæ corda

corda ad se adducebat suorum verborum amore succensa erat. Vide tomo. 4. Conc. Domin. 4. post Pentec. Conc. 1. in princ. De charitate quæ ignis ardens est. Vide in Add. tomo. 1. cap. 1.

De Christo loquebantur & ideo merebantur eum habere itineris socium. Quod Deus semper habendus sit in ore & in corde. Vide in O. par. 2. cap. 2 §. 4. 5. & 6. & in Add. tomo. 1. cap. 10.

In octaua Paschæ in illud; (Stetit in medio & dixit pax vobis.) De vera pace, vide quæ adnotavimus Domin. 3. in Quadrag. & in G. lib. 1. c. 20.

(Ostendit eis manus & latus.) Cicatrices vulnerum conseruavit ut ostenderet patri pro nobis intercessurus, & in signum amoris. Vide in Intro ductione fidei, par. 3. cap. 9.

Ex Collectanea eiusdem, ideo Dominus cicatrices cōseruare voluit ut intelligeremus quæ pro nobis ipse pertulit, ne ingratitudini locus daretur. Veteranus quidā, cū vocatus in ius periclitaretur, addit in publico Cæsarē Augustū, rogās vt sibi vellet adesse, Cæsar ex coinitatu suo selectum illoco dedit, ei que litigarem commendauit. Hic miles vociferans, at non ego Cæsar, periclitante te Actiaco bello, vicarium quæsiui, sed pro te ipse pugnauis: simulq; detexit, cicatrices. Erubuit Cæsar, atque ipse descendit in aduocationem, veritus, ne non modo superbus, verum etiam ingratutus videretur. Eras. lib. 4. Apoph.

**DOMINICA PRIMA**  
post Octauas Paschæ  
Euangelium.

**Ego sum pastor bonus.** *Ioan. 10.*

**D**E officio pastorum, vide quæ adnotabilius in communi confess. Quod Deus noster pastor sit. Vide in G.lib. 1.ca. 12. §. 1. Quod Deus multis titulis noster sit, & pastor & cibus. Vide in Add. tom. 1. consideratione vlt. Pastorum officium esse præcipuum verbo Dei gregem pascere insigni testimonio Isidori Clari Episcopi Fulginatis id probat noster autor in prologo suarum Concionum in princ. tomo. 1. Quod Christus noster pastor sit, vide tomo. 1. Conc. Dominicæ 4. Aduentus, iuxta morem fratrum Prædicatorum, Concione. 2. ibi, Sed inter hæc tam apposita. Pastoris officium est, laborem pro grege sustinere, sed ex grege sustentari, sed serui paucitatis oues est, sibi laborem Domino regis illius commodum comparare, hoc officium nobis præstitit Christus, pro ouibus laborem sumpsit ouium emolumenta in ipsarum ouium conuertens commodum. Vide infra Dominicæ 3. Concione. 2. ibi alia quoque.

Quantū laboris Dominus sustinuerit, vt oues perditas

**Dom. II. & III. post Oct. Paschæ. 167**

perditas congregaret. Vide tomo. 2. Conc. fer. 6. post tertiam Dominicam Quadragesimæ, Concione. 1. ibi, Hora erat quasi sexta.

**DOMINICA II. POST**  
Octauas Paschæ Euang.

**Modicum & non videbitis me.** *Ioan. 16.*

**T**ristitia vestra vertetur in gaudium.) Quo gaudio sancti in hac vita pro Christo labores sustinuerint. Vide in communi martyrum. Quæ mundanis tristitia in hac vita videntur sanctis & iustis in terra spiritus consolatione letissima sunt. Vide in G.lib. 1. cap. 16. & cap. 22. (Iam non meminit presuri propter gaudium.) De spirituali gaudio, vide Conc. 2. in comm. Virginum. §. 1. Vide etiam quæ nos adnotauimus ex alijs autoris locis in illa verba, prægaudio illius yadit. Ibidem.

**DOMINICA III. POST**  
Octauas Paschæ Euang.

**Vado ad eum qui misit me.** *Ioann. 16.*

**S**i non abiero paraclitus non veniet.) Vt abla sta consolatione corporea qua de Domini præsentia gaudebant, locus in eorum cordibus

bus relinqueretur, supernæ consolationi, diuini spiritus quo corporeus amor spiritualem & dñi num impedit. Vide in add. cap. 3. & 4. & in O. part. 2. cap. 3. §. 5. & tom. 3. con. Concio. 4. Pente costes ibi, quod si à me quisque.

(Expedit vobis, vt ego vadā.) Quod expedit aliquando Deū consolationē quam sui præsentia præbet, à suis abstrahere. Vide in O. cap. 4. §. 1.

## DOMINICA IIII POST octauas Paschæ Euan- gelium.

¶ *Si quid petierit patrem. Ioannis. 16.*

**D**E necessitate & vtilitate orationis. Vide in O. part. 1. cap. 1. De quinque partibus quas oratio habet ibidem cap. 2. de Laudibus orationis est elegans tractatus ibidem par. 3. tractatu. 1. Quod in oratione perseuerandum sit, licet non statim quod petimus impetremus. Vide in G. lib. 1. c. 21. Quid sit à Deo præcipue pertendum, & quo affectu. Vide in M. in secunda bēne viuendi regula cap. 3. §. 1. Qua perseuerantia, & fide & spe orandum. Vide tom. 2. Conc. Dominicæ. 2. Quadragesimæ. Conc. 3. de muliere Cananitidæ in tractatione thematis, & Concio. 1. per

per totam. Qualiter orandum, vide quæ adnotat noster autor, tom. 2. Conc. Fer. 6. post quartâ Dominicam quadrag. dum petitionem illam sororum Lazar i. Ecce quem amas infirmatur, explanat, Vide duas eiusdem Feriæ conciones.

(In nomine meo.) Quod Christus nos relique rit hæredes suorum meritorum, vt illis propositis possimus fiducialiter petere. Vide in introducione fidei part. 3. cap. 22.

Huic Dominicæ applicari potest Concio quæ habetur in fine tom. 4. Concio. pro magna necessitate.

## IN ASCENSIONE Domini Euangeliū.

¶ *Recumbentibus undecim discipulis.  
Marci Ultimo.*

**D**EHOC mysterio, vide in M. & in Add. in tractatibus de vita Christi. Qui crediderit & baptizatus fuerit. De virtute fidei, vide quæ adnotauimus Dñica. 2. post octauas Epiphaniæ, & Fer. 6. post. 4. Dominicam Quadrag. in illa verba, Omnis qui viuit & credit in me. Vide etiam infra nostrum autorem. In omnibus ferè concionibus Sanctissimæ Trinitatis, & supra dominica in passione. Conc. 3. §. 3.

In festo

**I N F E S T O P E N T E-**  
**c o s t e s E u a n g e l i u m .**

¶ *Si quis diligit me. Ioannis. 14.*

**I**N igne Spiritus sanctus apparuit. De virtute ignita amoris, vide in Add.lib. 1. cap. 1. per totum. Vide mirabilem Spiritus sancti effectum, quod medijs hominibus de media plebe mundū subiugauerit vniuersum quod de Paulo amplificat Chrysostomus homil. 4. De laudibus pauli, & refertur à nostro autore in epistola dedicatoria Rhetoricæ Christianæ ad Academiam Coimbricensem. Vide etiam in Introductione fidei par. 2. cap. 12. & 13.

De huius diei insigni miraculo diuersitatis, scilicet linguarum, vide ibidem cap. 27. §. 1.

(*Si quis diligit me, sermonem meum &c.*) Vt que ad illud (ad eum veniemus) quo amore Pater & Filius se diligent, & quo affectu se diligentibus prosequantur, & in dilectione se exercentibus appareant. Vide in festo Sanctissimæ Trinitatis, Concione ultima, parte. 3.

(Mansionem apud eum faciemus.) Eam animam Deus inhabitat, quam per gratiam & amorem suum cooperante diuino spiritu paratam inuenit. Vide tomo. 1. de Sanctis Concione. 1. in Purificatione Beatae Mariæ, ibi, Is etiam abijt qualiter

qualiter Deus in animabus nostris dicatur habitate, & quæ bona nobis proueniant ex hac diuina in nobis habitatione. Vide Dominica. 4. Aduentus iuxta vsum fratrum prædicatorum, Concione. 3. par. 2. in tractatione thematis.

Mirabilis mundi per Apostolos conuersio explicatur, peculiariter de beato Apostolo Paulo, tom. 1. de Sanctis Concione. 3. in festo Apostolorum Petri & Pauli ibi addam his aliud.

**F E R I A I I . P E N T E-**  
**c o s t e s E u a n g e l i u m .**

¶ *Sic Deus dilexit mundum. Ioannis. 3.*

**V**ide in Introductione fidei. par. 3. cap. 14. (Vt filium suum unigenitum daret.) Quod ex hoc quod filium dedit, spes augetur & solidetur, Ibidem cap. 15.

Mundi per Apostolos conuersio idolatri destructio explicantur. tom. 2. de Sanctis Conc. 2. sancti Bartholomæi. §. 3. Quæ bona nobis contulerit diuinus spiritus nobis Christi Domini mentis communicatus in Euangilio & legis gratiæ promulgatione. Vide tomo. 2. de Sanctis, Concione tertia. in Nativitate Beatae Mariæ in principio.

**I N F E S T O S A N-**  
**Etiſſimæ Trinitatis Euan-**  
**gelium.**

**¶** *Data est mihi omnis potestas. Matth. 7.*

**C**VM ea quæ in prospectu nostro sunt inueniamus cum labore altissimum myſterium Trinitatis inuestigare quis poterit. Vide in O. par. 2. cap. 4. §. 3. Qualiter Deus ex creaturis cognosci valeat. Vide quæ adnotamus Dominica. 1. 6. post Trinitatem. Hoc etiam argumentum copioſe versat noster autor in Introducione fidei par. 1. per totam, & cap. 2. habet deuotam meditationem qua anima ex cognitione creaturarum ad Dei cognitionem affurgit. Vbi etiam habetur, quod de is magis cognoscitur à quo magis amatur iuxta Augustini ſententiam citatam à nostro autore Concioне. 2. Huius festi. Cognitionis Dei ordo ex sancto Dionyſio habetur ibidem cap. 3. 8. Fidei neceſitas & excellentia habetur ibidem lib. 2. per totum, quod religio nostra altissime de Deo ſentiat. Ibidem cap. 4. de sanctissima Trinitate eſt elegans & integer traſtatuſ. Ibidem par. 4. Dialogo. 3. Dei perfectiones reſenſentur in G. libro. 1. cap. 1. vbi & ex creaturis probantur.

Deum

*In feſto Corporis Christi. . . 170*

Deum eſſe indubitatum eſt: iniquorum tamen vita qui ſunt ſine Deo in hoc mundo contrariū probare videtur. Vide Dominica. 2. 1. poſt Pentecosten, Concioне. 2. in principio.

**I N F E S T O S A C R A-**  
**tissimi Corporis Christi**  
Euangelium.

**¶** *Caro mea verè eſt cibus. Ioannis. 6.*

**D**E huius ſacramenti institutione. Vide in Add. Consideratione. 3. ex vltimis. & in O. meditatione. 1. Pro feria. 2. Copioſum traſtatum de p̄paratione ad Euchariftam ha‐bes in M. 1. par. traſtatu. 3. Seminum myſteriacione & animæ creatione oſtentatur Euchariftæ myſterium in Introducione fidei, parte. 1. cap. 3. 8. & par. 2. cap. vltimo. Integer eſt dialogus & elegans, de hoc myſterio ibidem parte. 4. Dialogo. 8. De hoc diuinissimo ſacramento & quam reverentiam teneamur habere in templo vbi corporaliter eſtit. Vide in Add. Consideratione 5. §. 2. & 3. Vide Dei bonitatem vt ſe bonis com‐municaret permifſit ab indignis traſtari. Vide in G. libro. 1. capite. 5. Hoc ipsum probatur comparatione facta ad antiquum populi Iudaici templum & eius ſacrificia Feria ſexta

Y 2 post

*Annotationes in Euangelia.*

post primam Dominicam Quadragesimæ, Concionem. 1. §. 1. & Dominica infra octauas Epiphaniae Concionem. 1. in tractatione thematis.

De sanctissima Eucharistia dignè sumēda. Vide tom. 4. Conc. Dominicæ. 2. 3. post Pentecosten, Concionem. 1. ibi, At Dominus. Quantum huius cibi sumendi necessitatē habeamus, Ibidem Concio. 1. ibi, Sed aliud in is. Ad Eucharistię sumendum adhortamur de voto discursu Dominicæ. 4. Aduent. iuxta morem Romanum, Concionem. 3. in fine.

Quod sanctissimum hoc sacramentum cibus sit, quo anima in huius vitæ via reficitur & robur accipit, vt ad coelestem patriam aspirare valeat, sicut olim Eliæ panis. Vide tom. 4. Conc. Dominicæ. 6. post Pentecosten, Concionem. 1. ibi, Tertius vero. Manna illud in arca afferuari præcipitur ne populstanti esset immemor beneficij sic & sanctæ in Ecclesia Eucharistia, vt nostræ Redemptionis semper agatur memoria, vt hac gratitudine ad maiora beneficia disponamur. Vide tom. 3. Conc. Concio. 1. feria. 2. Paschæ. ibi, Qui sunt hi sermones.

Accedendum esse ad sacram Eucharistiam sua demur, vt eius contactu superna virtus nobis applicetur. Vide Dominicæ. 2. post octauas Epiphaniae; ibi, Postremò hac etiā. Quām salubre sit vt à Deo diligaris & illumineris ad diuinam accedere

*Dominica I. post Pentecosten.* 171

dere Eucharistiam comparatione facta ex Elisei historia & Beati Dominici Patris nostri exemplo ostenditur tomo. 2. de Sanctis Concionem. 4. eiusdem festi, ibi, Deinde illud, Dein nostri dignatio summæque amicitiae & amoris indicium quo vnum cum homine huius diuinissimi sacramenti medio cibo esse voluit, eleganter explicatur tomo. 1. de Sanctis, Concionem. 2. in Visitatione Beatae Mariæ, ibi, & unde inquit, hoc mihi. Quæ fuerit prima processio in qua Dominici corpus gestatum est. Vide ibidem Concionem. 3. §. 1.

Deuota oratio qua homo ad Eucharistiā accedit, vti debeat assignatur. to. 4. Conc. Dominicæ. 3. post Pentecosten Concionem. 1. ibi, O quantum fratres. Vide etiam Dominicæ. 2. ibidem, Concionem. 1. ibi, Quid hic Petrus.

**D O M I N I C A P R I M A**  
post Pentecosten Euangelium.

*¶ Stote misericordes. Luce. 6.*

**A**D misericordiā suademur propositis animalium exemplis, quæ ab autore naturæ in suos misericordiæ opera didicerūt exercere. Vide tomo. 4. Conc. Dominicæ. 2. 2. post Pentecosten, Concionem. 1. §. 2.

*Annotationes in Euangelia.*

Devirtute eleemosynæ integrum habes Concionem to. 2. Conc. Dominica. 4. in Quadrag. Cōcio. 3. Est etiam de virtute eleemosynæ copiosus & elegans tractatus in O. par. 2. tract. vlt. & in M. in. 2. bene viuendi regula. cap. 3. §. 5.

Exemplo animalium monemur misericordes esse in proximos. Vide in Introductione fidei part. 1. cap. 22.

(Sicut pater vester misericors est.) Quod tota nostra perfectio in patris coelestis similitudine consistat. Vide in Add. tomo. 1. cap. 1.

De Dei misericordia & bonitate ibidem Consideratione. 1. ex septem vltimis.

Contra immisericordes grauis obiurgatio habetur tomo. 3. Conc. Dominica post Pascha, Cōcione. 2. ibi, Rursus etiam.

De misericordia & eleemosyna est integer tractatus tomo. 3. Concio. post Conciones in ferijs Rogationum.

(Estote misericordes.) Vnde misericordiae affectus in proximos manet explicatur apposito exemplo tomo. 1. de Sanctis, Conccione. 1. in Visitacione Beatae Mariæ, ibi, Est & aliud. & tom. 2. de Sanctis, Conccione. 1. in festo Sanctorum Simonis & Iudei, ibi, Hæc mando vobis.

(Sicut pater vester misericors est.) De diuina misericordia, vide tomo. 4. Concio. Dominica. 6. post Pentecosten in illa verba, Misereor super turbam,

*Dominica II. post Pentecosten. 172*

turbam, & Dominica. 15. Conccione. 1. in princ. Dei misericordia explicatur qua nos suademur misericordes esse in proximos eleganter.

(Nolite iudicare.) Non temere de proximis iudicandum suadetur, apposito adducto exemplo. tom. 4. Conc. Dominica. 8. post Pentecost. Concio. 1. ibi, Mira plane horum. & in G. lib. 2. cap. 11. §. 1. & 2. Nullum iudices secundum præsentia opera. Fortasse enim te nesciente de numero est prædestinatorum, Ibidem lib. 1. cap. 6.

**DOMINICA II. POST  
Pentecosten Euang.**

*¶ Homo quidā fecit cœnam magnā. Luc. 14.*

**C**Ooperunt omnes simul se excusare.) Propter bonorum temporalium voluptatem, ad coeleste conuiuium homines venire refusant, in suis ostendentes operibus ad hæc fruenda bona ipsos conditos, quod non ita esse ut magna hominum opera indicare videntur ostenditur tom. 1. de Sanctis Conccione. 1. in Inventione Sæcta Crucis, ibi, Primum enim constat. & feria. 4. post. 4. Dominicam Quadrag. Concio. 1. ibi, Me oportet operari, & to. 1. de Sanctis, Conccione. 2. Sancti Iacobi in prin. ibi, Sed vt ad institutum.

**Y 4 Quo**

*Annotationes in Euangelia.*

Quo affectu amore & desiderio homo ad terrenas diuitias feratur, illarum falsa & apparenti pulchritudine captus Dei amore relictō, in quo est fons omnium diuitiarum. Vide tom. 3. Conc. Concio. 2. Pentecostes per totam.

Ad lachrymas & poenitentiam vocamur, & ad nuptias nos vocati prædicat Dominus, & ad lautam coenam; eo quod Dei ope & Spiritus sancti interiori consolationi, maiorem inueniunt sancti in fletu & lachrymis consolationem, quam mundani in mundanis delicijs. Vide tom. 3. Concio. Dominica. 4. post Pascha, Concio. 2. ibi, Nec iudicio solum. Quod etiam per Christum suave redditum sit id omne quod mundus asperū in Christiana religione iudicat. Vide tom. 2. Concio. in commu. Apost. dum illa verba explicantur. Iugum meum suave est. Vide etiam, quæ ibidem nos adnotamus in eadem verba ex alijs auctoris locis.

Propter bona temporalia quæ à Deo acceperant, ad eius coenā venire noluerūt, quæ deberent illos excitare ad obsequendum ei, à quo tot acceperant beneficia: sic multi faciunt, qui Dei beneficijs detersiores fiunt. Vide tom. 2. Conc. Dominica. 4. in Quadragesima, Concio. 1. in princ. Dei bonitas nos ad suam coenam vocantis nos inducit, vt ad illam sedulo veniamus quæ compellere debet operarios vt ad laborandum in vineā accurant,

*Dominica II. post Pentecosten.* 173

accurant, vide tomo. 1. Concionum Dominica in Septuagesima Conc. 3. in tractat. thematis.

Alij se excusauerunt dicentes villam emi, & illi sunt qui amore terrenarum diuitiarum ad coeleste conuiuiū venire renuunt, alij dicentis uxorem duxi proprij corporis & carnis voluptate, alij iuga bouum emi, quinque propter prauā consuetudinem peccandi quam boues assueti diligere tritoram significabant, has omnes excusationes mirè arguit noster autor in G. lib. 1. parte. 3. per totam, consule titulos capitum, de carnis appetitu in G. lib. 1. cap. 19. §. 2. & lib. 2. capite. 5. & 6. contra avaritiam & luxuriam, & in M. tomo. 1. regula. 1. §. 8. & tomo. 1. de Sanctis Concio. 2. Sancti Matthiæ. §. 3. & 4.

Quam difficilis sit ad castitatis virtutem additus ostenditur tomo. 1. de Sanctis Concio. 1. in festo Sancti Thomæ Aquinatis. §. 2. ab hoc appetitu coercemur exempli animalium in Introductione Symboli parte. 1. cap. 22. quod nimie terrenarum rerum occupationes à Deo auer tant in O. parte. 2. cap. 3. §. 6. 7. & 8. & in M. to. 1. in prima bene viuendi regula. §. 8.

Delicijs & bonis corporis renunciandum pro maioribus delicijs spiritus, scilicet, exemplo quorundam animalium, quæ vt vitam seruent & suis potiantur desiderijs & membris se priuant, vide in Introductione Symboli parte. 1. capite. 14. &

Y 5 idem

*Annotationes in Euangelia.*

idem cap. 16. Si creaturarum pulchritudo & delectatio, hominem à Deo alienant, maior certè erit pulchritudo Dei, ex qua hęc pulchritudo di manat, in Prolog. G. & cap. 1. diuinæ recensentur perfectiones.

(Iuga boum emi quinq.) De custodia quinq; sensuum, in O. parte. 2. cap. 2. §. 7. Nemo virorum illorum qui inuitati sunt gustabit coenam meā, in M. parte. 2. tract. 3. cap. 4. §. 3. Quæ mala ex voluptate sequantur, vide in Rhetorica libro. 2. cap. 5. prope finem.

In eadem Dominica secunda post Pentecosten. De mundi amore quo isti se excusarunt ne ad diuinum venirent conuiuum, & quæ sequuntur apposuimus, ex libro Collectaneorum eiusdem.

**C**ontemnere omnia aliquis potest, omnia habere nemo potest. Breuissima ad diuitias per contemptum diuitiarum via est. Seneca Epist. 63.

Si vis beatus esse, si fide bona vir bonus, sine contemnante aliquis. Seneca Epist. 72.

Æquo animo audienda sunt imperitorū con uitia & ad honesta vadenti, contemnēdus est ipse contemptus. Seneca Epist. 77.

Quæ latebra est, in quā non intret metus mor tis?

*Dominica II. post Pentecosten.* 174

tis? Quæ tam munita & in altum subducta vitæ quies, quā nō dolor territet? Quocūq; te abdideris, mala humana circūstrepēt. Multa extra sunt, quæ circumneunt nos, quæ aut fallat, aut vrgent. Multa intus quæ etiam in media solitudine ex æstuant. Philosophia circūdanda est in expugnabilis murus, quem fortuna multis machinis lacef situm, non transit. In insuperabili loco stat animus, qui externa deseruit, & arce se sua vendicat, infra illum omne telum cadit. Non habet (vt putamus) fortuna longas manus, neminem occupat, nisi harentem sibi. Seneca Epist. 83.

Relinque ista iam dudū ad quæ discurretur: relinque diuitias, aut periculū possidētiū, aut onus. Relinque corporis atque animi voluptates: molliūt, & eneruāt. Relinque ambitū: tumida res est, vana, ventosi, nullū habet terminū: tā sollicita est, ne quē antese videat, quām ne aliū post se: laboret inuidia, & quidē duplicit. Vides autē quā miser sit, si is cui inuidetur, & inuidet. Confragosa in fastigii dignitatis via est. At si cōscēdere hūc verticē libet, cuise fortuna submisit, omnia quidē sub te, quę pro excellētissimis habētur, aspicies, sed tamē venies ad summa per planū. Seneca Epist. 85.

Attalum memini, cum magna admiratione omnium hęc dicere: Diu mihi, inquit, imposuere diuitiae. Stupebam vbi aliquid ex illis alio atq; alio loco fulserat. Existimabam similia esse quæ laterent

Iaterent his quæ ostenderentur; sed in quodam apparatu vidi totas opes vrbis celatas ex auro & argento, & his quæ pretium auri argentique vicerunt, exquisitos colores, & vestes ultra non tantum nostrum sed ultra finem hostium aduectas. Hinc puerorum perspicuas cultu atque forma greges, hinc foeminarum, & alia quæ res suas recognoscens summi imperij fortuna protulerat. Quid hoc est inquam, aliud quam irritare cupiditates hominum per se incitatas! Quid sibi vult ista pecunia pompa? Ad descendam avaritiam conuenimus, At me hercule minus cupiditatis istuc effero, quam attuleram. Contempsi diuitias non quia superuacæ, sed quia pusillæ sunt, Vidistine quām intra paucas horas, ille ordo quanuis latus dispositusque transierit? Hoc itaque ipse mihi dico, quoties tale aliquid præstrinxerit oculos meos, quoties occurrit domus splendida, cohors culta seruorum, lestica formosissimposita calonibus. Quid miraris? quid stupes? Pompa est. Ostenduntur istæ res, non possidentur, & dum placent transeunt. Ad veras potius te conuerte diuitias, disce paruo esse contentus, & illam vocem magnus ac animosus exclama: Habeamus aquam, habeamus polentam, Ioui ipsi de felicitate controuersiam faciamus. Faciamus oro te, etiam si ista defuerint. Turpe est beatam vitam in auro & argento reponere, & quæ turpe est, in

est, in aqua & polenta. Quid ergo faciam, si ista non fuerint? Quæris quod sit remedium inopiae? Famem fames finit. Alioqui quid interest, magna sint an exigua, quæ seruire te cogunt? Quid refert quantum sit, quod tibi possit negare fortuna? Hæc ipsa aqua & polenta in alienum cadit arbitrium. Liber est autem non in quem parum licet fortunæ, sed in quem nihil. Ita est, nihil desideres, oportet, si vis Iouem prouocare, nihil desiderantem. Hæc nobis Attalus dixit: natura omnibus dixit. Quæ si voles frequenter cogitare, id ages, vt sis felix, non vt videaris: & vt tibi videaris, non alijs. Seneca Epist. 111.

Si prudentes erimus, malitiam & ærumnosifanimivernum perspiciemus, quamuis multus circa diuitiarum radiantium splendor impeditat, & intuentem, hinc honorum, illinc magnarum potestatum falsa lux verberet. Tunc intelligere nobis licebit, quam contemnenda miremur: simillimi pueris, quibus omne ludicum in pretio est. Parentibus quippe nec minus fratribus præferunt paruo ære empta monilia. Quid ergo inter nos & illos interest (vt Ariston ait) nisi quod nos circa tabulas & statuas insanimus, charius inepti? Illos reperti in littore calculi leues, & aliquid habentes varietatis delectant: nos ingentiū maculæ columnarum: siue ex Aegyptijs arenis, siue ex Africæ solitudinibus aduectæ, porticum aliquam,

aliquam, vel capacem populi coenationē ferunt. Miramur parietes tenui marmore indutos, cum sciamus quale sit, quod absconditur: oculis nostris imponimus. Et cùm auro testa perfundimus, quid aliud quām mendacio gaudemus? Scimus enim sub illo auro foeda ligna latitare. Ne tantum parietibus, aut lacunaribus ornamētū tenue prætenditur, omnium istorum quos incedere altos vides, bracteata felicitas est. Inspice, & dices sub ista tenui membrana dignitatis, quātum mali lateat. Hæc ipsa res quæ tot magistratus, tot iudices detinet, quæ magistratus, & iudices facit. Pecunia ex quo in honore esse coepit, verus honor rerum cecidit: mercatoresque & venales inuicem facti, quærimus non quale sit quidque, sed quanti. Ad inercedem pīj sumus, ad misericordiam impīj. Et honesta, quandiu aliqua illis spes inest, sequimur: in contrarium transiūri, si plus scelerā promitterent. Admirationem nobis parietes auri argenteaque fecerunt, & teneris infusa cupiditas, altius sedet, creuitque nobiscum. Deinde totus populus in alia discors, in hoc conuenit, hoc suspiciunt, hoc suis optāt, hoc Dijs velut rerum humanarum maximum, cum grati videri volunt, consecrant. Denique eō mores redacti sunt: vt paupertas maledictio pro broque sit, contempta diuitiis, inuisa pauperibus. Accedunt deinde carmina Poëtarum, quæ affe-

Etibus

Etibus nostris faciem subdant, quibus diuitiae velut vnicum vitæ decus ornamentumque laudantur. Nihil illis melius nec dare videntur Dijs immortales posse, nec habere. Regia solis erat, sublimibus alta columnis, Clara micante auro. Eiusdē currum aspice. Aureus axis erat, temo aureus, aurea summæ curuatura rotæ, radiorum argenteus ordo. Denique quod optimum videri volunt, sæculum aureum appellant. Nec apud Tragicos desunt, qui lucro innocentiam, salutem, opinionem bonam putant.

Sine me vocari pessimum, simul vt diues vocer.  
An diues sit, omnes quærimus: nemo an bonus.  
Non quare, & vnde: quid habeat tantū rogant.  
Vbi que tanti quisq; quantum habuit, fuit.  
Quid habere nobis turpe sit, quæris? nihil.  
Aut diunes opto viuere, aut pauper mori.  
Bene moritur, quisquis moritur, dum lucrū facit.  
Pecunia ingens generis humani bonum.  
Cui, non voluptas matris, aut blandæ potest,  
Par esse prolis, non sacer meritis parens.

Cum hi nouissimi versus in Tragedia Euripi-dis pronuntiati essent, totus populus ad ejcendum, & auctorem & cārmen consurrexit uno im-petu: donec Euripides in medium ipse profiliuit petens, vt spectarent, viderētque, quē admirator auri exitum faceret. Dabat in illa fabula poenas Bellorophōtes, quas in sua quisq; dat. Nulla enim auaritia

avaritia sine poena est , quamuis fatis sit ipsa poenarum. O quantum lachrymarum , ô quantum laborum exigit , quām misera desideratis , quām misera partis est . Adijce quotidianas solicitudines , quæ pro modo habendi quemque discrueant . Maiorem tamē pecunia possidetur , quām queritur . Quantum damnis ingemiscunt , quæ & magna incident , & maiora videntur . Denique ut nihil illis fortuna detrahat , quicquid non acquiritur , damnum est . At felicem illum homines & diutinem vocant , & consequi optant quantum ille possidet . Fateor . Quid ergo ? Tu ullus esse peioris conditionis existimas , quām qui habet & miseriam & inuidiam ? Vt in am qui diuitias appetituri essent , cum diuitibus deliberarent . Vt in honores petituri , cum ambitionis summum adeptis dignitatis statum : profecto vota mutassent , cum interim illi noua suspiciunt , qui priora damnauerant . Nemo enim est , cui felicitas sua , etiam si cursu venit , satisfaciat . Quæruntur & de consilijs , & de processibus suis , maluntque semper quæ reliquerunt . Itaque hoc tibi philosophia præstabit , quo equidem nihil maius existimo . Nunquam te poenitebit tui . Ad hanc tam solidam felicitatem , quam tempestas nulla concutiat , non perducent te aptè verba contexta , & oratio fluens leniter . Eant ut volent , dum animo compositio sua constet , dum sit magnus , & opinionum

nionum securus , & ob ipsa quæ alijs displacent , sibi placens : qui profectuī suum vita æstimet , & tantum scire se iudicet , quantum non cupit , quātum non timet . Seneca Epist . 116 .

Hoc est mihi Luciliegregium , hoc securum ac liberum , nihil petere , & tota fortunæ comitia transire . Quām putas esse iucundum tribubus vocatis , cum candidati in templis suis pendeant , & alius numeros pronuntiet , alius per sequestrem agat , alius eorum manus osculis conterat , quibus designatus , contingendam manum negaturus est , & omnes attitioni vocem præconis expectent , stare otiosum , & spectare illas nudinas , nec ementem temi quicquam ne vendentem ? Quanto hic maiore gaudio fructur , qui non prætoria aut consularia committia securus intuetur , sed magna illa , in quibus alij honores anniversarios petunt , alij perpetuas potestates , alij bellorum euentus prosperos triumphosque , alij diuitias , alij matrimonia acq[ui]liberos , alij salutem suam suorumque . Quanti animi res est , solum nihil petere , nulli supplicare , & dicere , nihil mihi tecum fortuna , non facio me tibi copiam . Scio apud te Catones repelli , Vatinios fieri . Nihil rogo . Hoc est priuatam facere fortunam . Libet ergo hæc invicem scribere , & hanc integrā semper egere materiam , circunsipientibus tot millia hominum inquieta : qui ut aliquid pestiferi per

mala consequantur, nituntur in malum, petuntque mox fugienda, aut etiam fastidienda. Cui enim affsecuto satis fuit, quod optanti nimium videbatur? Non est, ut aestimant homines, auida felicitas, sed pusilla. Itaque neminem satiat. Tu ista credis excelsa, quia longe ab illis iaces. Eiverò qui ad illa peruenit, humilia sunt. Mentior, nisi adhuc querit ascendere. Istud quod tu sumnum putas, gradus est. Omnes autem male habet ignorantia veri, tanquam ad bona feruntur, decepti rumoribus. Deinde mala esse aut inania, aut minora quam sperauerint, adepti ac multa passivident, maiorque pars miratur ex interullo fallēta, & vulgo bona, pro magnis sunt. Seneca Epist. 119.

Ego nihil magis suaserim, quam sumere ingentem animum, & hæc propter quæ litigamus, discurrimus, anhelamus, videre quam humilia & abiecta sint, nulli, qui altum quiddam aut magnificentum cogitat, respicienda. Circa pecuniam plurimum vociferationis est, hæc hora defatigat, patres liberosque committit, venena miscet, gladios tam percussoribus, quam legionibus tradit. Hæc est sanguine nostro deiibata. Propter hanc vxorum maritorumque noctes strepunt litibus, & tribunalia magistratum præmit turbas: Reges saeuunt, rapiunt, & ciuitates longo saeculorum labore constructas, euertunt, vt aurum

argen-

argentumque in cinere vrbium scrutentur. Si totam mihi ex omnibus metallis, pecuniam profesas, si in medium projicias, quidquid thesauri te-  
gunt, omnem istam congeriem dignam non pu-  
tem, quæ frontem viri boni contrahat. Quanto  
risu prosequenda sunt, quæ nobis lachrymas edu-  
cunt? Crede mihi, leuia sunt propter quæ non  
leuiter excandescimus, qualia quæ pueros in ri-  
xam & iurgium concitant. Nihil ex his quæ tam  
tristes agimus, serium est, nihil magnum. Inde,  
inquam, vobis ira & insania est, quod exigua ma-  
gna existimatis. Iter angustum rixas transeun-  
tium concitat, diffusa & latè patens via, ne popu-  
los quidem collidit. Ista quæ appetitis, quia exi-  
guia sunt, nec possunt ad alterum nisi alteri ere-  
pta, transferri, eadem affectantibus pugnam &  
iuria excitat. Lib. 3. de Ira. a. 32. vsq; ad 35. cap.

Optauerunt tibi alia parentes tui, sed ego tibi  
contraria, omnium tibi eorum contemptum opto,  
quorum illi copiam. Seneca Epist. 32.

Qui omne bonum honesto circumscripsit, intra se felix est. Nam qui alia bona iudicat, in fortunæ venit potestatem, alienique arbitrij fit. Hic amissis liberis moestus, hic solitus ægris, hic turpibus, & aliquam passis infamiam, tristis: il-  
lum videbis alienæ vxoris amore cruciari, illum  
suæ. Nō deerit quæ repulsa distorqueat, erūt quos  
honor ipse vexet. Illa verò maxima ex omni-

Z 2 morta-

*Annotationes in Euangelia.*

mortalium populo turba miserorum, quam expectatio mortis exagitat, vnde impendens. Nihil enim est, vnde non subeat. Itaque ut in hostili regione versantibus, huc & illuc circumspiciendum est, & ad omnem strepitum circumagenta ceruix: nisi hic timor est peccatore electus est, palpitanibus præcordijs viuitur. Occurrent acti in exilium, & euoluti bonis, occurrit naufragij, similiave naufragijs passi: Omnia animos mala aliena ac repentina sollicitant: quemadmodum aucti etiam inanis fundæ sonus territat: ita nos non ad istum tantum exagitamus, sed ad crepitum. Non potest ergo quisquam beatus esse, qui huic se opinioni credidit: non enim beatum est, nisi quod intrepidum. Inter suspecta male viuitur. Quisquis se multum fortuitis dedit, ingentem sibi materiam perturbationis, & inexplicabilem fecit. Una haec via est ad tutu vadenti, & externa despiceret, & honesto contentum esse. Seneca Epist. 75.

Nihil magnum est in rebus humanis, nisi animus magna despiciens. Ex Pub. Mi.

Qui propter pecunia aut libidinis amorem moritur, ostendit se nunquam sui causa vixisse. Ex eodem.

DOMI-

Dominica III. post Pentecosten. 179

**DOMINICA III. POST  
Pentecosten Euang.**

(*Erant appropinquantes ad Iesum peccatores. Luce. 15.*)

**M**urmurabant Pharisei.) De perniciose murmurationis vitio, vide in Conc. 4. de poenitentia in fine tomo. 1. Conc. in explicatione octaui præcepti. De hoc vitio agitur ex professo in G. lib. 2. §. 1. Vide etiam supra Dominica. 1. post Pentecost. ibi, Verum quia non sat. Quod non debet Christianus murmurationibus commoueri, cum de Christo Domino & eius operibus etiam murniuerint homines. Vide tomo. 2. Concionum feria. 4. post primam Dominicam Quadragesimæ, Concone. 2. in principio. Quod cohibenda sit lingua, vide ibidem Domin. 3. in Quadrag. Conc. 3. per totam, & que ibi nos adnotabimus ex Collect. eiusdē.

(*Erant appropinquantes.*) Appropinquabant ad Dominum peccatores eius cognita benignitate & misericordia. Vide feria. 4. Cinerum, Concone. 1. in tractatione thematis.

(*Quia hic peccatores recipit.*) Aduerte vnde carpendi ansam acceperunt, quod iniquorum confortia amaret, quod eius misericordiae tribuendū erat, hoc esse perperam calumniantium ingenii.

Z 3 osten-

*Annotationes in Euangelia.*

ostenditur, tom. 2. Conc. fer. 6. post primam Dominicam Quadragesimæ, Concionem. 2. ibi, Sed ad hæc paralytici.

(Gaudium erit corā angelis Dei.) Quale bonū peccatoris iustificatio quæ angelos lætitiat, de peccatoris iustificatione. Vide in Add. tomo. 1. Consideratione. 6. ex septē primis. Quod Deus peccatores recipiat, & de eius bonitate, ibidē consideratione vltima ex septem vltimis per totam præcipue. §. 3. Quale bonum sit Deo appropinquare, vide in O. cap. 1. §. 7.

Peccatores recipit cum illisque māducat, quia licet odio sint ei impius & eius impietas tamen occasio sunt ad eius bonitatem sapientiam & misericordiam manifestandam, vide tom. 1. Conc. Dominicæ. 1. Aduentus iuxta consuetudinē fratribus Prædicatorum Concionem. 1. Satis deuotæ, ibi, Sed instabis forsitan, & tom. 2. Conc. 1. Dominicæ in Ramis, ibi, Commemorat deinde.

(Qui inuenit ouem humeris suis gaudens imponit.) Inuenit & Christus hominem à Deo errantem & dorso suo super quod fabricauerunt peccatores humerisque suis gaudens imposuit. Quod prompto alacriqué animo Dominus ad mortem properauerit, vide tomo. 1. Concionum Dominicæ. 1. Aduetus Concionem. 1. in principio, & tomo. 2. Conc. 1. Dominicæ in Ramis, §. 1. in tractatione thematis ad longum & eleganter.

DOMI-

Dominica IIII. post Pentecosten. 180

**D O M I N I C A IIII.**  
post Pentecosten Euang.

**Cum turbæ irruerent in Iesum. Luce. 5.**

P Ræceptor per totam noctem laborantes nihil coepimus, sed in verbo tuo &c. Perfecta obedientia ad nutum sequitur superioris mandatum sua propria ratione post habita. De perfecta obedientia in Addit. lib. 1. cap. 5.

(Discede à me Domine.) Humilitatis hæc vox est, se & Deum cognoscens. De hac reuerētia ad Deum, vide in O. parte. 2. Quod nunquam consolatio diuina sit rejicienda licet viris deuotis aliquando tanta videatur ut impar sit suis meritis et si Domino velint dicere præ stupore discede à me Domine &c. vide ibidem cap. 10. §. 7. Ut vix istorum verborum & humilitatis discede à me Domine possis affsequi te ipsum cōsidera & Deū. Quis homo fit, vide quæ adnotauimus feria. 4. Cinerum, quis vero Deus fit, vide in festo Sanctissimæ Trinitatis.

(Per totam noctem laborantes.) Quod res mundi cum magno labore adquirantur & conservantur & tandem nihil inueniāt viri diuitiarū in manibus vide in O. meditat. 2. pro feria. 3.

(Per totā noctem laborantes.) Vide aliā huius loci explicationem, ibidem parte. 2. cap. 3. §. 9.

Z 4 Mare

*Annotationes in Euangelia.*

Mare mundum designat pisces homines quia istorum cum illis sunt admodum similes conditiones, vide tomo. 1. de Sanctis Canticone. 2. Sancti Andreæ in principio.

**DOMINICA V. POST  
Pentecosten Euang.**

**Nisi abundauerit iustitia vestra.** *Matth. 5.*

**D**E falsa Phariseorum religione & superstitione & de vera religione quæ in charitate & cordis puritate posita est. Vide tomo. 2. Conc. fer. 4. post tertiam Dominicam Quadragesimæ, Conc. 1. per totam, Abundantior nostra debet esse quam Phariseorum iustitia, nō ut Scribæ & Pharisei solum exteriora & de cordis interiori munditia nihil curantes, sed hæc facientes illa non omittamus. Vide in G. lib. 2. cap. 19. & in O. par. 1. cap. 1. §. 8.

(Omnis qui irascitur fratri suo sine causa &c.) Contra iram præter ea quæ adnotamus feria. 6. post Cineres. Vide in Conc. de poenitentia in fine tomi. 1. Conccione. 4. in explicatione quinti præcepti.

(Si offers munus tuum ante altare, vide in M. in. 1. parte tractatu, 3. cap. 2. Vide etiam quæ adnotabimus infra Dominicam. 7.

*(Qui*

*Dominica V. post Pentecost. 181*

(Qui dixerit fratri suo Racha.) Affectus indignantis est, unde procedant isti affectus, ad quid ordinetur, qualiter sint moderandi, vide in Introductione fidei par. 1. cap. 33.

Quæm perfecta sit religio Christiana vel ex eo colligitur quod suos professores verbo & opere irreprehensibilis facit, & malos affectus vitat, & naturales componit ibidem par. 2. cap. 10.

**In eadem Dominica Quinta,**

& quæ sequuntur duximus apponenda ex libro Collectaneorum eiusdem, de mansuetudine & modestia, & contra iram, quæ non ingratia erunt lectori vt illud explicet, Qui dixerit fratri suo Racha.

**E**X his quæ nos offendunt, alia renuntiantur nobis, alia ipsi audimus & videmus. His quæ narrata sunt, nō debemus citò credere. Multi ementientur, vt decipient, multi quia decepti sunt. Alius criminazione gratiam captat, & fingit iniuriam, vt videatur, doluisse factam. Est aliquis malignus, & qui amicitias cohærentes diducere velit. Et mox. Qui dicere tibi nisi clam nō vult, penè non dicit. Quid est iniquius quæm secreto credere, palam irasci? Quorundam ipsi testes sumus. In his naturam excutiemus, voluntatemq; facientiū. Puer est: etati donetur: nescit an peccet.

*Z 5 Pater*

*Annotaciones in Euangelia.*

Pater est: aut tantum profuit, vt illi dona danda iniuria eius sit: aut fortassis ipsum hoc meritum eius est, quo offendimur. Mulier est: errat. Iussus est: necessitatibus, qui nisi iniquus succenseret? Læsus est: non est iniuria pati, quod prior feceris. Iudex est: plus illius credas sententia, quam tua. Rex est: si nocenter punit, cede iustitia: si innocentem, cede fortunam. Mutum animal est, aut simile muto: imitaris illud, si irasceris. Deus est: tam per diuinam operam cum illi irasceris, quam cum illum alteri precaris iratum. Bonus vir est, qui iniuriam fecit: noli credere: malus, noli mirari. Dabit poenam alteri, quas debet tibi: & iam sibi dedit, qui peccauit. Regis quisque intra se animum habet, vt licentiam sibi dari velit, in se nolit alteri. Aut ignorantia nos itaque rerum, aut insolentia iracundos facit. Ignorantia. Quid enim mirum est, malos mala facinora edere? Quid noui est, si inimicus, nocet, amicus offendit, filius labitur, seruus peccat? Turpissem, aiebat Fabius, imperatori excusationem esse. Non putavi. Ego turpissem homini puto. Omnia puta. Expecta, & in bonis moribus aliquid existet asperius. Fert humana natura insidiosos amicos, fert ingratos, fert cupidos, fert impios. Cum de moribus vnius iudicabis, de publicis cogita. Vbi maximè gaudebis, maximè metues. Vbi tranquilla tibi omnia videntur, ibi nocitura non desunt, sed quiescent.

*Dominica V. post Pentecost.* 182

scunt. Semper futurum aliquid quod te offendat existimat. Gubernator nunquam ita tot os sinus explicuit securus, vt non expedite ad contrahendum armamenta disponeret. Lib. 2. de Ira. cap. 29. & 30. 3. 1.

Magni animi est, iniurias desplicere. Vltionis contumeliosissimum genus est, non esse visum dignum, ex quo peteretur vltio. Multe leues iniurias altius sibi demisere, dum vindicant. Ille magnus & nobilis est, qui more magna fera latratus minutorum canum securus exaudit. Lib. 2. de Ira. cap. 3. 2.

Quid facilius fuit Antigono, quam duos manipulares duci iubere, qui incumbentes regio tabernaculo, faciebant quod homines & periculosissem, & libertissime faciunt, qui de rege suo male existimant? Audierat omnia Antigonus, vt potest cum inter dicentes & audientem palla interesset, quam ille leuiter commouit. Longius, inquit, discedite, ne vos rex audiat. Idem quadam nocte, cum quosdam ex militibus suis exaudisset, omnia mala imprecantes regi, qui ipsos in illud iter, & inextricabile lutum deduxisset, accessit ad eos qui maximè laborabant: & cum ignorantibus à quo adiuarentur, explicuisse. Nunc, inquit, male dicite Antigono cuius vitio in has miserias incidistis. Ei autem bene optate, qui vos ex hac voragine eduxit. Idem tam miti animo hostium

stium suorum maledicta, quam ciuium tulit. Itaque cum in paruulo quodam castello Græci obfiderentur, & fiducia loci contemnentes hostem, multa in deformitatem Antigonio carentur, & nunc saturam humilem, nunc collisum nasum deriderent, Gaudio, inquit, & aliqui bonispero, in castris meis Silenus habeo. Cum hos dicaces famas domuisse, captis, sicut mos est, vt eos qui militare vtile erant, in cohortes describeret, cateros præconi subijceret, id quoque se negauit fateturum fuisse, nisi expediret his dominum habere, qui tam malam haberent linguam. Dicat itaque quisque sibi quoties lacefisit, Nunquid potentior sum Philippo? Nunquid in domo mea plus possum, quam toto orbe terrarum Diuus Augustus potuit? Ille tamen contentus fuit à conuictatore suo secedere. Quid est? Quare ego serui mei hilarius responsum & contumaciorem vultum, & non peruenientem usque ad me murmurationem, flagellis & compedibus expiavi? Quis sum, cuius aures lædi nefas sit? Ignouerunt multi hostibus, ego non ignoscam pigris, negligentibus, garris? Puerum ætas excusat, foeminam sexus extraneum libertas, domesticum familiaritas. Nunc primum offendit: cogitemus quandiu placuerit. Sæpe & alias offendit: feramus quod diutimus. Amicus est, fecit quod noluit. Inimicus est, fecit quod debuit. Prudentiori cedamus, stultiori

stultiori remittamus. Pro quocunq; illud responderemus nobis: sapientissimos quoq; viros multa delinquerent neminem esse tam circumspectum, cuius non diligentia aliquando sibi ipsi excidat. Ne minem tam maturum, cuius non grauitatem in aliquod feruidius factum casus impingat, neminem tam timidum offensarum, qui non in illas dum vitat, incidat. Noli æstimare hanc horam, aut hunc diem. Totum inspice mentis tuæ habitum: etiam si nihil mali fecisti, potes facere. Quanto satius est sanari iniuriati, quam vlcisci? Multum temporis vltio absunit. Multis se iniurijs obijcit, dum vnam dolet. Diutius irascimur omnes, quam lædimur. Quanto melius est abire in diuersum, nec vitijs vitijs opponere? Num quis satius constare sibi videatur, si mulam calcibus repeatat, & canem morsu? Ista, inquis, peccare se ne-sciunt. Primum, quam iniquus est, apud quem hominem esse ad impetrandam veniam nocet. Deinde, si ea tera animalia hoc iræ tuæ subducit, quod consilio carent, eo loco tibi sit, quisquis consilio. Quid enim refert an alia mutis dissimilia habet, si (quod in omni peccato multa defendit) similem habet caliginem mentis? Mansuetè immansuet tractandasunt. Quod in luctu dici solet, efficacissime & in ira dicitur. Vtrum aliquando defines, an nunquam? Si aliquando, satius est iram relinquere, quam ab ira relinquiri. An semper

per hæc cogitatio durabit? Vides quām' impac-  
tam tibi denuntias vitam: qualis erit semper ira  
tumentis? Lib.3.de Ira.à 22. vsque ad.27.cap.

Vt de clementia scriberem Nero Cæsar , vna  
me vox tua maximè compulit, quam ego non  
sine admiratione, & cum diceretur , audisse me  
memini, & deinde alijs narrasse. Vocem genero-  
sam,magnæ animi,magnæ lenitatis:quæ non com-  
posita,nec alienis auribus data,subito crepuit,sed  
bonitatem tuam cum fortuna tua litigantern in  
medium adduxit. Animaduersurus in latrones  
duos Burrus præfектus tuus , vir egregius & tibi  
principi notus,exigebat à te,scriberes,in quos,&  
ex qua causa animaduerti velles. Hoc sæpe dilata-  
tuin:vt aliquando fieret,instabat. Inuitus in uito  
cum chartam protulisset traduceretque , exclama-  
sti, Velle nescire literas. O dignam vocem quā  
audirent omnes gentes, quæ Romanum impe-  
rium incolunt,quæque iuxta iacent dubiæ liber-  
tatis , quæque se contrà, viribus aut animis attol-  
lunt. O vocem in concionem omnium mortaliū  
mittendam,in cuius verba principes regesque iu-  
ramentum faciant. O vocem priscae generis hu-  
mani innocentiae , dignam cui redderetur anti-  
quum illud seculum.Lib.2.de Clem.cap.1.

Clementia est temperantia animi in potesta-  
te vlciscendi: vel, lenitas superioris aduersus infe-  
riorem in constituendis poenis. Itaq; dici potest

& incli-

& inclinatio animi ad lenitatem in poena exigen-  
da. Huic contrariam imperit putant severitatem,  
sed nulla virtus virtuti contraria est. Quid ergo  
opponitur clementiæ ? Crudelitas : quæ nihil  
aliud est, quām atrocitas animi in exigendis poe-  
nis. Illos ergo crudeles vocabo , qui puniendi  
causam habent,modum non habent.Libro.2.de  
Clem.cap.3.& 4.

Quomodo quorundam lapidum inexpugna-  
bilis ferro duritia est,nec secari adamas , aut cædi  
vel deteripotest, sed incurritia vltro retundit:  
quemadmodum quædam non possunt igne con-  
sumi, sed flamma circumfusa, rigorem suo ha-  
bituinq; conseruant, quemadmodum proiecti in  
altum scopuli mare fragunt,nec ipsi vlla saeuitiae  
vestigia,tot verberati procellis ostentant: ita sapi-  
entis animus solidus est,& id roboris collegit , vt  
tā tutus sit ab iniuria quām illa quæ retuli. Quid  
igitur non erit aliquis, qui sapienti facere tentet  
iniuriā? Tentabit, sed non peruenturam ad eum  
Maiore enim interuallo à contactu inferiorum  
abductus est , quām vt vlla vis noxia,vsque ad il-  
lum vires suas proferat. Etiam cum potentes ini-  
perio editi , & consensu seruentium validi, no-  
cere ei tentent, tam citra sapientem omnes eo-  
rum impetus deficient , quām quæ neruo tor-  
mentisve in altū exprimuntur:cum extra visum  
exilierunt, citra cœlum tamen flectuntur. Quid  
tu putas

tu putas cum stolidus ille rex multitudine telorum diem obscurasset, ullam sagittam in Solem incidisse? aut demissis in profundum catenis Neptunum potuisse constringi? Ut coelestia humanas manus effugiant, & ab his qui tempora diruunt, aut simulachra conflant, nihil diuinitati nocetur: ita quidquid sit in sapientia proterue, petulanter, superbe, frustratetur. At, satius erat, ne minem esse qui facere vellet. Rem difficilem optas humano generi, innocentiam. At non fieri, eorum interest qui facturi sunt, non eis qui pati, ne si fiat quidem, potest. Imo nescio an magis vires sapientia ostendat tranquillitatis interlaceffentia: sicut maximum argumentum est Imperatoris armis virisq; pollentis, tutæ securitas & in hostium terra. ¶ Diuidamus si tibi videtur Serene, iniuriam à contumelia. Prior illa natura grauior est: hæc leuior, tamen delicatis grauis, qua non læduntur, sed offenduntur. Tanta est tamen animorum dissolutio & vanitas, vt quidam nihil acerbius putent. Sic inuenies seruum, qui flagellis, quam colaphis cædi malit: & qui mortem ac verbera tolerabiliora credat, quam contumeliosa verba. Ad tantæ ineptias peruentum est vt non dolore tantum, sed doloris opinione vexemur, more puerorum, quibus metus incutit umbra, & personarum deformitas, & depravata facies: lachrymas vero euocant. nomina parum

grata

grata auribus, & digitorum motus, & alia quæ impetu quodā erroris improvidi refugiunt. ¶ In iuria propositum hoc habet, aliquem malo affice re. Malo autem sapientia non reliquit locum. Vnum enim illi malum est, turpitudo: quæ introire eò vbi iam virtus honestumq; est, non potest. In iuria ergo ad sapientem non peruenit. Nam si iniuria alicuius mali patientia est, sapiens autem nullius mali est patiens, nulla ad sapientem iniuria pertinet. Omnis iniuria, diminutio eius est, in quem incurrit: nec potest aliquis iniuriā accipere sine aliquo detimento, vel dignitatis, vel corporis, vel rerū extra nos positarum. Sapientem autem nihil perdere potest, omnia in se depositum, nihil fortunæ credit, bona sua in solido habet, contentus virtute, quæ fortuitis non indiget. Nihil eripit fortuna, nisi quod dedit, virtutem autem non dat, ideo nec detrahit. Libera est, inuiolabilis, immota, inconcussa. Sic contra casus indurat, vt nec in clinari quidē, ne dum vinci possit. Aduersus apparatus terribilium, rectos oculos tenet: nihil ex vultu mutat, siue illi dura, siue secunda ostendantur. Itaque nihil perdet, quod perire sensurus sit. Vnius enim in possessione virtutis est, ex qua depelli nunquam potest, cæteris precario vtitur. Quis autem iactura mouetur alieni? Quod si iniuria nihil lædere potest ex his quæ propria sapientis sunt, quia virtute sua salua sunt, inju-

Aa ria

tu putas cum stolidus ille rex multitudine telorum diem obscurasset, ullam sagittam in Solem incidisse? aut demissis in profundum catherinis Neptunum potuisse constringi? Ut cœlestia humanas manus effugiunt, & ab his qui tempora diruunt, aut simulachra conflant, nihil diuinitati nocetur: ita quidquid sit in sapientia proterue, pertulanter, superbe, frustrateatur. At, satius erat, ne minem esse qui facere vellet. Rem difficilem optas humano generi, innocentiam. At non fieri, eorum interest qui facturi sunt, non eis qui pati, ne si fiat quidem, potest. Imo nescio an magis vires sapientia ostendat tranquillitatis interlaceffentia: sicut maximum argumentum est Imperatoris armis virisq; pollutis, tuta securitas & in hostium terra. ¶ Diuidamus si tibi videtur Serene, iniuriam à contumelia. Prior illa natura grauior est: hæc lenior, tamen delicatis grauis, qua non laeduntur, sed offenduntur. Tanta est tamen animorum dissolutio & vanitas, vt quidam nihil acerbius putent. Sic inuenies seruum, qui flagellis, quam colaphis cædi malit: & qui mortem ac verbera tolerabiliora credat, quam contumeliosa verba. Ad tantas ineptias peruentum est vt non dolore tantum, sed doloris opinione vexemur, more puerorum, quibus metus incutit umbra, & personarum deformitas, & depravata facies lachrymas vero euocant. nomina parum

grata

grata auribus, & digitorum motus, & alia quæ impetu quodā erroris improudi refugiunt. ¶ In iuria propositum hoc habet, aliquem malo affice re. Malo autem sapientia non reliquit locum. Vnum enim illi malum est, turpitudo: quæ introire eò vbi iam virtus honestumq; est, non potest. Iniuria ergo ad sapientem non peruenit. Nam si iniuria alicuius mali patientia est, sapiens autem nullius mali est patiens, nulla ad sapientem iniuria pertinet. Omnis iniuria, diminutio eius est, in quem incurrit: nec potest aliquis iniuriā accipere sine aliquo detrahimento, vel dignitatis, vel corporis, vel rerū extra nos positarum. Sapientem autem nihil perdere potest, omnia in se reposuit, nihil fortunæ credit, bona sua in solido habet, contentus virtute, quæ fortuitis non indiget. Nihil eripit fortuna, nisi quod dedit, virtutem autem non dat, ideo nec detrahit. Libera est, iniuiolabilis, immota, inconcussa. Sic contra casus indurat, vt nec in clinari quidē, ne dum vinci possit. Aduersus apparatus terribilium, rectos oculos tenet: nihil ex vultu mutat, siue illi dura, siue secunda ostendantur. Itaque nihil perdet, quod perire sensurus sit. Vnius enim in possessione virtutis est, ex qua depelli nunquam potest, cæteris precario utitur. Quis autem iactura mouetur alieni? Quod si iniuria nihil laedere potest ex his quæ propria sapientis sunt, quia virtute sua salua sunt, iniuria

Aa ria

ria sapienti non potest fieri. ¶ Megaram Demetrius coepерat, cui cognomen Poliorcetes fuit: ab hoc Stilbon philosophus interrogatus, Nū quid perdidisset, Nihil, inquit, Omnia nanque mea mecum sunt. Atqui & patrimonium eius in prædam cesserat, & filias rapuerat hostis, & patriam violauerat. At ille illi victoriam excusit, & se vrbe capta, non iniunctum tantum, sed indemnum esse, testatus est. Habebat ergo secum vera bona, in quæ non est manus inieccio. At ea quæ dissipata & direpta serebantur, non iudicabat sua, sed aduentitia, & nutum fortunæ sequentia: ideo non ut propria dilexerat. Omnium enim extrinsecus affluentium lubrica & incerta possessio est. Cogita nunc, an calumniatur, an vicinus potens, aut diues aliquis, facere iniuriam possit: cui bellum, & hostis ille egregiam artem quassandarum urbium professus, eripere nihil possit. Inrer mican tes vbiq; gladios, & militarem in rapinam tumulum, inter flamas, & sanguinem, stragemque impulsæ ciuitatis, inter fragorem templorum super Deos suos cadentium, vni homini pax fuit. Non est itaque quod audax iudices promissum, cuius tibi, si parum fidei habes, sponsorem dabo. Vix enim credis tantum firmitatis in homine, aut tantam animi magnitudinem cadere, sed si prodit in mediū qui dicat, Nō est quod dubites, an attollere se homo natus supra humana possit,

an

an dolores, damnatio, ulcerationes, vulnera magnos motus rerum circa se frementium, securus aspiciat: & dura placide ferat, & secunda moderate, nec illis cedens, nec his fretus: viuis idemque inter diversa sit: nec quicquam suum nisi se putet esse, ea quoque parte qua melior est. En adsum hoc vobis probaturus: sub isto tot ciuitatum euerore, munimenta incursu arietis labefieri, & turrium altitudinem cuniculis ac latentibus fossis repente residere, & æquaturum editissimas arcas aggerem crescere: at nulla machinamenta posse reperi, quæ bene fundatum animatum agitant. Eripui me nudum domo, & incendijs vndique reluentibus per flamas, per sanguinem fugi. Filias meas qui casus habeat, an peior publico, nescio. Solus, & senior, & hostilia circa me omnia videntes, tamen integrum incolumenque esse censem meum profiteor, teneo, habeo quicquid mei habui. Non est quod me victum, victorem te credas. Vicit fortuna tua fortunam meam. Caduca illa & dominum mutantia, vbi sint, nescio. Quod ad res meas pertinet, mecum sunt, mecum erunt. Perdiderunt isti diuites patrimonia. Libidinosi amores suos, & magno pudoris impendio dilecta scorta. Ambitiosi curiam, & forum, & loca exercendis in publico vitijs destinata. Foceneratores perdiderunt tabellas suas, quibus auaritia falso lata, diuitias imaginatur.

Aa 2 Ego

Ego itaq; omnia integra illibataque habeo. Proinde istos interroga qui silent, qui lamentantur, strictis gladijs nuda pro pecunia corpora opponunt, qui hostem onerato sinu fugiunt. Ergo ita habe Serene, perfectum illum virum humanis diuinisque virturibus plenum, nihil perdere. bona eius solidis & inexuperabilibus munimentis præcincta sunt. Non Babylonis illi muros contuleris, quos Alexander intravit. Non Carthaginis aut Numantiae moenia, yna manu capta, Non capitulum arcemvè. Patent ista hostili vestigio, illa quæ sapientem tuentur, à flamma & ab incursu tutu sunt: nullum introitum præbent, excelsa, inexpugnabilia, Dijs æqua. ¶ Non est quod dicas, ita ut solet, hunc sapientem nostrum nusquam inueniri. Non fugimus istud humani ingenij vanum decus, nec ingentem imaginem falsæ virtutis concipimus: sed qualem confirmamus, exhibuimus, & exhibemus. Raro forsitan magnisque æstatum inter uallis inuenitur. Nec enim magna & excedentia solitum ac vulgarem modum, crebro gignuntur. Nō potest ergo quisquam aut noere sapienti, aut prodesse. Quemadmodū diuina nec iuuari desiderant, nec laedi possunt. Sapiens autem vicinus proximusq; Dijs cōsistit, excepta mortalitate, similis Deo. Non habet vbi accipiat iniuriā, ab homine ne tantum dicere putas? sed nec à furtuna quidem: quæ quoties cum virtute  
congressa

congressa est, nunquam par recessit. Si maximū illud, ultra quod nihil habent irata leges, ac fæuisimi domini quod minentur, in quo imperiū suum consumit fortuna, æquò placidoq; animo accipimus, & scimus mortem malum non esse, ob hoc ne iniuriam quidem: multo fortius alia tolerabimus. Omnia itaq; sic patitur, vt hyemis rigorem, & intemperantia cœli, & feruores morbosq; & cetera forte accidentia. ¶ Sed quoniam priorem partem percurrimus, ad alreram quæ de contumelia est, transeamus. Hunc affectum mouet humilitas animi contrahentis se ob factū dictūq; inhonorificum. Ille me hodie non admisit, cum alios admitteret. Sermonem meum aut superbè auersatus est, aut palā risit, & non in medio me loco, sed in imo collocauit, & alia huiusmodi notæ. Quæ quid vocē, nisi querelas nauseantis animi, in quæ ferè delicati & felices incident. Non vacat enim hæc notare cum peiora instant. Nimio otio ingenia nostra infirma, & muliebria, & inopie vere iniuriæ lasciuientia, his commouentur: quoru pars maior constat vitio interpretantis. Itaq; nec prudentiæ quicquam in se esse, nec fiducia ostendit, qui contumelia afficitur. Non dubiè enim contemptum se iudicat, & hic mortus non sine quadam humiditate animi euenit, supprimenis se ac descendentis. Sapiens autem à nullo contemnitur, magnitudinem suam nouit, nullique

tantum de se licere nuntiat, quantum sibi. Hæc vero minora, ne sentit quidem, nec aduersus ea solita illa virtute vtitur dura tolerandi: sed aut non annotat, aut digna risu putat. ¶ Præterea cum magnam partem contumeliarum superbi insolentesque faciant, & malè felicitatem ferentes, habet quo istam affectum inflatum respuat, pulcherrinam virtutem omnium, animi sanitatem magnitudinemque. Illa, quicquid huiusmodi est, transcurrit ut vanas somniorum species, vi-  
susque nocturnos, nihil habentes solidi, nec veri. Quem animum nos aduersus pueros habebimus hunc sapiens aduersus omnes, quibus etiam post iuuentam canosque puerilitas est. An quicquam illi profecerunt, quibus animi mala sunt, auctiique in maius errores: qui à pueris magnitudine tantum formaque corporum differunt? Quid est autem quare hanc animi firmitatem non credis in virum sapientem cadere, cum tibi in alijs idem notare, sed nō ex eadē causa, liceat? Quis enim phrenetico medicus irascitur, quisue febricitantis & frigida prohibiti, maledicta in mala partem accepit? Hunc affectum aduersus omnes habet sapiēs, quē aduersus ægros suos medici: quorū nec obscurā, si remedio egent, cōtre-  
ctare, nec reliquias & effusa intuieri dēsignatur, nec per furorem sauentium excipere conuitia. Scit sapiēs omnes hos qui togati, purpuratiq; in-  
cedunt,

cedunt valentes coloratosq; malè sanos esse: quos non aliter videt, quam ægros intemperantes. Itaque nec succenset quidem, si quid in morbo petulantius ausi sunt aduersus medentem: & quo antī mo honores eorum nihilo æstimat, eodem parum honorificè facta. Quemadmodum non placet sibi, si illum mendicus coluerit, nec contumeliam iudicabit, si illi homo plebis ultimæ salutanti, mutuam salutationem non reddiderit sic nec se suspiciet quidem, si illum multi diuites suspexerint. Scit enim illos nihil à mendicis differre imo miseriore esse. Illi enim exiguo, hi multo egent. Libro. 2. de Tranquillitate vitæ, à capit. 3. vsque ad. 13.

Bonum apud virum citò moritur iracundia.  
Ex Publ. Mi.

Clementia in quamcunq; domum venerit, felicem eam tranquillamq; præstabit. Ex eod.

Parcendum est improbandis ciuibus, non aliter quam membris languentibus. Ex eodem.

Peccādi vercundiam facit ipsa clementia regentis. Ex eodem.

Quidquid æquo plus futurum est, in partem humaniore inclina, vel præpondera. Ex eod.

Res magnæ clementiæ est, indulgendo corrigerre peccata, magis quam vindicando. Ex eod.

Seueritatem abditam, clementiam in procinctu habe. Ex eodem.

*Annotationes in Euangelia.*

Exegisti à me Nouate vt scriberem quemadmodum posset ira leniri: nec immerito mihi vide re hunc præcipue affectum pertimuisse maximè ex omnibus tetricum ac rabidum. Cæteris enim aliquid quieti placidiq[ue] inest, hic totus concitatus & in impetu est, dum alteri noceat, sui negligens, in ipsa irruens tela, & vltionis secum multa tractare audius. Quidam itaque è sapientibus viris iram dixerunt breuem insaniam: æquè enim impotens sui est, decoris oblita, necessitudinum immemor, in quod coepit pertinax & intenta, rationi consiljsque præclusa, vanis agitata causis, ad conspectum æqui verique inhabilis, ruinis simillima, quæ super id quod oppresse, franguntur. Vt autem scias insanos esse quos ira possedit, ipsorum habitum intuere. Nā vt furentium certa indicia sunt, audax & minax vultus, tristis frons, torua facies, citatus gradus, inquietæ manus, color versus, crebra & vehementius acta suspiria: ita irascentium eadem signa sunt. Flagrant, & micant oculi, multus ore teto rubor, exæstuante ab imis præcordijs sanguine, labia quatuntur, dentes comprimuntur, horrent ac fabriguntur capilli, spiritus coactus ac stridens, articulorum seipsoſ torquentium sonus, gemitus mugitusque, & parum explanatis vocibus sermo præruptus, & comploræ sæpius manus, & pulsata hæmæ pedibus, & totū cōcītū corpus,

*Dominica V. post Pentecosten. 189*

corpus, magnisque iræ minas agens, foeda visu & horrenda facies depravantium se ac intumentum. Nescias vtrum magis detestabile vitium sit, an deformis. Cætera licet abscondere, & in abdito alere: ira se profert, & in faciem exit, quantoque maior est, hoc effervescit manifestius. Nam vero si effectus eius damnaque intueri velis, nulla pestis humano generi pluris stetit. Videbis cædes ac venena, & reorum mutuas fordes, & vrbium clades, & totarum exitia gentium, & principum sub ciuili hasta capita venalia, & subiectas teatris faces, nec intra moenia coercitos ignes, sed ingentia spatia regionum hostili flamma reluentia. Aspice nobilissimarum ciuitatum fundamenta vix notabilia: has ira deiecit. Aspice solitudines per multa millia sine habitatione desertas: has ira exhausit. Aspice tot memoriarum proditos duces, mali exempla fati. Alium ira in cubili suo confudit: aliud inter sacra mensa iura percussit: aliud inter leges celebrisque spectaculum fori lancinavit: aliud filij parricidio dare sanguinem iussit: aliud servili manu regalem aperire iugulum. Libro. 1. de Ira.c. 1. & 2. Re hac à nostro autore in Rethor.

Si bonum esset ira, perfectissimum quemque sequeretur. At qui iracundissimi infantes, senesque, & ægrisunt, & inualidum omne natura est querulum. Lib. 2. de Ira.cap. 1. 3.

*Annotationes in Euangelia.*

Ira est & concitatio animi ad vltionem voluntate & iudicio pergentis. Libro. 2. de Ira cap. 3.

Non magis quisquam eodem tempore & iratus potest esse, & vir bonus, quam æger & sanus. lib. 2. de Ira. cap. 22.

Pyrrhum maximum præceptorem certaminis gymni ci, solitum aiunt, his quos exercebat præcipere, ne irascerentur. Ira enim perturbat artem, & qua noceat tantum, non qua caueat, aspicit. Sæpe itaque ratio patientiam suadet, ira vindictâ: & qui primis defungi malis potuimus, in maiora deuoluimur. Quod dā vnius verbi contumelia, non æquo animo lata, in exilium proicit: & qui leuem iniuriam silentio ferre noluerât, grauissimis malis obruti sunt, indignatiq; aliquid ex plenissimalibertate dimidui, seruili in se se attarxerunt iugum. Lib. 2. de Ira. cap. 14.

Duo, vt opinor, sunt, ne incidamus in iram, & ne in ira peccemus. Ut in corporum cura, alia de tuenda valetudine, alia de restituenda, præcepta sunt: ita aliter iram debemus repellere, aliter compescere, vt vincamus. Lib. 2. de Ira. cap. 18.

Illud etiam sequitur, vt ministris sordidisque rebus non exacerbemur. Parum agilis est puer, aut tepidior aqua potui erogata, aut turbatus thorax, aut mensa negligentius posita. Ad ista concitari, insania est: vt ægræ & infelicis valetudinis est, quem leuis aura contraxit: affecti oculi,

quos

*Dominica V. post Pentecosten.* 190

quos candida vestis obturbat: dissolutus delicijs, cuius latus alieno labore condoluit. Mindyridem, aiunt, fuisse ex Sybaritarum ciuitate, qui cū vidisset fodientem, & altius rastrum alleuantem, lapsum se fieri questus, yetuit illum opus in conspectu suo facere: bilem habere sæpius questus est, quod folijs rosæ duplicatis incubuisset. Vbi animum simul & corpus voluptates corrupere, nihil tolerabile videtur, non quia dura, sed quia molles patimur. Quid enim est, cur tufsis alicuius, aut sternutamentum, aut musica, parum curiosè fugata, nos in rabiem agat, aut obuersatus calix, aut clavis negligentis serui manibus elapsa? Feret iste æquo animo civile con uitium, & ingesta in concione curiaue maledicta, cuius aures traeti subselij stridor offendit? Perpetietur hic famæ, & æstivæ expeditionis sitim, qui puero male diluenti niuem, irascitur. Nulla itaq; res magis iracundiam alit, quam luxuria. Seneca Lib. 2. de Ira. cap. 25. & 29.

Nihil sane æquè profuit, quam primū intueri deformitatem rei, deinde periculum. Non est nullius affectus facies turbatior, pulcherrima ora foedauit, toruos vultus ex tranquillismiss redit. Linquit decor omnis iratos, etiam si amictus illius compositus sit ad legem, retrahet vestem, omnemque curâ sui effundet. Si capillorum natura vel arte iacentium non informis est habitus,

cum

cum animo inhorrescunt: & tumescunt venæ, concutitur crebro spiritu pectus, rabida vocis eruptione colla distendit. Tunc artus trepidi, inquietæ manus, totius corporis fluctuatio. Qualem intra putas esse animum, cuius extra imago tam foeda est? Quanto illi intra pectus terribilior vultus, acrior spiritus est, intensior impetus, rupturus se nisi eruperit? Quibusdā, vt ait Sextius, iratis profuit aspexisse speculum: perturbavit illos tanta mutatio sui, veluti in rem præsentem adducti, nō agnouerunt se: & quantulum ex vera deformatitate imago illa speculo repercutta, reddebat? An in us si ostendi, & si in villa materia perlucere posset, intuentes nos cōfunderet, ater, maculosusque, æstuans, & distortus, & tumidus. Nunc quoque tanta deformatas eius est, per ossa carnesq; & tota impedimenta effluentis. Quid si nudus ostenderetur? Speculo quidem neminem deterritum ab ira credo. Quid ergo? Qui ad speculum venerat, vt se mutaret, iam mutauerat. Iratis quidem, nulla est formosior effigies, quam atrox & horrida, qualeisque esse, etiam videri volunt. ¶ Magis illud videndum est, quam multis ira per se nocuerit. Alij nimio feroce rupere venas, & sanguinem supra vires elatus claror egessit, & lumen diffudit aciem in oculos vehementius humor egestus, & in morbos ægri recidere: nulla celerior ad insaniam via est. Multi itaque continuauerunt iræ fu-

iræ furorem, nec quam expulerant mentem vñquam receperunt. Aiacem in mortem egit furor, in furorem ira. Mortem liberis, egestatem sibi, ruinam domui imprecantur: & irasci se negant, nō minus quam in sanire furiosi: Omnia per vim egerunt: gladijs & pugnare parati, & incumbere. Maximum enī malum illos coepit, & omnia exuperans vitia. Alia paulatim intrant: repentina & vniuersa vis huius est: omnes denique alios affectus sibi subiicit. Amorem ardentissimū vincit. Transfoderunt itaque amata corpora, & in eorum quos occiderant, iacuere complexibus. Auaritiam durissimum malum, minimumq; flexible, ira calcauit: adacta opes suas spargere, & domui rebusque in unum collatis injicere ignē. Quid? non ambitiosus magno æstimata proiecit insignia, honoremque delatum repulit? Nullus affectus est in quem non ira dominetur. Seneca Lib. 2. de Ira, à 35. vsque ad 37. cap.

Quemadmodum aduersus pestilentiam nihil potest firmitas corporis, & diligens valetudinis cura (promiscue enim imbecilla robustaque inuadit) ita ab ira tam inquietis moribus periculum est, quam compositis & remissis: quibus è turpior & periculosior est, quò plus in illis mutat. Sed cum primum sit non irasci, secundum retinere, tertium alienæ iræ mederi, dicam primum, quemadmodum in iram non incidamus. Deinde quem-

quemadmodum nos ab illa liberemus. Nouissime, quemadmodum irascentem retineamus, placemusque, & ad sanitatem reducamus. ¶ Ne irascamur, præstabimus, si omnia vitia iræ nobis subinde proposuerimus, & illam benè aestimauerimus. Accusanda est apud nos, damnanda: perscrutanda eius mala, & in medium protrahenda sunt: ut qualis sit appareat, comparanda cum pessimis est. Auaritia acquirit, & contrahit quo aliquis melior vtatur: ira incendit. Paucis gratuita est. Iracundus dominus quosdam in fugam seruos egit, quosdam in mortem. Quanto plus irascendo, quam id erat, propter quod irascitur, amisit? Ita patri luctum, marito diuortium attulit, magistratui odium, cädidato repulsam. Peior est etiam, quam luxuria: quoniam illa sua voluptate fruatur, hæc alieno dolore vincit malignitatem & inuidiam. Nihil est simulatibus grauius: has ira conciliat. Nihil est bello funestius: in hoc potentium ira prorumpit. Præterea ira (vt seponamus quæ mox secutura sunt damna, infidias, perpetuæ ex certaminibus mutuis sollicitudinē) dat poenas dum exigit. Naturam hominis vitiat: illa in amorē hortatur, hæc in odiū. Illa prodesse iubet, hæc nocere. Adiice, quod cum indignatio à nimio sui suspectu veniat, & animosa videatur, pusilla est, & angusta. Nemo enim nō eo à quo sc̄ contemptū iudicat, minore est. Lib. 3. de Ira cap. 5.

Quoties

Quoties disputatio longior & pugnator erit, in prima resistamus, antequam robur accipiat. Alit se ipsam contentio, demissos altius tenet. Facilius est se à certamine abstinere, quam abducere. Lib. 3. de Ira. cap. 8.

Vetus dictum est, Alasso rixam quæri. A quæ autem & ab esuriente, & à sitiente, & ab omni homine quem aliqua res vrit. Nam vt vlcera ad leuem tactum, deinde etiam ad suspicionem tactus condolescunt: ita animus affectus, minimis offenditur: adeo vt quosdam salutatio, epistola, oratio, & interrogatio ad litem euocent. Nunquam sine querela ægra tanguntur. Facile est autem affectus suos cum primùm oriuntur, reprehendere. Morbum signa præcurrunt. Quemadmodum tempestatis ac pluviæ ante ipsas notæ veniunt: ita iræ, amoris, omniumque iistarum procellarum animos vexantium sunt quædam prænuntia. Qui comitiali vitio solent corripi, iam aduentare valetudinem intelligunt, si calor summa deseruit, & incertum lumen, neruorumq; trepidatio est. Solitis itaque remedijs incipientem casum occupant: aut si parum medicina profecit, vitauerunt turbam, & sine teste ceciderunt. Proderit morbus suū, nosse, & vires eius antequā spatiuntur, opprimere. Videamus quid sit, quod nos maximè cōcitet. Aliū verborum, aliū rerum cōtū meliæ mouent. Hic vult nobilitati suę, hic formæ suę

fūcē parci. Ille elegantissimus haberi cupit, ille doctissimus. Hic superbiæ impatiens est, hic contumacæ. Ille seruos non putat dignos quibus irascatur, hic intra domum sœuus est, foris mitis. Ille, rogari inuidiam iudicat: hic non rogari, contumeliam. Non omnes ab eadem parte feriūtur. Seneca Lib. 3. de Ira. cap. 10.

Non expedit omnia videre, omnia audire, mula nos iniuriæ transeant, ex quibus plerasque nō accipit, qui nescit. Non vis esse iracundus? ne sis curiosus. Qui inquirit, quid in se dictum est, qui malignos sermones etiam si secreto habitи fint, eruit, se ipse inquietat. Quædam interpretatio eo perducit, ut videantur iniuriæ. Itaque alia differenda sunt, alia deridenda, alia donanda. Circumscribenda multis modis ira est. Pleraque in lusum iocumque vertantur. Socratem aiunt colapho percussum, nihil amplius dixisse, quā molestum esse, quod nescirent homines quando cum galea prodire deberent. Non quemadmodum facta sit iniuria refert, sed quemadmodum lata. Pyristatum Atheniensium tyrannum memoriae proditur, cum multa in crudelitate eius ebrius conuua dixisset, nec decessent qui vellent manus ei commodare, placido animo tulisse, & hoc irritantibus respondisse, nō magis illi se succensere, quā si quis obligatis oculis in se incurrisset. Magna pars querelas manu fecit, aut falsa suspicando, aut

Ieuia grauando. Sæpe ad nos ita venit, sæpius nos ad illam: quæ nunquam accersenda est: etiam cum incidit, reiciatur. Eo loco nos constituamus, quo ille est, cui irascimur. Nunc facit iracundos iniqua nostri æstimatio, & quæ facere vellemus, pati nolumus. Nemo se differt. Atqui maximum remedium iræ, dilatio est: vt primus eius feruor relangescat, & caligo quæ premit mentem, aut residat, aut minus densa sit. Quædam ex his quæ te præcipitem ferebanit, hora, non tantum dies, molliet: quædam ex toto euangelient. Non potuit impetrare Plato à se tempus cum seruo suo irasceretur: sed ponere illum statim tunicam, & præbere scapulas verberibus iusfit, sua manu ipse percussurus. Postquam intellectus irasci se, sicut sustulerat manum, suspensam detinebat, & stabat percussuro similis. Interrogatus deinde ab amico qui forte interuenierat, quid ageret? Exigo, inquit, poenas, ab homine iracundo: velut stupens, gestum illum faciuto deformem, sapienti viro seruabat: oblitus iam serui, quia alium quem potius castigaret, inuenierat. Itaque abstulit sibi in suos potestatem, & ob peccatum quoddam commotior, Tu, inquit, Speusippe, seruulum istum verberibus obiurga, nam ego irascor. Ob hoc non cecidi, propter quod alius cecidisset. Irascor, inquit, plus faciam quām oportet. Libentius faciā. Non sit iste seruus

In eius potestate, qui in sua non est. Aliquis vult irato committi vltionem, cum Plato sibi imperium obrogauerit? Nihil tibi liceat, dum irasceris. Quare? quia vis omnia licere. Pugna tecum ipse. Si iram vincere non potes, illa te incipit vincere. Si absconditur, si illi exitus non datur, signa eius obruiamus: & illam quantum fieri potest, occultam secretamque teneamus. In imo pectoris secessu recondatur, feraturque, nouferat. Imo in cōtrarium omnia eius indicia flectamus. Vultus remittatur, vox lenior sit, gradus lentior. Pau latim cum exterioribus interiora formentur. In Socrate ira signum erat, vocem submittere, loqui parcus. Apparebat tunc illum sibi obstat. Deprehendebatur itaque à familiaribus, & coarquebatur. Nec erat illi exprobratio latitantis ira ingrata. Quid nigauderet, quod iram suam multi inteligerent, nemo sentiret: Lib. 3. de Ira, à cap. 11. vsque ad 15.

*Seneca deinde vt ira sauitiam amplificet, exempla insignis crudelitatis ab ira profecta non modo Barbarorum, sed etiam Græcorum regum commemorat, ac tandem subdit. Utinā ista sauitia inter peregrina mansisset exempla, nec inter Romanos mores cum alijs aduentitijs vitijs, etiam suppliciorum irarumque in barbariem transiissent. M. Mario, cui vicatum populus*

statuas

statuas posuerat, cui thure & vino Rom. P. sup<sup>2</sup> plicabat, L. Sylla perfringi crura, erui oculos, amputari manus iussit: & quasi toties occideret, quoties vulnerabat, paulatim & per singulos artus lacerauit. Dignus erat Marius qui illa patetur, Sylla qui iuberet, Catilina qui faceret. Sed indigna Rom. P. quæ in corpus suum pariter & hostium & vindicum gladios reciperet. (Et paulo inferius post enarratam Caij Cæsaris immanitatem sic ait,) Non enim Caij sauitiam, sed iræ malum propositum est scribere, quæ non tantum viritim furit, sed gentes totas lançinat, sed vrbes, sed flumina exuta ab omni sensu doloris conuerberat. Sicut rex Persarum, totius populi nares recidit in Syria. Pepercisse illum iudicas, quod non tota capita præcidit. Nouo genere poenæ, delectatus est. Tale aliquid passiforen Aethiopes, qui ob longissimum viæ spatium Macrobij appellantur. In hos enim quia non supinis manibus exceperant seruitutem, missisque legatis libera responsa dederant, quæ contumeliosa reges vocant, Cambyses fremebat, & non prouisit commeatibus, non exploratis itineribus per inuia, per arentia trahebat omnem bello vtilem turbam: cui intra primum iter deerant necessaria, nec quicquam subministrabat sterilis & in culta humanoq; vestigio ignota regio. Sustinebant famē, primo tenerima

B b 2 front-

frondium, & cacumina arborum, tum coria igne  
mollita, & quicquid necessitas cibum fecerat.  
Postquam inter arenas, radices quoque & her-  
bæ defecerant, apparuitque inops etiam anima-  
lium solitudo, decimum quemque sortiti, alimen-  
tum habuerunt fame saevius. Agebat adhuc ira  
regem præcipitem, cum partem exercitus amis-  
isset, partem comedisset, donec timuit ne & ipse  
vocaretur ad sortem, tum deinum signum rece-  
ptui dedit. Seruabantur illi interim generosæ  
aves, & instrumenta epularum camelis veheban-  
tur, cum fortirentur milites eius, quis male per-  
ret, quis peius viueret. Hic iratus fuit genti, &  
ignotæ & immeritæ, sensuræ tamen: Cyrus flu-  
vio. Nam cum Babylonem oppugnaturus, festi-  
naret ad bellum, cuius maxima momenta in oc-  
casionebus sunt, Gyndem latè fusum amnem,  
nando transire tentauit, quod vix tutum est, &  
cum sensit æstatem, & ad minimū deductus est,  
Ibi unus ex his equis, qui trahere regium currū  
alibi solebant, abreptus, vehementer commovit  
regem. Irruit itaque amnem illum regis com-  
meatus auferente, eò se redacturum, ut transiri  
calcarique etiam à foemini posset. Huc deinde  
omnem translulit bellum apparatus, & tandem as-  
sedit operi, donec C. & lxxx. canaliculis diuisum  
in ccc. & lx. riuos dispergeret, & siccum relin-  
queret in diuersum fluētibus aquis. Perijt itaque  
& tem-

& tempus, & militum ardor, quem inutilis labor  
fregit, & occasio aggrediendi imparatos, dum ille  
bellum in dictū hosti, cum flumine gerit. Seneca  
Liber. 3. de Ira, à 17. vsque ad 21. cap.

Multos absolvemus si cooperimus antè iudi-  
care, quam irasci. Nunc autem primum impetu  
sequimur. Deinde quanvis vana nos concitaue-  
rint, perseveramus, ne videamur coepisse sine cau-  
sa: & quod iniquissimum est, pertinaciores nos  
facit iniqüitas iræ. Retinemus enim illam & au-  
gemus, quasi argumentum sit iustè irascendi, gra-  
uiter irasci. Quod accidere vides in animalibus  
mutis, idem in homine deprehendes. Fruolis tur-  
bamur & inanibus. Taurum color rubicundus  
excitat: ad vimbram aspis exurgit: vrsos leones-  
que mappa priorit. Omnia quæ natura fera ac  
rabida sunt, conseruantur ad minima. Idem in-  
quietis & stolidis ingenij euensis: rerum suspicio-  
ne feriuntur. Adeo quidem, vt interdum iniuri-  
as vocent modica beneficia: in quibus frequen-  
tissime certè acerbissima iracundia materia est.  
Charissimis enim irascimur, quod minor a nobis  
præstiterint, quam mente conceperimus, quam  
quæ alii tulerint: utriusque rei paratum reme-  
diū sit. Magis alteri indolit: nostra nos sine  
comparatione delectent. Nunquam erit felix  
quoniam torquebit felicior. Minus habeo quam  
speravi: sed fortasse plus speravi, quam debui.

Nulli ad aliena respicienti, sua placent. Inde Dijs quoque irascimur, quòd aliquis nos antecedat, oblici quantum sequatur à tergo ingentis iniuidiæ. Tanta tamen importunitas hominum est, vt quamvis multum acceperint, iniuriæ loco sit, plus accipere potuisse. Libro. 3. de Ira. à 29. vñque ad 31. cap.

Videamus quomodo alienam iram leniamus, nec enim sani esse tantum volumus, sed sanare. Primam iram non audemus oratione mulcere, surda est, & amens: dabimus illi spatiū: remedia in remissionibus profunt: nec oculos tumentes tentabimus, vim rigentem mouendo incitaturi, nec cætera vitia dum feruent. Initia morborum quies curat. Quantulum inquis, prodest remedium tuum, si sua sponte desinentem iram placat? Primum, vt citius desinat, efficit: deinde custodiet, ne recidat: ipsum quoque impetum quem non audet lenire, falleat. Remouebit omnia vltionis instrumenta. Simulabit iram, vt tanquam adiutor, & doloris comes, plus autoritatis in consilijs habeat: moras neget, & dum maiorem querit poenam, præsentem differet. Omni arte requiem furori dabit. Si vehementior erit, aut pudorem illi cui non resistit, incutiet, aut metum. Si infirmior, sermones inferet vel gratos, vel nouos, vel cupiditate cognoscendi auocabit. Medicum aiunt, cum regis filiam curare deberet,

deberet, nec sine ferro posset, dum tumentem mammam leniter fouet, scalpellum spongiate etum induxisse. Repugnat et pueria remedio palam admoto: eadem quia non expectauit, dolorem tulit. Quædam non nisi decepta sanantur. Alteri dices, Vide ne iniurias iracundia tua voluptati sit. Alteri, Vide ne magnitudo animi tui creditumque apud plerosque rubor, cadat. Indignor mehercule, & nō inuenio dolendi modum, sed tempus expectandum est, dabit poenas. Serua istud in animo tuo cum potueris, & pro mora reddes. Castigare vero irascentem, & vltro obuiam ire ei, incitare est. Libro. 3. de Ira. cap. 39. & 40.

Grauissima est probi hominis iracundia. Ex Plb. Mi.

Homo extra corpus est suum cum irascitur. Ex eodem.

Iratum breuiter vites, inimicum diu. Ex eod.

Iracundiam qui vicit, hostem superat maximum. Ex eodem.

Iratus, etiam facinus consilium putat. Ex eod.

Maledictū interpretando facies acrius. Ex eo.

Muliebre est, furere in ira. Ex eodem.

Nunquam liquidum syncerumq; ex turbido venit. Ex eodem.

Reuera memoria beneficiorum fragilis est, in iuriarum tenax. Ex eodem.

*Annotationes in Euangelia.*

Si quis irascitur, poenas ab alio expetit, à se exigit. Ex eodem.

Furor fit læsa sacerdotis patientia. Ex eodem.

Mutat se bonitas cum irrites iniuria. Ex eodem.

Hæc quād difficile est lædi ab illo de quo nō possis queri. Ex eodem,

**DOMINICA VI. POST  
Pentecosten Euang.**

**Misereor super turbam, quia ecce iam triduo.**  
*Marci. 8.*

**E**cce iam triduo sustinent me.) Fiducia eorum in Domino notatur, de qua vide tomo. 2. Concionum feria. 4. post primam Dominicam Quadragesimæ Concione. r. ibi, Non derent fortasse.

(Vnde illos quis poterit hic saturare panibus in solitudine.) Imperfectorum adhuc discipulo-ruin & parue in Dño fiducia hæc vox est, quare permisserit Dñs in suis discipulis hanc imperfectionem, vide to. 2. Conc. feria. 4. post secundam Dominicam Quadragesimæ Conc. 2. §. 3.

(Præcepit turbe discumbere.) Et cōtinuo eius parentes iussioni discubuerunt, facile est maiorisibus obedire cum suavia præcipiunt, Sicut isti qui ad diuinum iubentur sedere conuiuum.

Prompte

**Dominica VI. post Pentecosten. 197**

Prompte & hilariter docemur obedire superioribus, cū carni & appetitiū contraria præcipiunt, exemplo Christi qui factus obediens patrī gaudensibat ad crucem. Vide tomo. 1. Conc. Dominica. 1. Aduen. Conc. 1. in prin. sed præcipue ibi, Tertia vero huius. & Concione. 1. Dominica in Ratmis. §. 1. in tractatione thematis, & Concio. 2. Dominica. 1. Ad iuxta morem fratrum prædicta torum, ibi, Hæc asina. Vide quæ adnotauimus de hoc miraculo supra Dominicam. 4. Quadrag.

Non sinit Deus suos in hac vita fame perire, neque in temporalibus deest illis. Vide in G. lib. 1. cap. 1. 2. & cap. 2. 3.

(Si dimissero eos ieiunos deficient in via) Vide in M. par. 1. tract. 3. cap. 4.

(Colligite quæ superauerunt fragmēta ne pe- reant.) Hic intelligi datur de temporalibus solum sumendum quod ad vitæ sustentationem sufficiat, vide ibidem.

Ex hac Dei misericordia qua Deus præsto est in se confidentibus, ob quam ludandus & obse- quendus erat, perseuerandi in suis peccatis mali sumunt ansam. Vide in G. lib. 1. cap. 2. 7.

(Misereor super turbā) quod cū Dei misericor dia iustitia etiā resplēdeat vt an se huius excludatur occasio, in Add. to. 1. Confid. 1. ex. 7. vltimis.

(Gratias egit.) Præter ea quæ adnotauimus Domin. 4. in Quadrag. Vide in Add. Confid. 2.

## DOMINICA VII. POST Pentecosten Euang.

¶ *Attendite à falsis Prophetis qui veniunt ad vos.* Matth. 7.

**V**nde de hypocrisi quæ adnotauimus fer. 4.  
& 6. Cinerum, & supra Dominia. 5. Qua  
liter dæmon figuram virtutis assumens in  
Angelū lucis fē trāsformet. Vide in O.par. 2.c. 5.

## DOMINICA VIII. post Pentecost. Euang.

¶ *Homo quidam erat dines qui habebat vili-  
cum.* Luc. 16.

**R**edderationem vilicationis tuæ.) De stri-  
cto Dei iudicio vbi reddedda ratio de ver-  
bo otioso, vide in G.lib. 1.cap. 8. vide etiam  
Dominica. 1. Aduen.

(Facite vobis amicos de mamona iniquitatis.)  
De eleemosyna vide quæ adnotauim⁹ supra Do-  
minica. 1. Mirabile est valde quod omnes fide-  
tenemus economos nos esse à Deo, licet verum  
habeamus dominū: sed illius omnipotētia sub-  
ordinatum, quo vt possumus in ijs rebus quæ li-  
cita fuerint, alioqui strīctè rationē reddēdā, à no-  
bis

Dominica IX. post Pentecost. 198

bis, & sic viuamus ac si hoc verū non esset, & hoc  
prouenit ex eo quod hæc nō cōsideramus, huius  
considerationis necessitas explicatur in O.cap. 1.

## DOMINICA IX. POST Pentecosten Euang.

¶ *Videns Iesu ciuitatem fleuit super illam, di-  
cens, si cognouisses ē tu.* Luc. 19.

**I**n sensu morali optimè explicat noster autor  
hoc euangelium in G.lib. 1.cap. 11.

Grauit punit Deus homines & regna quæ  
suæ visitationis gratiam nō cognoscunt. Ibidem  
cap. 23. §. 1.

(Fleuit super illam.) Fleuisse Christum Domi-  
num legimus risisse nunquam, vt ostenderet mo-  
destiam Christiano & euangelico viro dignam.  
Ibidem lib. 2. cap. 15.

Lachrymæ ex tristitia procedūt, quæ in nobis  
passiones excitādæ sunt cum ad aliorum vtilita-  
tem necessarium iudicauerimus, & quod tūc ho-  
mo perfectus est quando passiones animæ sunt,  
sicut corporis humores in debito temperamen-  
to. Vide in Add.tom. 1. cap. 6.

(Quia si cognouisses & tu.) Efficacissimo spiri-  
tu hoc explicatur in M. p. 1.c. 5. Ierosolymitani  
regni destruccióne habetur in Introd.fid.p. 2.c. 14.

Ad

Ad longum refertur tota tragœdia destructio  
nis illius populi ob non cognitam Domini visita  
tionem, ibidem par. 4. à cap. 13. & deinceps.

Quod huius diei prophetiae impletio maximè  
nostram fidem cōfirmet, Ibidem part. 2. c. vlt. §. 3.

Varijs argumentis & sacre Scripturæ historijs  
probatur, gentem illam verum Deum non cole-  
re, cum per tot annorum millia à Deo sint derel-  
icti, Ibidem par. 4. cap. 18.

De Ierosolymæ miseranda ruina ob non agni-  
tam diuini visitationis gratiam, vide tom. 2. Con-  
cio. feria sexta post. 2. Dominicam Quadragesimæ  
per duas eius Conciones.

(Eo quod nō cognoueris tempus visitationis  
tua.) Quale erit illorum supplicium qui luci diu-  
næ per Christū allatæ oculos clauerunt visitatio-  
nis eius tempus non cognoscentes. Vide to. 2. de  
Sanctis Conc. 1. Sanctorū Simonis & Iudæ. §. 2.

## DOMINICA X. POST Pentecosten Euang.

¶ *Duo homines ascenderunt in templum ut  
orarent. Lucae. 8.*

**D**eus gratias ago tibi.) Phariseus oratus  
ascendens nihil à Deo petiit, Publicanus  
aliquid & id quod à peccatore petendum.  
*Quid*

Quid à Deo sit petendū cum ad orādum Deum  
accedimus, vide suprato. 3. Conc. Dominica  
4. post Oct. Paschæ Concio. 1. ibi, Amen Amen  
dico vobis.

(Non sum sicut cæteri hominum.) Defugien-  
da vanæ gloria, & bonis operibus non publican-  
dis. Vide tom. 1. Conc. Dominica. 2. post Octa.  
Epiphaniæ, Concione. 2. §. 2.

(Non sum sicut cæteri hominum.) Quod in  
eis qui bona opera faciunt sæpenumero quodā  
superbiæ vulnus latere soleat. Vide tomo. 2. de  
Sanctis, Concione. 2. Sancti Iacobi. §. 2.

(Velut etiam hic Publicanus.) Hoc est maxi-  
mum eorum qui iustitiam sectantur periculum,  
cum se ijs criminibus carere videant quæ in alijs  
vident contra eos indignantur, & in superbiam  
efferuntur, malum hoc aperitur & eius assignatur  
remedium, tomo. 2. Conc. fer. 4. post. 2. Domini-  
cam Quadrag. Concione. 1. par. 2.

Phariseus iste de sua exteriori iustitia confis-  
sus alios aspernabatur, sic multifaciunt. Vide in  
G. lib. 2. cap. 20. §. 3. vbi & præfens Euangeliū  
explicatur.

Phariseus iste multum loquutus est, putans  
quod in multiloquio suo exaudiaretur. Vide feria  
4. Cinerum. Quod quisua opera scrutatur plus  
habet vnde humilietur quam vnde infletur. Vi-  
de in O. meditatione, 2. pro feria. 2.

*Annotationes in Euangelia.*

(Ieiuno bis in Sab batho.) Quantum sancti vanæ gloriae vitium detestati fuerint. Vide Dominica. 3. Aduen. Concion. 1. in prin.

(Deus propitius esto mihi peccatori.) Orationis verè requisita in huius Publicani oratione inuenies, quæ sint requisita ad perfectam orationem. Vide tomo. 3. Concio. Concion. 3. in ferijs Rogationum.

Aduerte duo extrema, vnu bona opera aspiciens mala ea reddidit ex superbia, aliud sua compliciens mala, bona illarum disloquentia & cognitione reddidit. Facili negotio huic doctrinæ aptari potest doctrina quam habes in O. parte. 2. capite. 4. §. 6. Quod nullus debeat se extollere & alios despicere licet ea quæ ipse facit alios non videat facere. Vide in O. par. 2. cap. 5. §. 6.

Vide vanam Pharisæi orationem, ad Deum exorandum accedit plenus proprio amore. Hoc copiosè & eleganter reprehenditur in O. part. 2. cap. 5. §. 10.

Publicanus hic adeptus est præmium feruoro-fé orationis, sic tu in magnis necessitatibus feruorose orat. Vide in O. par. 2. cap. 5. §. 15.

(Deus propitius esto mihi peccatori.) Huius Publicani pœnitentia cum pœnitentia Beatissimæ Magdalenæ comparatur, Concion. 2. eiusdem festi. §. 1. tomo. 2. de Sanctis.

(Omnis qui se exaltat humiliabitur.) De superbia

*Dominica X. post Pentecost.* 200

perbia in G. lib. 2. cap. 4. de perfecta humilitate in Add. lib. 1. cap. 15. 16. & 17. & in O. meditatio-ne. 2. pro feria. 2. & in M. tomo. 1. in prima beneviendi regula. capit. 2. §. 2. & infra Dominica 16. Concion. 2. par. 2. Vide etiam de humilitate quæ adnotauimus Dominica in Ramis, & fer. 5. in Coena Domini, & in communis Apostolorum in illud, Discite à me quia mitis sum & humili corde.

Quam sit efficax oratio humili apud Deum, cum hic dicatur descendit hic iustificatus ab illo, & redditur causa quia omnis qui se humiliat, vide tomo. 1. Concionum, Dominica. 2. post octauas Epiphaniae, Concion. 1. §. 1. ibi, Ecce inquit leprosus. De humilitate, vide tomo. 1. de Sanctis, Concion. 1. Sancti Mathiæ, ibi, Neque ipsis modo, & Concion. 1. in festo Sancti Thomæ Aquinatis. §. 3. & Concion. 2. in Visitatione Sanctæ Mariæ prope finem, ibi, Est autem hæc virtus. Humilitatis commendatio & via qua ad illam possimus peruenire explicatur tomo. 2. de Sanctis, Concion. 1. Sancti Michaelis. §. 2. & 3.

de peccato superbie ibidem Concion. ne. 2. in principio, & Concion. ne. 3. per totam.

DOMI-

## DOMINICA XI. POST Pentecosten Euang.

**T**Exiens Iesu de finibus Tyri venit per Sidonem. Marci. 7.

**A**dducunt ei surdū & mutum.) Surdus iste peccator est à dæmonie surdus & mutus effectus, ea est dæmonis astutia omnes in peccatore occludere aditus quibus patere potest ad eius animam diuinarum inspirationum & vocum accessus. Vide tom. 2. Concio. Dominica in Passione Concione. 1. §. 2. Dæmon mutum reddit peccatorem similiter & Deus, sed ille ne sua confiteatur peccata, Deus vero ne in lingua offendat. De lingue custodia in G. lib. 2. ca. 1. §. 4. Vide etiam Dominica. 3. in Quadrag. Conc. 3. per totam. & in M. in. 1. de bene viuendi regula. §. 7. & in. 2. regula cap. 2. §. 5.

## DOMINICA XII. POST Pentecosten Euang.

**T**Beati oculi qui videt quæ vos videris. Luc. 10.

**H**omo iste vulneratus nostra natura est quæ sic fuit vulnerata ut quæ antea diligerat suum creatorem plusquam se, modo ex infir-

**Dominica XII. post Pentecosten.** 201

ex infirmitate plus inclinetur ad diligendum se quam Deum, Vide in Add. lib. 1. cap. 3.

(Beati oculi qui vident quæ vos videris.) Nam vident vultum tuum præ filijs hominum speciosum. De Dei pulchritudine, vide in Add. tom. 1. Consideratione. 2. ex septem postremis. Quod solus Deus sit nostra beatitudo, Ibidem Consideratione. 5. ex septem vltimis. §. 1.

(Similiter & Leuita.) Leuita qui peculiariter ad opera misericordiæ tenebatur pettransiuit, fortasse necessitas illi incumbebat adimplendi ministerium aliquod officij sui. Sic multi ecclesiærum prælati qui propter spiritualia exercitia, sed & aliquando propter corporis delicias negotijs interesse afflictorum recufant. Quod relinquenda sint spiritualia exercitia propter opera misericordiæ præsertim si sint debita ex officio vel ex necessitate. Vide in O. par. 2. cap. 5. §. 9.

(Diliges Dominum Deum tuum.) Eadem verba sunt infra Dominica. 17. Vide quæ ibi adnotantur, præcipue Concione. 1.

Cc DOMI-

DOMINICA XIII.  
post Pentecost. Euang.

**Cum iret Iesus in Ierusalem & transiret per medium Samariam. Luce. 17.**

**Q**VIS steterunt à longe.) In lege leprosi ab aliorum confortio fecernebantur ne lepra sua alios inficerent: sic in Christiana Repub. publici peccatores, qui peccatorū suorum contagio alijs nocent, arcendi erant. De fugiendis prauis occasionibus & malorum confortio. Vide in M. in prima bene viuendi regula. Vide etiam quę adnotauimus, feria. 6. post. 3. Dominicam Quadragesimæ in illa verba, Non co-utuntur Iudei Samaritanis.

Lepræ nomine peccatum intelligitur quod velut lepra inficit animam, quæ mala ex peccato sequantur habet copiose in M. tomo. 1. tract. 2. cap. 2. & 3. & in prima bene viuendi regula. ca. 1. ponuntur medicamina ad hac leprā sanandam.

(Nō est inuentus qui rediret & daret gloriam Deo.) De gratitudine, vide in G. lib. 1. cap. 2. & in O. parte. 1. in meditatione. 1. pro feria. 3. §. 3. & meditatione. 2. pro die Dominicæ in principio. Gratitudo leonis, ciconiæ, accipitris narratur in Introductione fidei, parte. 1. cap. 14. & 17.

Gratitenum Deo esse, præcipue ob redem-  
ptionis

Dominica XIII. post Pentecost. 202

ptionis beneficium. Vide tomo. 2. Conc. Dominica in Ratmis Concione. 1. prope finem, & to. 1. de Sanctis, Concione. 1. in Annuntiatione Beatæ Mariæ in Exordio. Pro quotidiano beneficio quo Dominus nos pascit grati esse tenemur & contra ingratos, Vide tomo. 2. Conc. Dominica 4. in Quadrag. Concione. 2. ibi, Accipiens ergo. Ingrati licet non nomen officium tamen Dei sibi usurpat. Vide tomo. 1. Conc. Dominica. 3. Aduen. Concione. 1. in principio.

De gratitudine beneficiorum Dei. Vide infra Dominicæ. 16. Concione. 1. par. 2.

(Leuauerunt vocem à longe.) Quoniam lege cautum erat ne leprosi alijs communicarent, ne sui mali contagio alios inficerent: sic cauendum summopere est ut recedamus à tabernaculis hominum impiorum ne contingamus quæ illorum sunt, ne eorum peccatis communicemus, quantum noceant malorum confortia. Vide tomo. 1. Concio. Dominicæ. 4. post octauas Epiphaniae, Concionē vñica.

(Ite ostendite vos sacerdoti.) Aduerte quo honore sacerdotes Dominus aestimari velit ut quos ipse sua virtute à lepra sanandos duxerat sacerdotibus iubet presentari. Quæ Christus Dominus Noui testamenti sacerdotibus contuleret beneficia. Vide tomo. 3. Conc. Dominicæ in Albis, Concione. 2. ibi, Sed ad historiam.

**In eadem Dominica XIII.**

Leprosi isti ab hominum consortio fecernebantur in lege, ne lepra sua alios inficerent. De fugiendo malorum consortio & sequentia duximus adnotanda ex eodem vbi suprà.

**Q**uemadmodum ei qui amorem exuere conatur, evitanda est omnis admotio dilecti corporis (nihil enim facilius quā amor recrudescit) ita qui deponere vult desideria rerum omnium, quarum cupiditate flagravit, & oculos & aures ab his quæ reliquit, auertat. Citò rebellat affectus: quo cunq; se verterit, pretiū aliquod presens occupationis suę inueniet. Epif. 70.

Sapienti non sollicitè custodire se tutum est, & lachrymas suas & voluptates vbi volet, fistet. Nobis quia non est regre di facile, optimum est omnino non progredi. Eleganter mihi videtur Panætius respōdisse adolescentulo cuidam quærenti, An sapiens amaturus esset. De sapiente, inquit, videbimus: mihi & tibi (qui adhuc à sapientē longe absimus) non est committendum, ut incidamus in rem commotam, impotentem, alteri emancipatam, vilem sibi. Siue enim nos resperxit, humanitate eius irritamur, siue contempsit, superbia accedimur. Aequè facilitas amoris, quam difficultas nocet. Facilitate capitur, cum difficultate certamus. Itaque conscij nobis imbecillitas

tatis nostræ, quiescamus. Nec vino infirmum animum committamus, nec formæ, nec adulatio[n]i nec vllis rebus blandè trahentibus. Quod Panætius de amore quærenti respondit, hoc ego de omnibus dico. Quantum possumus nos lubrico recedamus. In sicco quoque parum fortiter stamus Epif. 17.

Eripere telum, nō dare, irato decet. Ex Pu. Mi.

Malè facere qui vult, nusquam non causam inuenit. Ex eodem.

Veniet aliquod tempus quod nos iterum iungat ac misceat, quantumlibet sit illud, longum faciet scientia vtendi: Nam vt Posidonius ait, vnu[s] dies hominum eruditorum plus patet, quam imperiti longissimaætas. Seneca Epif. 79.

Pessimum genus horum hominū videbatur, qui verba gestaret. Sunt quidā, qui vitia gestant. Horum sermo multum nocet. Nam etiam si non statim proficit, semina in animo relinquit, sequiturq; nos (etiam cum ab illis discesserimus) resurrectorum postea malum. Quemadmodum qui audierunt symphoniam, ferunt secum in auribus modulationem illam ac dulcedinem cantus: quæ cogitationes impedit, nec ad seria patitur intendi: sic adulatorum, & praua laudantium sermo diutius hæret, quæ auditur: nec facile est animo dulcem sonum excutere, & prosequitur, & durat, & interuallo recurrit. Seneca Epif. 124.

*Annotationes in Euangelia.*

Nulla res magis animos honesta induit, dubiosque & in prauum inclinabiles reuocat ad rectum, quam bonorum virorum conuersatio. Paulatim enim descedit in pectora, & vim præceptorum obtinet, frequenter audiri, aspici frequenter. Occursus mehercule ipse sapientium iuuat: & est aliquid, quod ex magno viro vel tacete proficias. Minuta quedam, vt ait Phædon, animalia cum mordent, non sentiuntur, adeò tenuis illis & fallaces in periculum vis est: tumor tamē indicat morsum, & in ipso tumore nullum vulnus appetet. Idem tibi in conuersatione virorum sapientium eueniet: non deprehendes quemadmodum, aut quādō tibi profint, profuisse deprehendes. Sene. Epist. 95.

Incident libidines tuas adulterorum sodalitia. Si velis vitijs exui, longè a vitiorum exemplis recedendū est. Auarus, corruptor, saeuus, fraudulentus, multuum nocituri, si prope tefuisserit, intrates sunt. Ad meliores transi. Cum Catonibus viue, cum Lælio, cum Tuberone: quod si conuiuere etiā Græcis iuuat, cum Socrate, cum Zenone verfare. Alter te docebit mori si necesse erit, alter, antequam necesse erit. Viue cum Chrysippo, cum Posidonio. Hi tibi tradent diuinorum humana- runque notitiam. Epist. 105.

Cum placidissimo, & facillimo, & minimè anxi, morosoq; viuendum est. Sumuntur à conuer-

santibus

*Dominica XIII. post Pentecost. 204*

santibus mores. Et vt quædam ad contactus corporis vitia transiliunt: ita animus mala sua proximis tradit. Ebriosus conuictores in amorem vini traxit: Impudicorum coetus fortē quoq; & sificeum virum emollit. Auaritia in proximos virus suum transstulit. Eadem ex diuerso ratio virtutum est, vt omne quod secum habent, mitigent. Nec tam valetudini profuit vtilis regio, & salubrīus coelū, quam animis parum firmis in turba meliorum versari. Quæ res quantum posset, intelleges, si videris feras quoq; conuictu nostro manu scescere, nullique immani bestiæ vim suam permanere, si hominis contubernium diu passa est. Retunditur omnis asperitas, paulatimque inter placida dediscitur. Accedit huc, quod non tantū exemplo melior fit, qui cum quietis hominibus viuit, sed quod causas irascendi non inuenit, nec vitium suum exercet. Fugere itaque debebit omnes quos irritatus iracundiam sciet. Qui sunt, inquit, isti? Multi ex varijs causis idē facturi. Offendet te superbus contemptu, diues contumelia petulans iniuria, luidus malignitate: pugnax contentione, ventosus & mendax vanitate. Non feres à suspicio timeri, à pertinace vinci, à delictato fastidiri. Elige simplices, faciles, moderatos: qui iram tuam neceuocent, nec ferant. Magis adhuc proderunt submissi, & humani, & dulces, non tamen usque in adulationem. Nā iracundos

Cc 4 nimia

nimia assentatio offendit. Erat certè amicus noster, vir bonus, sed iræ paratioris, cui non magis erat tutum blandiri, quām maledicere. Lib. 3. de Ira. cap. 7. & 8.

Serpunt vitia, in proximum quemque transfluent, & contactu nocent. Itaque ut in pestilentia cauendum est, ne corruptis iam corporibus & morbo flagrantibus affideamus: quia pericula trahemus, afflatusque ipso laborabimus: ita in amicorum legēdis ingenij dabimus operam, ut quā minime inquinatos assumamus. Initū morbi est, ægris sana miscere, ne hoc præceperim tibi, ut ne minem nisi sapientem sequaris, aut attrahas. Vbi enim istum inuenies, quem tot seculis querimus? Pro optimo est minime malus. Vix tibi esset facultas delectus felicioris, si inter Platonas & Xenophontas, & illum Socratici foetus prouentum bonos quereres. Lib. 1. de Tranq. cap. 7.

### ¶ In eadem Dominica XIII.

& quæ sequuntur duximus adnotanda ex libro Collectaneorum eiusdem, de gratitudine quæ in solo uno leproso isto inuenta est.

**O**fficia etiam ferentur. Nec ullum tam immanis etum animal est, quod non cura mitiget, & in amore sui vertat. Leonū ora à magistris impunè tractantur. Elephantū feritatem

feritatem usque in seruū obsequium demeretur cibus. Adeo etiam quæ extra intellectum, atque estimationem beneficij sunt posita, aſſiduitas tamē meriti pertinacis euincit. Libro. 1. de Bene. capite. 3.

Hæc enim beneficij inter duos lex est. Alter statim obliuisci debet dati, alter accepti nunquā. Lib. 2. de Bene. cap. 1.

Qui grata beneficium accepit, primā eius pensionem soluit. Lib. 2. de Bene. cap. 22.

Nullo magis Cæſarem Augustum demeruit, & ad alia impetranda facilem sibi reddit Fur-nius, quām quod cum patri Antonianas partes secuto, veniam impetrasset, dixit. Hanc vñā Cæſar habeo iniuriam tuam: effecisti, ut viuerem & morerer ingratus. Lib. 2. de Bene. c. 25.

Ingratus est qui beneficium accepisse se negat, quod accepit. Ingratus est, qui dissimulat. Ingratus, qui non reddit, ingratissimus omnium, qui oblitus est. Hic nunquam fieri gratus potest, cui totum beneficium elapsum est. Libro. 3. de Bene. cap. 1.

Ingratum denique voco quisquis metu gratus est. Lib. 4. de Bene. cap. 18.

Quomodo disertus est, etiam qui tacet: fortis etiam, qui compressis manibus, vel etiam alligatis: quomodo gubernator, etiam qui in sicco est: quia consummatæ scientiæ nihil deest, etiam si

quid obstat quominus se vtatur: ita gratus est, etiam qui vult tantum: nec habet huius voluntatis suæ ullum alium, quam se testem. Lib. 4. de Bene. cap. 2. 1.

Beneficium nullum est, nisi quod ad nos primum aliqua cogitatio desert amica & benigna. Itaque nec fluminibus gratias agimus, quanvis aut magna nauigia patientur, & ad subuehendas copias largo ac perenni alueo currant: aut piscofa & amoena pinguis bus aruis interfluat: nec quisquam Nilo beneficium debere se iudicat, non magis quam odium, si immodicus superfluxit, tandeque recessit: nec ventus beneficium dat, licet lenis, & secundus aspiret: nec vtilis & salubris cibus. Nam qui beneficium mihi datus est, debet non tantum prodesse, sed velle. Ideo, nec mutis animalibus quicquam debetur: Et quam multos è periculo velocitas equi rapuit? nec arboribus: Et quam multos æstu laborantes, ramorum opacitas texit? Quid autem interest, vtrum mihi qui nescit, profuerit, an qui scire non potuit, cū vtriq; velle desuerit? Lib. 6. de Bene. cap. 7.

Si quis sua causa nobis profuit, ei ne, inquis, debetur aliquid? Hoc enim saepe te conquerente audio, quod quædam homines sibi præstant, alijs imputant. Dicam mi Liberalis: sed prius hanc quæstiunculam diuidā, & rem æquam ab iniqua separabo. Multum enim interest vtrum aliquis benefi-

beneficium nobis det sua causa, an nostra, an sua & nostra. Ille qui totus ad se spectat, & nobis prodest: quia aliter sibi prodesse non potest, eo loco mihi est, quo qui pecori suo hybernū & æstiuū pabulum prospicit: eo loco quo qui captiuos suos, vt commodius veneant, pacit, & optimos boves saginat, ac defricat: quo lanista qui familiam suam summa cura exercet atque ornat. Multum (vt ait Cleantes) à beneficio distat negotiatio. Rursus non sum tam iniquus, vt nihil ei debeam, qui cum mihi vtilis esset, fuit, & sibi. Non enim exigo, vt sine respectu sui mihi consulet, imo etiam opto, vt beneficium mihi datum, vel magis danti profuerit, dummodo id qui dabant duos intuens dederit, & inter me sequē diuiserit, licet id ipse ex maiore parte possideat. Si modo me in cōsortium admisit, si duos cogitauit, ingratus sum, non solum iniustus, nisi gaudeo hoc illi profuisse, quod proderat mihi. Summæ malignitatis est, non vocare beneficium, nisi quod dannatum aliquo incōmodo affecit. Non sum iniquus beneficij interpres, nec desidero illud mihi tantū dari, sed & tibi. Lib. 6. de Bene. cap. 12. & 13.

Errat, si quis beneficium libētius accipit, quam reddit. Ingratus est, qui beneficium reddit sine vsura. Epist. 8. 2.

Beneficia plura recipit, qui scit reddere. Ex Publ. Mlm.

*Annotationes in Euangelia.*

Dixeris maledicta cuncta, cum in gratum hominem dixeris. Ex eod.

Fraus est accipere, quod non possis reddere. Ex eodem.

Ingratus unus miseris omnibus nocet. Ex eod. Malignum fieri, maxime ingratii docet. Ex eo. Beneficia se dedisse qui dicit, petit. Ex eodem.

**DOMINICA X I I I .**  
post Pentecosten Euang.

*Nemo potest duobus dominis seruire.*  
*Matthei. 6.*

**N**E solliciti sitis &c.) Res digna consideratione est quam solitudinem adhibeant homines de bonis externis, malis & bonis communibus & de re omniū maxima, vita scilicet spirituali cōseruāda nihil curēt, vid. in Prolog. G.

(Respicite volatilia cœli.) Tota prima pars Introd. Symboli hoc probat, recēset enim varias & curiosas animalium & volatilium proprietates, vt earum mirifica compositione in cognitionem conditoris veniamus & ex illis discamus rationis expertibus in Domino spem collocare, qui nunquam ijs animalibus in necessarijs ad vitæ conseruationem defecerit, minus enim nobis deficit qui pluris sumus illis.

(Confi-

**Dominica X I I I . post Pentecostē.** 207

(Cōsiderate lilia agri.) vide ibid. c. 1 o. Respicite volatilia cœli, ibidem ca. 14. sed præcipue ca. 36. hoc probatur peculiaribus & optimis rationib⁹.

(Respicite volatilia cœli.) Dei prouidētia qua rationis expertibus necessaria ad suos fines subministrantur suademur multo magis nobis prouidendum, præcipue in ijs quæ animę cōueniunt & quod in vno Deo omnia habemus, vt solicitude nos conuertendi ad creaturarum auxilia tollatur, explicatur Conc. 3. Pentecostes in principio post exordium, & Conc. 4. in festo Sanctissimæ Trinitatis post exordium.

(Quærите primum regnum Dei.) Primū & maximum negotium esse coelestis regni acquisitionem cætera in huius negotij comparatione quæ temporalia sunt, nihili esse æstimanda, ad lōgum & eleganter ostenditur. tomo. 2. de Sanctis Concione. 3. in Assumptione B. Mariæ in principio post exordium, usque ad. §. 3.

(Scit patér vester quia ijs omnibus indigetis.) Dei prouidentia qua quæ nostra sunt curat explicatur tomo. 2. de Sanctis Concione. 1. Sancti Bartholomæi in principio.

(Quærите primum regnum Dei.) Nihil deesse posse ijs qui Dominū toto sequuntur corde ostenditur Domin. 4. in Quadrag. Conc. 4. per totam.

Quod animalia nos vincant gratitudine, vide in Glib. 1. cap. 3. §. 1.

(Scit

*Annotationes in Euangelia.*

(Scit enim pater vester qui a his omnibus indigetis.) Quid non sinat etiam in hac vita suos Deus fame perire, vide in G.lib. 1.ca. 23. & in M. par. 1, cap. 3. Qualiter exaggerandum quod homines parum Deo fidant in temporalium prouisione, vide in Rethorical lib. 2.cap. 11.

(Considerate lilia agri.) Considerationis amplificatio habetur, ibidem lib. 3.cap. 4.

(Nemo potest duobus dominis seruire.) Non solum Deo & diuitijs, sed & minus Deo & peccato, vide in G.lib. 1. cap. 19. & lib. 2. cap. 5. vbi optima assignatur ratio quare Deo & diuitijs ex æquo non possumus seruire, vide etiam in Addit. lib. 1. cap. 3. §. 1. & in O. parte. 2. cap. 3.

**D O M I N I C A   X V.**  
post Pentecost. Euang.

**¶** Ibat Iesus in ciuitatem quæ vocatur Nain.  
*Luce. 7.*

**E**cce defunctus efferebatur.) In tribus mortuis à Domino excitatis triplex ostenditur peccantium mors, vide feria. 6. post quartâ Dominicam Quadragesimæ Conc. 1. §. 2.

Tres mortuos Christus suscitauit, unus intra domum continebatur, alter extra portâ ciuitatis efferebatur, alter in sepulchro foetidus iacebat,  
in quibus

**Dominica XV. post Pentecost.** 2c<sup>g</sup>

in quibus tria peccatorū genera designantur, con sensus operis interior, opus cōsummatū exterius & tādē prava cōsuetudo ad interitū ducūt, & sic à minoribus ad maiora peruenit, principijs ergo obstatū in G.lib. 2. c. 12. & 20. & in M. te. 1. in prima regula bene viuendi, §. 3. hoc probatur appositissimis similitudinibus & exemplis.

**¶** In eadem Dominica X V. & quæ sequuntur duximus adnotanda ex libro Collectaneorum eiusdem de mæstorum consolatione, ad viduam enim hanc consolandam turba hæc aderat.

**E**Vphrates Syrus amissa vxore, dicebat; O philosophia! tyrannica sunt præcepta tuas: amare iubes, & si quis amiserit, quod amat, dolore & moerore affici phibes. Sto. fer. 79.

Philosophus quidam priscus huiusmodi sermone Arisnoes reginæ luctum cōpescuit. Cum Iuppiter, inquit, inter Dæmones rerum faceret partitionem, Luctus non aderat, sed partitione iam peracta venit. Huic igitur cum Iuppiter aliquid honoris tribuere vellet, nec esset quod daret (quippe iam consumptis omnibus) tandem assignauit illi honorem, qui mortuis impeditur, veluti lachrymas & moerores. Quemadmodum igitur cæteri dæmones bene volunt ijs, à quibus

*Annotationes in Euangelia.*

quibus coluntur, itidem & luctus. Quid si fuerit abs te contemptus, ô mulier, haud quaquam venturus est ad te: contrà, si diligenter abs te colatur honoribus illi assignatis à Ioue, mœroribus a clamentis, diligit te: semperque tibi suppeditabit aliquid earum rerum, quibus abs te perpetuò possit honorari, nempe mœroris, & lachrymarum materiam. Plut. in Consolatione ad Apolloniū.

Solon cum ex amicis quendam grauiter mœrentem videret, in arcem perduxit, hortatusque est, vt per omnes subiectorum ædificiorum partes oculos circumferret. quod vt factum animaduertit, Cogita, inquit, nunc tecum, quam multi luctus sub his tectis olim fuerint, hodieque versentur, in sequentibusque sæculis sint habituri: & mitte mortalium in commoda tanquam propria deflere. Qua consolatione demonstrauit, vrbes nihil esse aliud quam humanarum cladium consinta miseranda. Valer. Max. lib. 7. cap. 2.

Idem aiebat, si in unum locum cuncti mala sua contulissent, futurum, vt propria sua quisque deportare domum, quam ex omni miseriari aceruo villam aliam portionem ferre mallet. Quo colligebat, non oportere quenquam, quæ fortuitò patiatur, tamquam præcipue & intolerabilis amaritudinis malaiudicare. Idem.

Amasis, ad quendam filio priuatum dixit, Si non tristatus es, cum nondū filius esset, nec nunc quidem

*Dominica XV. post Pentecost. 209*

quidem dolere debes, cum non amplius est. Sto-  
bæus ser. 121.

Demonax quendam filij mortem inconsolabiliter lugentem, & in tenebris abditum adjit, certo promittens se filij umbram ab inferis reuocaturum, si tres ex hominum numero sibi nominare posset, qui nullius luxissent obitum. Cumq; is cogitationem per omnes notos circunferens, ne unum quidem reperisset luctus expertem, Quid igitur, inquit, te ipsum discrucias homo, quasi nouū aliquid acciderit? Eras. lib. 8. Apoph.

Plato Atheniensibus dicebat, in morte amicorum quiescendum esse, partim eo quod nondum liqueret, bonum esset, an malum, quod accidisset: partim quod acerbè ferenti, nihil à luctu esset commodi. Laer. lib. 3.

Epiſteti vulgare dictum est: Turpe esse munib; apum potionē edulcare, rationem autem, Deorum munus, non adhibere ad calamitatem amaritudinemq; dulcorandam. Vbi sup.

Virum bonum concedas necesse est, summæ pietatis erga Deos esse. Itaque quidquid illi acciderit, & quo animo sustinebit. Sciet enim id accidisse diuinā lege, qua vniuersa procedunt. Seneca Epist. 77.

Leuis dolor est, si nihil illi opinio adiecerit. Contrà, si exhortari te cooperis, ac dicere, nihil est, aut certè exiguum est, duremus, iam desinet,

*Annotationes in Euangelia.*

Ieue illum,dum putas,facies.Omnia ex opinione suspensa sunt,non ambitio tantum ,ad illam respicit,& luxuria,& auaritia.Ad opinionem dolemus,tam miser est quisque,quam credidit. Etiam si sunt vera ista,transierunt. Quid iuuat præteritos dolores retractare,& miserum esse ,quia fuitis. Naturale est malis sui fine gaudere. Circundenda erga duo sunt,& futuri timor,& veteris incommodi memoria. Hoc ad me iam non pertinet,illud nondum.In ipsis positus difficultatibus dicat,Forsitan & hæc olim meminisse iuuabit. Toto contra illum pugnet animo: vincetur, si cesserit: vincet, si se contra dolorem suum intenderit. Nunc hoc plerique faciunt, attrahunt in se ruinam,cui obstatum est.Istud quod premit, quod impendet,quod vrget,si subducere te cooperis, se queritur,& graulus incumbet,si contrâ steteris ,& obniti volueris,repelletur.Dolorem grauem sentio. Quid nisi sentias? si illum muliebriliter tuleris, Quemadmodum perniciosior est hostis fugientibus: sic omne fortuitum incommodum magis instat cedenti & auerso. ¶ Illud quoq; proderit, ad alias cogitationes auertere animū ,& à dolore discedere.Cogita quid honestè,quid fortiter feceris,bonas partes tecum ipse tracta,memoriam in ea quæ maximè miratus es,sparge:tunc tibi fortissimus quisq; & vix doloris occurrat. Mortem definamus horrere. Definemus autē, si fines bonorum

*Dominica XV. post Pentecost. 210*

norum atq; malorum cognouerimus. Ita demū nec vita tædio erit,nec mors timori.Epist.79.

Superuacuum est dolere,si nihil dolendo proficias.Deinde iniquum est queri de eo , quod vni accedit,& omnibus restat.Deinde desiderij stulta conquestio est, vbi minimū interest , inter amisum,& desiderantem. Eò ita æquiore animo esse debemus,quod quos amisimus,sequimur.Respicce celeritatem rapidis:imi temporis,cogita breuitatem huius spacij,per quod citatissimi currimus. Observa hunc comitatum generis humani eodem tendentis , minimis interuallis distinctum, etiam vbi maxima videntur. Quæ putas perijisse, præmissus est. Quid autem dementius quā cùm idem tibi iter emetiendum sit, flere eum, qui antecepit? Fiet aliquis factum quod non ignorauit futurum:at si mortem in homine non cogitauit, sibi imposuit.Flet aliquis factum quod aiebat, nō posse non fieri. Quisquis aliquem queritur mortuum esse,queritur hominem fuisse.Omnes eadē conditio deuinxit:cui nasci contigit, mori restat, Interuallis distinguimur, exitu æquamur. Hoc quod inter primum diem & ultimum jacet, variū & incertum est.Si molestias æstimas, etiam puer longum: si velocitatem, etiam seni angustum.Nihil non lubricum & fallax & omnitempestate mobilius.Epist.100.

Morieris ,ista hominis natura est, non poena.  
Dd 2 Morie-

*Annotationes in Euangelia.*

Morieris, Hac conditione intraui, ut exirem. Morieris, Gentium ius est, quod acceperis, reddere. Morieris, Peregrinatio est vita. Cum multum deambulaueris, demum redeundum est. Morieris, Putabam te aliquid noui dicere. Ad hoc veni, hoc ago, huc me singuli dies adducunt. Nascenti mihi natura protinus hunc posuit terminum. Quid habeo quod indigner? In haec verba iuraui. Morieris, stultum est timere, quod vitare non possis. Istud non effugit, etiam qui distulit, Morieris, Nec primus nec vltimus. Multi me antecellerunt, omnes sequentur. Morieris, Hic est humani officij finis. Quis senex exautorari molestè tulit? Quo transit orbis, ego transibo. Quid? Ego nec scio, me esse animal rationale mortale? Ad hanc conditionem cuncta gignuntur. Quod coepit, & definit. Morieris, Quid graue est, quod semel Aes alienum, non mecum noui. Hoe equidem cum eo creditore contraxi, de quo queri non possum. Iluuenis morieris, Fortasse alicui malo subducit me fortuna, si nulli alii, certè vel senectuti. Iuuenis morieris, Non refert quot annos habeam, sed quot acceperim: si plus viuere non possum, haec est senectus mea. In sepultus iacebis, Quid aliud respondeam, quam illud Maronius, Facilis iactura sepulchri. Si nihil sentio, non pertinet ad me iactura corporis inseptulti. Si sentio, omnis sepultura tormentum est. Insepultus iacebis.

*Dominica XV. post Pentecost.* 211

iacebis, Cœlo tegitur, qui non habet vrna. Quid interest, ignis me an fera consumat, an tempus ultima omnium sepultura? Istud non sentienti superuacuum est, sentienti onus. Insepultus iacebis, At tu combustus, at tu obrutus, at tu inclusus, at tu putridus, at tu emiseratus, & constrictus: aut traditus lapidi, quæ te paulatim edat, & exiccat. Nulla est sepultura: non sepelimur, sed projiciimur. Non sepelieris. Quid inter tutissima trepidas? Ultra poenarum omnium terminum iste locus est. Vitæ multa debemus, morti nihil. Non defunctorum causa, sed viuorum inuenta est sepultura: ut corpora & visu & odore foeda amuerentur: alios terra obruit, alios flamma consumpsit, alios lapis ad ossa redactus inclusit. Non defunctis, sed nostris oculis parcimus. Libro de Remedijs fort.

Oculos perdidisti: quād multis cupiditatibus via incisa est: quād multis rebus carebis, quas ne videres, vel eruendi erant. Non intelligis partem innocentiae esse cæcitatem? Huic oculi adulteriū monstrant, huic incestum, huic domum quam concupiscant: huic vrbem & mala omnia. Certè irritamenta sunt vitiorum, ducesque scelerum. Amisi liberos. Stultuses, qui defleas casus mortalium. Quid istud, aut nouum, aut mirum est? Quād rara est sine isto casu domus. Quid si infelicem voces arborem, quod stante ipsa, cadunt

D d 3 poma?

poma? Et hic tuus fructus est. Nemo extra istum  
vulneris positus est. Ducuntur ex plebeia domo  
immatura funera, ducuntur & ex regia. Non est  
idem ordo fati, qui & ætatis. Nō quomodo quis-  
que venit, emittitur. Quid tamen est quo indigne-  
ris? Quid contra expectationem tuam euenit? Pe-  
riere perituri. Sed ego illos superstites optabam.  
Verum hoc nemo tibi promiserat. Perierunt libe-  
ri mei. Habebant illi cuius essent magis quam tui:  
apud te precariò morabantur. Educando tibi for-  
tuna mandauerat, recipit illos, nō abstulit. ¶ Nau-  
fragium feci. Cogita, non quid perdideris, sed  
quod euaseris. Nudus exi. Sed existi: Omnia per-  
didi. Sed perire potuisti vna cum omnibus. Lib.  
de Remed. fortuit.

Vxorem bonam amisi. Verum inueneras bo-  
nā, an feceras? Si inueneras, habere adhuc te pos-  
se, ex hoc intelligas licet, quod habuisti. Si fe-  
ceras, bene spera. Res perij, saluus est artifex. Amisi  
vxorem bonam. Quid in illa probabas? Pudici-  
tiam. Quam multæ diu custodiare perdidere?  
Vxorem bonam amisi. Non erubescis flere, &  
intolerabilem vocare iacturam? Cum maritum te  
cogitaueris, cogita & virum. Amisi vxorem bo-  
nam. Soror bona nō potest recuperari, nec ma-  
ter. Vxor aduentiū bonū est. Non inter illa quæ  
semel vnicuiq; contingunt. Multos tibi numera-  
re possum, quibus bonam vxorem lugentibus,  
succedit

successit melior. Mors, exilium, luctus, dolor, nō  
sunt supplicia, sed tributa viuendi. Neminem il-  
lāsum fata transmittunt. Lib. de Remed. Fort.

Corpora nostra caduca sunt. Quid enim im-  
mortale, manus mortales fecerint? Septem illa mi-  
racula, & si qua illis mirabilia, sequentium an-  
norum extruxit ambitio, aliquando solo æquare  
visentur. Ita est, nihil perpetuum, pauca diuturna  
sunt. Aliud alio modo fragile est, rerum exitus va-  
riantur. Cæterum quidquid coepit, & definit.  
Mundo quidam minantur interitum, & hoc  
vniuersum, quod omnia diuina humanaq; com-  
plectitur, si fas putas credere, dies aliquis dissi-  
pabit, & in confusionem veterem tenebrasq; de-  
merget. Eat modo aliquis, & singulas com-  
ploret animas, Carthaginis, ac Numantiae, Corin-  
thique cinerem, & si quid aliud altius cecidit, la-  
mentetur: cum etiam hoc quod non habet, quo  
cadat, sit interitum. Eat aliquis, & fata tantum  
aliquando nefas ausura, sibi non pepercisse con-  
queratur. Quis tam superbæ impotentisq; arro-  
gantia est, vt in hac naturæ necessitate omnia ad  
eundem finem reuocantis, se vnum ac suos se po-  
nivelerit? ruinæque etiam ipsi mundo immine nt,   
aliquam domum subtrahat? Maximum ergo so-  
latum est, cogitare id sibi accidisse, quod ante se  
passi sunt omnes, omnesq; passuri: & ideo mihi  
videtur rerū natura quod grauissimum fecit,

commune fecisse, vt crudelitatem fati consonare tur æqualitas. ¶ Illud te quoque non minimum adiuuerit, si cogitaueris nihil profuturum dolorem tuum, nec illi quē desideras, nec tibi, nolles enim lōgum esse, quod irritum est. Nam si quicquam tristitia profecturi sumus, nō recuso quicquid lachrymarum fortunæ meæ superfuit, tuæ affundere. Lib. de Consolatione. cap. 20. & 21.

Parcamus lachrymis nihil proficientibus. Facilius enim nos illis dolor iste adjicit, quam illas à nobis reducit. Qui si nos torquet, nod adiuuat, primo quoque tempore deponendus est, & ab inanibus solatijs, ac amara quadam libidine dolendianimus recipiendus est. Nam lachrymis nostris ni ratio finem fecerit, fortuna nō faciet. Omnes agedum mortales circūspice. Larga vbiq; flēdi, & assidua materia est. Alium ad quotidianum opus laboriosa egestas vocat. Aliū ambitio nunquā quieta solicitat. Alius diuitias optauerat, metuit, & voto laborat suo. Alium solicitude, alium labor torquet, alium semper vestibulum obſidēs turba. Hic habere se dolet liberos, hic perdidisse. Lachrymæ nobis deerunt, antequām causæ dolendi. Non vides qualem vitam nobis rerum natura promiserit, quæ primum nascentium hominum fletum esse voluit. Hoc principio edimur, huic omnium sequentium annorum ordo constitit: sic vitam agimus: ideoquæ moderarè id fieri

fieri debet à nobis, quod s̄æpe faciendum est, & respiciens quantum à tergo rerum tristium immineat, si non finire lachrymas, at certè reseruare debemus. Nulli parcendum est rel magis quām huic, cuius tam frequens vsus est. ¶ Illud quoque te non minimum adiuuerit, si cogitaueris, nulli minus gratum esse dolorem tuum, quām ei, cui præstari videtur. Torqueri ille te aut non vult, aut nod intelligit: nullaqué eius officij ratio est, quod ei cui præstatur, si nihil sentit, superuacuum est: si sentit, ingratum. Neminem toto orbे terrarum esse, qui delectetur lachrymis tuis, audacter dixerim. Pietatem tuam tamen nihil æquè à lachrymis tam inutilibus abducet, quām si cogitaueris fratribus te tuis exemplo esse debere fortiter hanc fortunæ iniuriam sustinendi. Quod duces magnificiunt, rebus afflictis, vt hilaritatem de industria simulent, & aduersas res adumbrata lætitia abscondant, ne militum animi si fractam ducis sui mentem viderint, & ipsi collabantur: id nunc tibi quoque faciendum est: inde dissimilem animo tuo vultum, & si potes, projice omnē ex toto dolorem: sin minus, introrsus abde, & cōtine, ne appareat: & da operam vt fratres tui te imitentur: honestum putabunt, quodcunque facientem viderint, animumque ex vultu tuo sument, & solatium debes esse illorum & consolator. Non poteris autem horum moerori obſtarē,

si tuo indulseris. ¶ Potest illa res à luctu te prohibere nimio, si tibi ipse renuntiaueris, nihil horum quæ facis, posse subduci. Magnam tibi personam hominum consensus imposuit: hæc tibi tuenda est. Circunstat te omnis ista consolantium frequentia, & in animum tuum inquirit ac perspicit quantum roboris ille aduersus dolorē habeat, & vtrum ne tantū rebus secundis dexterè vti scias, an & aduersas possis viriliter ferre, obseruantur oculi tui. Liberiora omnia sunt his, quorum affectus tegi possunt. Tibi nullum secretum liberum est, in multa luce fortuna te posuit, omnes scient quomodo te in isto tuo gesseris vulnere, vtrum ne statim percussus arma submiseris, an in gradu steteris. Olim te in altiorem ordinem & araeor Cœfariis extulit, & tua studia deduxerunt: nihil te plebeium decet, nihil humile. Quid autem tam humile ac muliebre est, quām consumendum se dolori committere? Non idem tibi in luctu pari, quod tuis fratribus licet. Multa tibi nō permittit opinio de studijs ac moribus tuis recepta, multum à te homines exigunt, multum expectant. Si volebas tibi omnia licere, non conuertisses in te ora omnium: nunc autem tibi præstandum est quantum promissi omniibus illis, qui opera ingenij tui laudant, qui describunt, quibus, cum fortuna tua opus non sit, ingenio opus est. Custodes animi tui sunt. Nihil vñquam ita potes indignum facere

facere perfecti & eruditii viri professione, vt non multos admirationis de te suæ poeniteat. Et post pauca. Frustratur nunc frater tuus aperto & libero cœlo, ex humili ac depresso in eum emicuit locum, quisquis ille est, qui solutos vinculis animos beato recipit finu, & nunc illuc libere vagatur, omninaque rerum naturæ bona cum summa voluptate perspicit. Erras, non perdidit lucem frater tuus, sed securiorem sortitus est. Omnibus illud nobis commune est iter. Quid fata defleimus? non reliquit ille nos, sed antecessit. ¶ Illud quoque (quia iustitia in omnibus rebus est,) te adiuuet cogitantem, non iniuriam tibi factam, quod tales fratrem amisisti, sed beneficium datum, quod tamdiu pietate eius tibi vti frui que licuit. Iniquus est, qui muneris sui arbitrium danti non reliquit. Avidus, qui non lucri loco habet quod accepit: sed damni quod reddidit. Ingratus est, qui iniuriam vocat finem voluptatis. Stultus qui nullum fructum esse putat bonorum, nisi præsentium, qui non & in præteritis acquiescit, & ea iudicat certiora quæ abierunt, quia de illis ne desinant, non est timendum. Namis angustat gaudia sua, qui eis tantummodo quæ habet ac videt, frui se putat, & habuisse eadem pro nihilo ducit: citò enim nos omnis voluptas relinquunt quæ fluit, & transit & pene antequam veniat, aufertur. Itaque in præ-

præteritum tēpus animus mittendus est, & quicquid nos vñquam delectauit, reducendum ac frequenti cogitatione pertractandum est. Longior fideliorque est memoria voluptatum, quam presentia. Quod habuisti ergo optimum fratrem, in summis bonis pone. Non est quod cogites quanto diutius habere potueris, sed quandiu habueris. Rerum natura illum tibi sicut cæteris fratribus, non mancipio dedit, sed commodauit, cū visum est deinde repeti: nec tuam in eo satietatem sequuta est, sed suam legem. Si quis pecuniam creditam soluisse molesterat, eam præsertim cuius visum gratuitum acceperit, nonne iniustus vir habebitur? Dedit natura fratri tuo vitam, dedit & tibi, quæ suo iure vfa, à quo voluit debitū suum cito exegit: non illa in culpa est, cuius nota erat conditio, sed mortalis animi spes auida, quæ subinde quid rerum natura sit, obliuiscitur, nec vñquam fortis suæ meminit, nisi cùm admonetur. Gaude itaque habuisse te tam bonum fratrem, & visum fructum eius, quanvis breuior voto tuo fuerit, boni consule. Cogita iucundissimum esse quod habuisti, humanum quod perdidisti. Nec enim quiequam inter se minus consentaneum est, quæ aliquem moueri, quod sibi talis frater parum diu contigerit: quod tamen contigerit, non gaudere. ¶ At inopinanti erexitus est. Sua quemque credulitas decipit, & in eis quæ diligit, voluntaria mortalitatis

talitatis obliuio. Natura nulli se necessitatis suæ gratiam facturam esse, testata est. Quotidie præter oculos nostros transeunt notorum ignotorumque funera: nos tamen aliud agimus, & subiustum id putamus esse, quod nobis tota vita denuntiatur futurum. Non est itaque ista fatorum iniustitas, sed mentis humanæ prauitas, quæ indignatur inde se exire, quod admissa est precari. Quantò ille iustior, qui nuntiat filij morte, dignam magno viro vocem emisit. Ego cum genui, tum moriturum scui. Proorsus non mireris ex hoc natum esse, qui forriter mori posset: non accepit tanquam nouum nuntium filij mortem. Quid est enim noui hominem mori, cuius tota vita nihil aliud, quam ad mortem iter est? In præcinctu ergo stet animus, & id quod necesse est, nunquam timeat, quod incertum est, semper expectet. Vtrum ne stultius sit nescio, mortalitatis legem ignorare, an impudentius recusare. ¶ Ab istis qui te torquent, ad hæc tot & tanta quæ consolantur, conuertere: ac respice optimos fratres, respice vxorem, filium respice. Pro omnium horum salute, hac tecum portione fortuna decidit. Multos habes in quibus acquiescas. Ab hac te infamia vindicat: ne videatur omnibus plus apud te valere vñus dolor, quam hæc tam multa solatia. ¶ Omnes istos vna tecum perculfos vides. Est autem hoc ipsum solatijs loco, inter multos dolorem

rem suum diuidere: qui, quia dispensatur inter plura, exigua debet apud te parte subsidere. Lib. de Consol. à 23. vsque ad 31. cap.

Non te solum fortuna desumptis sibi, quem tam gravi afficeret iniuria. Nulla domus in toto orbe terrarum aut est, aut fuit sine aliqua completione. Transibo exempla vulgaria, quæ etiam si minora, tamen mira sunt. Ad fastos te & annales perducam publicos. Vides omnes has imagines quæ impleuerunt Cæsareum atrium: nulla non harum aliquo suorum incommmodo insignis est: nemo nō ex istis in ornamentum seculorum resfulgentibus viris, aut desiderio suorum tortus est, aut à suis cum maximo animo animi cruciatu desideratus est. Quid tibi referam Scipionem Africanum, cui mors fratris in exilio nunciata est? Is frater qui eripuit fratrem carcere, non potuit eripere, nō potuit eripere fato. Quid referam Aemilianum Scipionem, qui vno pene eodemq; tempore spectauit patris triumphum, duorumq; fratrum funera: adolescentulus tamen, ac propter modum puer tanto animo tulit illam familiæ suę super ipsum Pauli triumphum coincidentis subitam vastitatem, quanto debuit ferre vir in hoc natu, ne vrbi Romanæ aut Scipio deesset, aut Carthago superesset. Quid referam duorū Lucullorum dilectiā morte concordiam? Quid Pompeios, quibus ne hoc quidem saeuens reliquit fortuna,

tuna, vt vna denique conciderent ruina. Innumera-bilia vndique exempla separatorum morte fratribus succurrunt: imo contra, vix vlla vñquam horum paria conspecta sunt vñà senescentia. Di-uuus Augustus amisit Octauiam sororem charissi- mam, & ne ei quidem rerum natura lugendi ne-cessitatē abstulit, cui cœlum destinauerat: imo verò idem omni genere orbitatis vexatus, sororis filium successioni præparatum suæ, perdidit. De- niique ne singulos eius luctus enumerem, & gene-ros ille amisit, & liberos, & nepotes. Ac nemo ma- gis ex omnibus mortalibus hominem esse se, dum inter homines erat, sensit: tamen tot tantos que luctus coepit rerum omnium pacatissimum eius pectus, victorque Divus Augustus non gen- tium tantum modo externarum, sed etiam dolorum fuit. *Et paucis interiectis sic ait:* Fortuna impotēs, quales ex humanis malis tibi ipsa ludos facit? Denique idē Augustus in charissimi fratris funere sic affectu suū rexit, vt nec reliquet quic- quam, quod exigi deberet a bono fratre, nec face ret, quod reprehēdi possent in principe. Hæc er- go puta tibi parētē publicū referre exēpla, eundē ostendere quā nihil sacrū intactumq; sit fortunæ: quæ ex his poenatibus ausa est funera ducere, ex quibus erat Deos paritura. Hæc fuit in rebus hu- manis fortuna, hos erit, nihil inausum sibi relin- quit, nihil intactū relinquet. Ibit violentior per omnia,

*Annotationes in Euangelia.*

omnia, sicut semper est solita, eas quoque do mos ausa iniuriae causa intrare, in quas per tempora adi- tur, & atram laureatis foribus inducere vestem. Discas ab illo clementiam, ac à mitissimo omniū principē mitis fieri. Debes itaque omnes intueri eos, quos pauloantē retuli, aut ascitos cœlo, aut proximos, & ferre æquo animo fortunam ad te quoque porrigentem manus, quas ne ab eis qui- dem per quos viuimus, abstinet. Lib. de Consola- tione ad Polyb. à 33. vsque ad 36. cap.

Apertas aures præbe ad nomen memoriamq; filij tui, nec hoc graue duxeris cæterorum more, qui in eiusmodi casibus parti mali putant, audire solatia. Nunc incubuisti tota in alteram partem, & oblita meliorem fortunam tuam, quæ deterior est, aspicis. Lib. de Consola. ad Martiam. cap. 5.

Non permulceo te, nec extenuo calamitatem tuam. Si fletibus fata vincuntur, configlamus et omnis inter luctus dies: noctem sine somno tristitia consumat: ingeratur lacerato pectori manus: & in ipsam faciem impetus fiat: atque se se omni genere sauitia, profecturus mœror exerceat. Sed si nullis planetibus defuncta reuocantur, si fors immota & in æternum fixa, nulla miseria mutatur, & mors tenet quicquid abstulit: definit dolor qui perit. Quare regamus nos, ne ista vis trâuersos auferat. Turpis est nauigij rector, cui gubernacula fluctus eripuit: qui fluctuātia vela de- seruit,

*Dominica X V. post Pentecost. 217*

seruit, permisit tempestatि nauem. At ille vel in naufragio laudandus, quem obruit mare clanum tenentem & obnixum. ¶ At enim naturale desiderium suorum est. Qui negat, quam diu modicum est: nam in discessu non solum amissione charissimorum necessarius morsus est, & firmissimorum quoq; animorum contractio. Sed plus est, quod opinio adjicit, quām quod natura imperavit. Aspice mutorum animalium quām cen citata sunt desideria: & tamē quam brevia. Vac- carū uno die alterovē mugitus auditur. Nec diu- tius equarum vagus ille amensque discursus est. Feræ cum vestigia catulorum consecratæ sunt, & sylvas peruagatæ, cùm sæpe ad cubilia expilata redierint, rabiem intra exiguum tempus extin- gunt. Aues cùm stridore magno inanes nidos cir- cunfremunt, intra momentum tamen quietæ, volatus suos repetunt. Nec vlli animali longum foetus sui desiderium est, nisi homini, qui adest dolori suo, nec tantum quantum sentit, sed quan tum constituit, afficitur. ¶ Vt scias autem, non esse naturale luctibns frangi, primum, magis feeminas quam viros, magis barbaros quam placidos eruditæque gentis homines, magis in- doctos quam doctos eadem orbitas vulnerat: atqui, ea quæ à natura vim acceperunt, eandem in omnibus seruant. Apparet non esse naturale, quod varium est. Ignis omnes ætates, omnium

*Annotationes in Euangelia.*

Urbium ciues,tam viros qualem sceminas vret: ferum in omni corpore exhibebit secandi potentia. Quare? quia vires illi à natura datae sunt. Paupertatem,luctum,ambitionem, alias aliter sentit, pro ut illum consuetudo infecit, & imbecillum impatiensemque reddit præsumpta opinio de non timen. li. terribilibus. ¶ Deinde quod naturale est, non decrescit mora. Dolorem dies longa consumit, licet contumacissimum quotidie in surgentem, & contra remeda efferuercentem: tamē illum, efficacissimum mitigandæ ferocie tempus eneruat. Maltum autem interest, vtrum tibi permittas inœrere, an imperes. Quanto magis hoc morum tuorum elegantiae cōuenit, finem luctus potius facere, quām expectare? nec illum operiri diē quo te inuito dolor desinat: ipsa illi renuntia. ¶ Vnde ergo tāta nobis pertinacia in deploratione nostri, si id non sit naturæ iussu? Quod nihil nobis mali antequam eueniat, proponimus: sed ut immunes ipsi, & aliud & pacatus ingressi iter, alienis non adm̄onemur calibus, illos esse communes. Tot præter domum nostram ducuntur exequiæ, de morte non cogitamus: tot acerba funera: nos togam nostrorum infantium, nos militiam, & paternæ hæreditatis successionem animo agitamus. Tot diuitum subita paupertas in oculos incidit, & nobis nunquam in mentem venit, nostras quoque opes æquæ in lubrico positas.

Necessæ

*Dominica XV. post Pentecost. 218*

Necessæ est itaque magis corruamus, qui quasi ex inopinato ferimur. Quæ multo ante præuisa sunt languidius incurunt. Vis tu scire, te ad omnes ex positam ictus stare, & illa quæ alios tela fixerunt circa te vibrasse? Si murum aliquem, aut obiectum multo hoste locum, & arduum ascensu, inermis adeas, expecta vulnus, & illa supernè volantia cum sagittis pilisque saxa, puta in tuum librata corpus: & quoties aut ad latus, aut penes tergum ceciderint, exclama, Non decipies me fortuna, nec securam aut negligenter opprimes. Scio quid pares: alium quidem percussisti, sed me petisti. Quis vñquam res suas quasi perituras aspexit? Quis vñquam nostrum de exilio, de egestate, de luctu cogitare ausus est? Quis non si admoneatur vt cogitet, tanquam dirum omem respuat, & in capita inimicorum, aut ipsius intempestivū monitoris abire illa iubeat? Non putauit futurum. Quicquam tu putas non futurum, quod multis scis posse fieri, quod multis vides euenisse? Egregium versum audi, & dignum qui non eset Publius Syri. Cuius potest accidere, quod cuiquam potest. Ille am̄sūt liberos, & tu arm̄tere potes: ille damnatus est, & tua innocentia sub ictu est. Aufert vim præsentibus malis, qui futura prospexit. Quicquid est hoc Martia, quod circa nos ex aduentio fulget, liberi, honores, opes, ampla atria, & exclusorum clientium turba,

Ee 2 referta

referta vestibula, clara, nobiles, aut formosa coniux, cæteraque ex incerta & mobili sorte pendentia, alieni cōmodatiq[ue] apparatus sunt: nihil horum dono datur, collaticis, & ad Dominum redi turis instrumentis sc̄ena adornatur. Alia ex his primo die, alia secundo referentur, pauca vſq[ue] ad finem perseuerabunt. Ita non est quod nos suscipiamus, tanquam inter nostra positi: mutuo accēpimus. Vſus fructus noster est, cuius tempora ille arbiter muneris sui, temperat. Nos oportet in promptu habere, quæ in certum diem data sunt, & appellatos sine querelare ddere. Pessimus est debitoris, creditoris facere conitium. Omnes ergo nostros, & quos superstites lege nascendi optimus, & quos præcedere iustissimum ipsorum votum est, sic amare debemus, tanquam nihil nobis de perpetuitate, imò nihil de diuturnitate eorum promissum sit. Sæpe admonendus est animus, amet ut recessura, imò tanquam recedentia: quicquid à fortuna datum est, tanquam ex temploabiturum possideat. Lib. de Consol. ad Martiam, à 6. vſque ad. 10. cap.

.. Dolor tuus o Martia, si modo tibi vlla ratio est, vtrum sua spestat in commoda, an eius qui decessit: Vtrum ne amissō filio mouet, quod nullas ex illo voluptates coepisti, an quod maiores, si diu vixisset, percipere potuisti? Si nullas te percepisse dixeris, tolerabilius efficies tormentū tuum.

Minus

Minus enim homines desiderant ea, ex quibus nihil gaudij letitiaeque; perceperant: si confessā fureris percepisse magnas voluptates, oportet te non de eo quod detracitum est queri, sed de eo gratias agere quod collegisti. Prouenerunt enim satis magni fructus laborum tuorum ex ipsa educatione: nisi forte hi qui catulos auesque & friuola animorum oblectamenta, summa diligentia nutriunt, fruuntur aliqua voluptate ex visu tactuq[ue], & blanda adulatio[n]e mutorum: liberos nutrientibus, non ipsa fructus educatione acquiritur. Licet itaque tibi nihil industria eius contulerit, nihil diligentia custodierit, nihil prudentia quæsierits sua, ipsum quod habuisti, quod amasti, fructus est. At potuit longior esse maiisque. Melius tamen tecum actum est, quām si omnino nō contigisset. Quoniam si ponatur electio, vtrum satius sit, non diu felicem esse; an nunquam: est melius discessura nobis bona, quām nulla contingere. Circunspice, inquam, omnes: nullam misericordiam nominabis domum, quæ non inueniat in miseriore solatium. Quid verò nunc te per innumerabilia magnorum virorum exempla ducam, & quærar miseros, quasi non difficilius sit, inuenire felices? Quota quæque domus vſque ad exitum omnibus partibus suis constitit, in qua non aliiquid turbatum sit? Libro de Consol. ad Martiam. cap. 12. & 13. Seneca.

Hæc quidem natura mortaliū est, vt nihil magis placeat, quām quod a nīlsum est. Iniquiores suūnus aduersus relicta, erectorum desiderio. Sed si æstimare volueris, quām tibi valde fortuna etiā cum sacerdoti, pepercerit, scies te habere plus quā solatia. Lib. de Consol. ad Martiam. cap. 19.

Queris Martia non tam diu vixisse filium tuū quam pótuisse. Vnde enī scis, an diutius illi expedierit, an illi hac morte consultum sit? Quem inuenire hodie potes, cuius res tam benè posita sit, & fundata, vt nihil illi procedente tempore timendū sit? Labuntur humana ac perfluunt. Nulla pars vita nostræ tam obnoxia, aut tenera est, quā quæ maximè placet. Ideoq; felicissimis optanda mors est: quia in tanta inconstantia turbula rerum, nihil nisi quod præterit, certum est. Quis tibi recepit ilius pulcherrimum filij tui corpus in summa pudoris custodia, inter luxuriosæ vrbis oculos conseruaturum, si potuisset ita morbos euadere, vt ad senectutem formæ illesum perferret decus. Cogita animi mille labes. Nec enim recta ingenia, qualem in adolescentia spem sui fecerant, vsque in senectutem pertulerunt: sed interuersa plerisque sunt: & sera, eo que foecior luxuria inuasit, & cogit de honestate speciosa principia: aut in popinam ventremq; projectis, summa illis curarum fuit, quid essent, quid biberent. Adiace incendia, ruinas, naufragia, lacerationes medi-

medicorum, ossa viuis legentium, & totas in viscera manus dentitentium, & non simplici dolore pudenda curantiv. Post hæc exilium, Non fuit innocentior filius tuus quām Rutilius quā Coruncanus, non fuit sapientior quām Socrates, non fuit sanctior quām Ceto, qui voluntario vulnere transfixit pectus. Cum ista perspexeris, scies optimè cum his agi, quos natura, quia illos hoc manebat vitæ stipendum, citò in tutum recepit. Lib. de Consola. ad Martiam cap. 21. & 22.

Parenstus Martia in cœlum nepotem suum (quamquam illis omnibus omne cognatum est) applicat sibi noua luce gaudentem, & vicinorum syderum meatus docet: nec ex conjecturis, sed omnium ex vero peritus in arcana naturæ libens ducitur. Utque ignorantum virium monstrator hospiti gratus est: ita sciscitanti cœlestium causas domesticus interpres: & in profunda terrarum permittit aciem. Iuuat enim ex alto relicta respicere. Sic itaque Martia te gere, tanquam sub oculis patris filijque posita, non illorum quos noueras, sed tanto excellentiorum & in summo locatiorum, erubescere quicquam humile aut vulgare, & mutatos in melius tuos flere, in æterna rerum per vasta & libera spatia dimissos. Non illos interfusa maria discludunt, nec altitudo montium, aut immæ valles, aut incertarum vada Syrtium:

tramites plani, & ex facilis mobiles, & expediti,  
& inuicem peruij sunt, intermixtiq; syderibus.  
Puta itaque ex illa arce coelesti patrem tuū Martia,  
& cui tantum apud te autoritatis erat, quantum  
tibi apud filiū tuum, dicere, Cur te filia tam  
longa tenet ægritudo? Cur in tanta veri ignoran-  
tia versaris, vt iniquè astum iudices cum filio tuo,  
quod viuate, domo stante, se ipse ad maiores re-  
cepit suos? Nescis quantis fortuna procellis distur-  
bet omnia? quām nullis benignam facilem se præ-  
stiterit: nisi qui minimum cum illa contraxerint?  
Respice patrem ac auum tuum: ille in alieni per-  
cussoris venit arbitrium: ego nihil in me cuiquā  
permisi: & cibo prohibitus, ostendi, quā magno  
quæ iuabat animo scripsisse. Cur in domo no-  
stra diutissimè lugetur, qui felicissimè moritur?  
Coimus in vnum omnes, videmusque vos alta  
nocte circundari. Nihil apud vos (vt putatis) op-  
tabile, nihil excelsum, nihil splendidum, sed humili-  
lia cuncta, & grauia, & anxia, & quotam partem  
luminis nostri cernentia? Quid dicam? nulla hic  
arma mutuis furere concubibus, nec classes classi-  
bus frangi, nec parricidia, aut singi, aut cogitari,  
nec foralibus strepere dies perpetuos. Hinc om-  
nis æui prospectum, tot secula, tot æstatum con-  
textum seriem, quidquid annorum est, licet vis-  
re, licet surrecta, licet ruitura regna prospicere,  
& magnarum vrbiū lapsus, & maris nouos cur-  
sus.

sus. Nam si potest tibi solatio esse desiderijs tristis  
commune fatum, nihil quo stat loco, stabit. Om-  
nia sternet abducetq; secum vetustas, nec homi-  
nibus solum ( quota enim ista fortuitæ potentiae  
portio est?) sed locis, sed regionibus, sed mundi  
partibus ludet, tot suppressum montes, & alibi ru-  
pes in altum nouas exprimet, maria sorbebit, flu-  
mina auertet, & commercio gentium rupto, so-  
ciatem generis humani coetusq; dissoluet. Ali-  
bi hiatibus vastis subducet vrbes, tremoribus  
quatiet, & ex infimo pestilentia halitus mittet,  
& inundationibus quicquid habitatur, obducet.  
Necabitque omne animal orbe submerso, & igni-  
bus vastis torrebit in decetque mortalia. Et cū  
tempus aduenerit, quo se mundus renouaturus  
extinguat, viribus ista se suis cædant, & sydera  
syderibus incurrent, & omni flagrante materia,  
vno igne quicquid nunc ex disposito lucet, arde-  
bit. Felicem filium tuum Martia, qui ista iam no-  
uit. Lib. de Consola. ad Martiam. cap. 25. & 26.

Sciebam dolorituo occurendum non esse, ne  
ipsum ipsa solatia irritarent & accenderent. Nam  
in morbis quoque nihil est magis pericolosum,  
quam immatura medicina. Expestatam itaque,  
dum vires suas frangeret, & ad sustinenda reme-  
dia mora mitigatus, tangi se ac tractari pateretur.  
Lib. de Consolatio. ad Albinam. cap. 1.

Tyrones leuiter saucij, tamen vociferantur, &  
Ee 5 manus

*Annotationes in Euangelia.*

manus medicorum magis quam ferrum horret.  
At veterani, quanuis confosci, patienter ac sine  
gemitu, velut aliena corpora excoriari patiuntur.  
Ita tu nunc debes te fortiter praebere curationi.  
Lamentationes quidem & ciuitatus, per quae fe-  
re muliebris dolor tumultuatur, amoue. Perdidi-  
sti enim tot mala, si nondum misera esse didici-  
sti. Lib. de Consolat. ad Albinam. cap. 3.

Dolor decrescit, ubi quo crescat non habet. Ex  
Pub. Mir.

**DOMINICA XVI.**  
post Pentecost. Euang.

**C**um intrasset Iesus in domum cuiusdam  
principis. Luce. 14.

**S**abbato manducare panem.) Hoc more scri-  
pturæ dicitur licet alia in hoc conuiuio ap-  
ponerentur, ut intelligamus conciuuij Do-  
mini sobrieatem. De cibi parsimonia præter ea  
quaæ adnotauimus Dominica. 1. in Quadrag. Vi-  
de in G. lib. 2. cap. 15. §. 2. & in O. part. 2. §. 10. &  
in M. tomo. 1. in. 2. bene viuendi regula. capi-  
te. 2. §. 4.

(Homo quidam hydropticus &c.) Hydropisis  
ut hic Beda ait, avaritiam figurat de avaritia. Vi-  
de que

**Dominica XVII. post Pentecost. 222**

de que adnotauimus Dominica in Sexagesima.

(Ipse vero apprehensum sanauit.) Ideo factum  
est, ut in eius apprehensione daretur intelligi ne-  
minem suis viribus à peccato posse resurgere, nisi  
Dominii manus peccatorum leuauerit. Vide in  
G. lib. 1. cap. 5.

De beneficijs vocationis & instificationis, vide  
in O. meditatione. 2. pro die Dominica.

**DOMINICA XVII.**  
post Pentecost. Euang.

**P**harisei audientes quod. &c. Matth. 22.

**D**iliges Dominium Deum tuum.) De amore  
Dei est integer tractatus in M. to. 2. & to-  
tus primus tomus Add. hanc materiam  
versat consule titulus capitum.

Perfecta charitas præmium non cogitat. Vide  
tom. 3. Conc. Concio. 1. in die Resurrectionis  
in principio, ibi, In lectione. Quod est mandatum  
magnum in lege. De differentia nouæ ac veteris  
legis. Vide tom. 3. Concio. Dominica. 4. post Pa-  
scha, Conc. 1. ibi, Hac igitur ratione, lege usque in  
finem illius Concio. sed ex professo hoc tractatur  
Conc. 1. in die Pentecostes, cuius Concionis pri-  
ma Exordium elegans facili negotio huic Euan-  
gelio aptari potest considerando quod sicut ignis  
ille qui

ille qui de coelo veniens Moysi sacrificium consumpsit idem semper mirabili modo perseuerabit: sic præceptum amoris diuini idem in veteri & noua lege perseuerat, diuerso tamen modo, cum noua lex amorem præcipit & ad amandum & implendum præceptum vires subministrat, quod vetus lex non faciebat, lege totam Concionem.

Præceptum dilectionis Dei & proximi, apposita ex Ezechiele figura explicatur supra Dominica. 1. Concio. 2. ibi, Nec vero, Legendum est in illa Concione à tractatione thematis usque in finem.

Dilectionis diuinæ mandatum, eleganter explicatur supra Dominica. 1. 2. Concio. 2. per totam. Quod charitas in via perfecta esse nō possebit, & qualiter hic conseruanda & augenda sit. Vide Dominica præcedenti, Concio. 1. part. 2.

Quibus titulis Deum diligere teneamur, explicatur infra Dominica. 2. 2. Concio. 1. §. 3.

Vt diuinus in nobis crescat amor absconditæ sunt & eradicandæ omnes terrenæ affectiones, hoc eleganter explicatur in Circuncisione Concio. 3. §. 2. Vbi de Circuncisione spirituali agitur ut circunciso corde à carnalibus desiderijs in diuini amoris igne accendatur.

De dilectionis præcepto, vide in fine tomo. 1. Concionum Concio. 3. de Pœnitentia, ibi, Primum igitur.

(Etia

(Et in tota anima tua.) Totam vult animā omnes vires & corporis & animæ ignis hic amoris diuini, ut omnes expellat corporeas affectiones. Vide in Purificatione Concio. 3. in fine, ibi, Nesci que satis.

Qualiter ad Dei possimus peruenire amorem, insigni Augustini testimonio explicatur tomo. 1. de Sanctis Concione. 1. Sancti Andreæ, ibi, Sed nequidquam.

Amoris Dei qualitates & fructus, explicantur tom. 1. de Sanctis Concione. 1. in festo S. Ioannis Euangelistæ in tractatione thematis.

Defraternæ dilectionis præcepto, vide tom. 2. de Sanctis, Concio. 2. Sancti Bartholomæi à principio usque ad. §. 3.

Ex toto corde est Deus diligendus, nec patitur Deus simul cū eius amore esse terrenum, sui amoris impediuimus. Vide feria. 4. post. 2. Dominicam Quadrag. Conc. 2. §. 2.

Quod præcipuus actus dilectionis Dei sit, quando diligitur Deus nullo habito respectu ad nostrum commodum, sed quia in se ipso dignus est ut diligitur. Vide in G. lib. 1. cap. 1.

Quomodo proximus sit diligendus. Ibidem lib. 2. cap. 1. 6.

Quæ sint quæ nos ad Dei amorem mouere possint, vide in epist. dedicatoria Add.

Quod cum Dei amore nullus alius ex equo compa-

compatiatur hac proinde totum cor sibi vēdicat  
Dei amor,ibidem cap. 3.& 4.

Quod causa quale Deus diligendus sit, vna  
quia amor est sit, vide optimas huius considera-  
tiones,ibidem consideratione. 3. ex septem vlti-  
mis. Vide etiam cap.vltimo ibidem.

(Magister sciens quia verax es.) Magistrum  
cum vocant, mel ostendunt & aculeum occul-  
tant, appes aculeum habent, sed illo non feriunt  
nisi im̄petite, sed & mel fabricantes prius amara  
proponunt. Vide in Introduc. fid.par. i.c. 20.

(Quomodo Dauid vocat eum Dominum.) Vi-  
de huius loci explicationē,ibid.par.4.dialogo.2.

## DOMINICA XVIII. post Pentecost. Euang.

*¶ Ascendens Iesus in nauiculam transfreta-  
uit. Matth. 9.*

**V**T quid cogitatis mala in cordib⁹ vestris.)  
Quomodo coercēda sit imaginatio, ne ad  
diuersa, & s̄apenumero nocua diuage-  
tur. Vide in G.lib. 2.cap. 15.§.7.

Non solum mala prohibemur cogitare, sed si  
perfectionem diuini amoris volumus adipisci,  
etiam terrena vt totum cor in Deo habeamus. Vi-  
de in Add.lib. 1.cap. 13.

(Tolle

(Tolle lectum tuum.) Licet salus recens esset  
libetur lectum tollere. Quod multa possimus cū  
divina gratia licet multa impedimenta debilis ca-  
ro ministret. Vide in prologo Add.

(Vt autem sciat &c.) Quā potestas requira-  
tur ad remittendum peccata. Ibidem tom. 1. Con-  
sideratione. 6.

## DOMINICA XIX. post Pentecost. Euang.

*¶ Simile factum est regnum cœlorum homini  
regi qui fecit nuptias. Matth. 22.*

**Q**UAE bona nostræ obuenerint naturæ  
ex nuptijs, & ex coniunctione ipsius cū  
Deifilio cœlesti eius sponso. Vide Do-  
minica. 1. Aduentus, iuxta consuetudinem fra-  
trum Prædicatorum, Concione. 2. ibi, Atq; vt id.  
Lege usque in finem Concionis.

In huius Euangelica historia duo colliguntur  
nobis necessaria documenta, vnum quod Dei bo-  
nitate in his nuptijs ostēsa ad eius vocamur amo-  
rē alterū in eo qui ex nuptijs ad gehenam proie-  
ctus est, ex uestis nuptialis charitate, scilicet, defe-  
cta ad Dei timorē cōcipiēdū suademur. De Dei  
amore & timore, vide sup. Domi. 12. Conc. 2.p. 2.

Cœlestē

cœleste hoc conuiuum æterna est beatitudo, vi-  
de in communi Confessorum, Concione. 1. §. 2.

Spiritualis dulcedo quam in spiritualibus nu-  
ptijs, cum Deo anima experitur, explicatur to-  
mo. 3. Conc. Dominica post Ascensionem Con-  
cione. 1. in tractatione thematis.

Quomodo in præsenti Ecclesia licet nos ad la-  
bores & poenitentiam vocet Christus, tamen nu-  
ptiæ vocantur, quia charitas labores facit conui-  
ua. Vide in Add. lib. 1. cap. 1. §. 7.

(Vidit hominem nō vestitum veste nuptiali.)  
Vestis hæc charitas est. De charitate vide Domi-  
nica præcedenti. Non sufficit ut æternis in cœlo  
potiaris nuptijs per fidem Ecclesiæ nuptijs inte-  
resse, si absque charitate nudus appareas, quid fi-  
des absque charitate valeat. Vide tomo. 3. Conc.  
Dominica. 5. post Pascha, Concione. 1. ibi, Sed  
instabit forte.

Quòd timor seruilis licet non rejiciendus, ve-  
stis non sit illa ad cœleste conuiuum requisita.  
Vide G. lib. 1. cap. 26. §. vltimo. & in M. parte. 1.  
tractatu. 3. cap. 2.

Qui se nunc nudum aduerterit ad Dominum  
conuiuij recurrat, ab eo vestem instanter petat  
qua ad cœleste conuiuum vestitus possit intra-  
re. Vide tomo. 1. Conc. in Circuncisione, Con-  
cione. 1. ibi, Commemorat Sanctus Iob.

(Ibi erit fletus & stridor dentium.) De poenis  
inferni

inferni. Vide quæ adnotauimus Dominica. 1.  
Aduent. & tomo. 2. de Sanctis, Concione. 1. Bea-  
ti Dominici P. N. ibi, Neque minus.

Stridor dentium ex frigiditate prouenit, exem-  
plo quorundam martyrum, qui frigiditate pe-  
rierunt frigus inferni à quo ad calorem nimium  
damnati transibunt amplificare potest. Vide in  
Rhetorica lib. 3. cap. 4.

Qualiter exaggerandum quod homines neq;  
amore æterni conuiuij neque timore poenarum  
inferni Deum collant. Ibidem lib. 2. cap. 11.

## DOMINICA XX. POST Pentecosten Euang.

*Erat quidam regulus cuius filius infirmaba-  
tur Capharnaum. Ioan. 4.*

*E*rat quidam regulus. ) Nobilior erat genere  
& tamen in fide infirmus & ignobilis quod  
apud Deum parum æstimetur generis no-  
bilitas si deficit virtus, ostendit in tomo. 2. de San-  
ctis, Concione. 1. in Nativitate Beatæ Mariæ, ibi.  
Ex hac item, & Concione. 2. in principio post  
Exordium.

(Nil signa & prodigia videritis non creditis.)  
Quod Deo dicēti credere teneamur potius certè  
Ff quam

quam hominibus, quibus licet quotidie credamus, (sine enim humana fide vix vita transigi potest) tamen falli & fallere possunt. Potius etiam credere tenemur quam humanæ rationi. Vide tom. 3. Conc. in omnibus ferè Conc. Sanetissimæ Trinitatis, sed præcipue in Exordio primæ Concionis, & in eadem Concione, ibi, Haec tenus fratres, & Concione. 2. ibi, Quanuis autem. & Concione. 1. in festo Corporis Christi in Exordio.

(Domine descendere priusquam moriatur.) Vnde quam solerter curam habet pater filij maiorem gerit nostri pater coelestis, quid ergo illi debamus. Vide in G. lib. 2. cap. 17.

In homine est etiam quodam regnum spirituale in quo superior portio rex debet esse, non caro & appetitus. De victoria spiritus contra carnem, vide quæ adnotamus feria. 6. post. 1. Dominicam Quadrag. & in Add. lib. 1. cap. 20. vbi inter partem superiorem & inferiorē bellū quo de regno cōtendunt explicatur. Quod in homine regis vicē volūtas gerat, vid. in Introd. fid. p. 1. c. 3. 3.

Iste regulus abesse Dominum putabat ab aliquo loco Deum & Deitatis ignorans naturam, quod Deus ubiq; sit præsens. Ibidem cap. 38.

(Nil signa & prodigia videritis non creditis.) De miraculorum necessitate & quod præter illā Dei præsentia requiratur, & alsistentia ad credendum. Ibidem par. 2. cap. 27.

Pro

*Pro eadem Dominica XX. &*

quæ sequuntur duximus adnotanda de nobilitate, vt quid apud Deum generis nobilitas valeat videamus regulus enim iste sua nobilitate confusus à Domino se impetraturum sperabatque poscebat ex lib. Collectaneorū eiusdē.

Eumenes insidijs petitus à Perseo, credebat extintus. Is iunior cum Pergamum effret perlatu, Attalus eius frater in proposito sibi diadematè, ductaque fratri vxore, regnum occupauit. Ceterum cum audisset illum viuum, vt solebat, profectus est illi obuiam vnā cum satelliti bus, hastam gestans. Eumenes autem amanter eum amplexus dixit in aurem, Nefestines ducre, priusquam mortuum videris: nec præterea per omnem vitam ullam offendit animi significacionem vel dicto vel factō dedit: quin etiam moriens fratri & vxori regnum reliquit. Cuius animi inenor Attalus, cum multos ex se liberos haberet, nullum tamen regno educauit: sed Eumenis filio, posteaquam adoleuisset, adhuc viuens principatum tradidit. Nescias quid in his duobus fratribus laudare prius debeas, an alterius comitatem & clementiam, an alterius verē germani nobilitatem, & animi gratitudinem. Plutar. in Reg. Apoph.

Socrates opes & nobilitatem non solum nihil

Ff 2 in se

in se habet honestatis , verumetiam & malum omne ex his oboriri dicebat.Laert.lib.2.cap.5.

Antigonus rex Bionem de ignobilitate criminatum, interrogauit, Quis, & cuias es? ubi tua ciuitas est? ubi sunt tui parentes? Cui Bion respondit, Atqui o rex bene facis, cum indiges sagittariis, quod non interrogando genus, sed scopum proponendo, optimos illorum tibi diligis. Sic igitur amicos explorat, non unde nati, sed qui & quales sint. Stob. Ser. 84.

Cum quidam Alphonsum Aragonum regem hoc nomine plurimum commendaret, quod ex antiquissima & nobilissima regum familia originem duceret, ille contraria respondit, Nihil esse quod in vita minoris ipse duceret, quam quod illetanti facere videretur. Laudem enim illam non suam, sed maiorum suorum esse: quippe qui iustitia, moderatione, atque animi excellentia sibi regnum comparassent: successoribus quidem oneri regna cedere: & ita demum honori, si virtute potius quam testamento illa suscipiant. Panor. libr.2.de reb.gest.Alphon.

Plato philosophorum sapientissimus , & qui eum secuti sunt, à quibus parum admodum Aristotleles aberrat, quatuor nobilitatis species facit. Primam eorum qui claris iustisque maioribus orti sunt: secundam eorum, quorum parentes potentes, ac principes extiterunt: tertiam eorum quorum maiores

maiores domi militiaeque aliqua illustriore gloria claruerunt. Quartam nobilitatis speciem facit eam, quam omnium excellentiam esse ostendit: cum quispiam animi ingenuitate & magnitudine excellit, sua que laudis virtute nititur: & hunc vere nobilis appellandum censet, cui non aliena sed sua virtus ad gloriam opitulatur. His autem quatuor speciebus quintam etiam addit Aristoteles, eorum scilicet, qui illustriore aliqua disciplina claruerunt: & iure optimo: nam non modo se familiamque suam clariorem reddunt, verumetiam vrbes ac prouincias è quibus oriundi sunt, illustrant. Ex Fran. Señ.lib.6.de institu. Reip.

## DOMINICA XXI. post Pentecost. Euang.

*¶ Simile est regnum cœlorum homini regi, qui volunt rationem ponere. Matth.18.*

**H**omini regi.) Quoniodo Christus in mundo veniens rex fuerit, & quæ præcipue regis sunt hominibus præstiterit, vide tomo 2. Conc. Dominica in Ramis Concione. i. in principio. Vide etiam quæ nos ibidem adnotauimus ex alijs eiusdem autoris locis.

(Tradidit eum tortoribus.) De qualitate demorum qui malos in inferno cruciabant. Vide

*Annotationes in Euangelia.*

in G. libro. 1. cap. 10.

(Oblatus est ei vñus qui debebat decem milia talenta.) Multa bona iste acceperat & dilapidauerat, qui decem millium talentorum debitor est inuentus. De beneficijs à Deo acceptis, vide copiose in Add. per 7. considerationes primas.

Quod talenta male consumimus. Vide in O. Consideratione. 2. pro feria. 2. & Consideratione 2. prq die Dominica.

(Serue nequam &c.) Hic ingratitudo notatur, de qua vide quæ adnotauimus supra Dñica. 13.

(Tradidit eum tortoribus.) Si Domini tempore in seruos suos sunt seueri cur non Deus in peccantes. Vide in Rethorica lib. 3. cap. 5.

(Tenens suffocabat eum.) Miluo similis, contra fortés humilis, superbus in humiles. Vide in Introduct. fid. par. 1. cap. 14.

**D O M I N I C A   XXII.**  
post Pentecost. Euang.

¶ Abeuntes Pharisai consilium inierunt, ut caperent Iesum. Matth. 22.

C Onsilium inierunt.) Quid sine Deo valeat humana consilia, & quod omnia nostra negotia in Deo incipienda sint vt bonum fortian-

*Dominica XXII. post Pentecost. 228*

fortiantur finem. Vide supra Dominica. 4. Conciōne. 1. in tractatione thematis. Quem finem mālorum fortiantur consilia. Vide feria. 6. post Dominicam in Passione, Conciōne. 2. per totam.

(Cuius est imago hæc.) De Dei perfecta & speciosa imagine quam homo repræsentat, vide in Add. Consideratione. 2.

Quòd homo sit factus ad Dei imaginem & quod propter hoc ab ipso summopere diligatur, Ibidem Consideratione. 3.

Ad Dei imaginem homo factus est, quia sicut proprium sigillum sigillationem ab eo factam solus potest adæquare, sic solus Deus nostra est completa perfectio, solus nostrum potest adimplere desiderium, Ibidem Consideratione. 5. §. 1. & Consideratione. 6.

Exactè ista similitudo describitur in O. meditatione. 2. pro die Dominica vbi recensetur beneficium creationis.

Hominis perfectio & eius imago, corporis & animæ partes exactè definitur in Introductio ne fidei, par. 1. cap. 2. 3. & deinceps. Imago Dei homo, Ibidem cap. 3. 4. & 3. 5. Deus hominem creauit, & ab illo ipsum pendere voluit in esse & conservari vt similitudo sigilli iuxta hoc explicetur, vt sicut imperfecta adhuc imago suo pictori adhæreret si intelligeret à quo esset perficienda, sic homo in patria perficiendus & beatus

Deo adhæreat, vide in G. libro. 1. capite. 2. §. 1.  
 Anima pulchritudo ad imaginem Dei conditæ explicatur tomo. 1. de Sanctis Concione. 3. in festo Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli principio post Exordium. Ad imaginem Dei creata anima omnibusque in mundo sint rebus occupari potest satiari & compleris non potest. Vide feria. 6. post primam Dominicam Quadragesimæ, Conccione. 2. ibi, Hæc igitur tam magna.

## DOMINICA XXIII. post Pentecost. Euang.

*¶ Loquente Iesu ad turbas. Matth. 9.*

**V**eni impone manū tuā super eam.) Sufficiet dicens mortua est absq; hoc quod modū quo illam suscitaret illi assignaret, per suæ ipsius manus contactum homines volumus à Deo non solum substantiam rei, sed & modum & tempus assignamus diuinæ propitiacioni, & solum illa in illius obsequium volumus facere ad quæ sub mortali obligamur, vide in G. lib. 2. cap. 17.

(Non est mortua puella sed dormit.) Quod mors sanctorum somnus dicendus sit, vide feria 6. post Dominicam. 4. Quadragesimæ in illud,

Lazarus

Lazarus amicus noster dormit iussit illi dare manducare, vide loci huius explicationem in M. parte. 1. tractatu. 3. cap. 8. §. 1.

(Et surrexit puella.) Magna Christi potestas qua potuit animam corpori defuncto vivere, maior in die iudicij in qua & corpora in cineres conuersa in pristinum restituere statum & sic resurreximus in aeternum mansuri. Vide in Introductio ne fidei, lib. 1. cap. 38.

(Confide filia.) Diffidentia reprehendit supra Dominica. 14. post Pentecost. Conccione. 2. ibi, Quæ haec tenus.

(Fides tua te saluam fecit.) Fidei dignitas excellentia necessitas, ordoque credendi, & quibus rationibus debilis intellectus assurgere possit ad credendum eaque ratione non comprehendit, hæc omnia explicantur ferè in quinque Concionibus Sanctissimæ Trinitatis.

(Sit etiugo tantum vestimenta eius salua ero.) Magna in Deum fiducia ex alijs Domini viis mirabilibus iam concepta. Quod ex præteritis acceptis beneficijs ad futura speranda adducatur. Vide Dominica. 4. in Quadragesima, Conccione. 1. §. 1. & 2.

## DOMINICA VLTIMA post Pentecost. Euang.

**C**um videritis abominationem. Matth. 9.

**D**E die iudicij vide quæ adnotamus Dominica. 1. Aduent. De excidio Ierosolymæ, vide supra Dominica. 9.

## Proprium Sæctorum. DE BEATA VIRGINI ne Maria.

**D**E eius Annuntiatione, Visitatione, & Purificatione, habes in M. & in Add. in tractatibus de Vita Christi.

In Annuntiatione præter ea quæ habes in Cöpcionibus in Natiuitate Domini, & in commemoratione Annuntiationis, quæ sequuntur duximus adnotanda ex alijs eiusdem autoris locis: In illud; Et Elisabeth cognata tua: Consuetudo Dei fuit signis adhibitis miraculosis fidem facere suarum promissionum, sic fecit in Incarnatione sua. Vide in Introd. fid. par. 4. cap. 4. & 5.

Vt Dominicæ incarnationis finis cognoscatur hominis status considerandus est in iustitia originali

nali & post amissam iustitiam ac dermū eius per Christum reparatio, hoc copiose tractatur Dominica. 1. 2. post Pentecost. Concio. 1. per totam.

In Visitatione. Deposuit potentes de fede, habes de humilitate multa adnotata Dominica. 10. post Pentecosten. Sed Mariæ humilitas præcipue commendatur in Annuntiatione eiusdem.

In Assumptione. De Mariæ humilitate & illius in coelis gloria, vide in festo Sancti Michaelis, tomo. 2. de Sanctis.

IN EVANGELIVM. (Intrauit Iesus in quoddam castellum.) De emulatione inter vitam actiuam & contemplatiuam Martha & Mariæ exemplo, vide in G. lib. 2. cap. 2. 1.

Martha sollicita es & turbaris, quod nimia temporalium occupationes à Dei contemplatione auertant, vide in Add. lib. 1. cap. 9. & 13. & in O. par. 2. cap. 3. §. 6. & 7. & vltimo.

Quod taliter sit amplectenda vita contemplativa quod non omnino relinquatur actiua, vide in Add. lib. 1. cap. 19.

Quod ille perfectus sit in quo vita actiua & contemplativa mutuis officijs leiuant, vide in O. par. 2. cap. 4. §. 1.

Hospitalitatis iura docentia exemplo quarundam aiuum, in Introd. fid. par. 1. cap. 16.

Optimum iuxta Deum sedere eius mandata audire, Ibidem in preambulo. 2. partis.

Mariæ

*Annotationes in Euangelia.*

Mariæ Magdalenæ pietas quod mortuo Domino vnguenta præparauerit, & huius facti memoria Beatæ Virginis comparata habetur, ibidem cap. vltimo. §. 1.

In Annuntiatione Domini misericordia qua naturam humilem secum vnitri voluit, & dona quæ ex hac admirabili cōiunctione homini prænenerunt explicantur tomo. 4. Conc. Dominica 19. post Pentecosten Concionē. 1. ibi, Regnum cœlorum nomine. Vide etiam Concionē. 2. ferē per totam.

In Assumptione De vita actiua & contemplatiua est tractatus post Conciones in férijs Rogationum.

In Purificatione Tuam ipsius animā pertransiuit gladius, de tribulationibus patienter ferendis, vide Dominica. 4. post octau. Epiphaniæ, & in Communi Martyrum. Hæc verba amplificantur in Rethorica lib. 3. cap. 3.

Vt susterent eum Domino. Optima & grata oblatio ad patrem Christus qui aduocatus est & propitiatio pro peccatis nostris, cuius aspectu Dei patris lenitur incensa ira. Vide tomo. 3. Concio. Dominica in Albis Concionē. 1. ibi, Quoniam loco. Sed hoc copiose & elegantibus rationibus, & sanctæ Scripturæ testimonijs tractatur tom. 3. Concio. Dominica. 5. post Pascha, Concionē. 1. ibi, Sequitur deinde.

Quantum

Quantum hæc oblatio meritorum Christi ante Deum valeat. Ibidem Concionē. 2. ibi, Catechismus ut clariorem.

Contra eos qui hac satisfactione absque suis operibus satisfaciendum putant, & diuinæ misericordiæ, & copiose eius redemptionis spem peccato perseuerant. Vide tomo. 1. Concio. Concionē. 4. in Nativitate. §. 2. ibi, Nunc iam cōmodum.

(Tuam ipsius animani pertransibit gladius.) In tanta solennitate letis tristia miscentur. Quod in omnibus Christi solennitatibus inueniat Christianus de quo gaudendum & dolendum. Vide tomo. 3. Concio. in Ascensione Domini Concionē. 1. ibi, Sed neque pīj etiam.

Neque Beatæ Virginis peccus absque dolore voluit esse dominus, vide hoc explicatum eleganti discurso, tomo. 1. Conc. Dominica infra octauas Epiphaniæ Conc. 2. in Exordio. & in fr. 1.

Hodie Beata Virgo ad templum accedit, patri oblatura æterno donum valoris immensi, quo omnium nostrum soluatur debitum. Vide Dominica. 9. post Pentecosten, Concionē. 1. ibi, Sed Iudeos missos.

Lex erat mulier si suscepto semine pepererit. Superflue videtur additum si suscepto semine, sed quod clausum & ignotum erat in lege arcanum ante Domini aduentum, ipsius luce patesfactum est. Vide tomo. 1. de Sanctis Concionē. 1. Sancti

Ioannis

Ioannis Baptiste in fine, ibi, Quia vero Zacharias, & Concione. 2. principio post Exordium, explicatur quod legis sterilitas in secunditatem versa est, Christum Dominum proferendo.

**I N E V A N G E L I U M.** (Liber Generationis.) Multi sunt libri in quibus legendu Christus in anima nostra generabitur, vide in prolog. M. §. 1. & in. 1. bene viuendi regula. §. 9.

(De qua natus est Iesus.) Vide quanta sit Mariæ virtus dignitas & excellentia, quæ tantū Deo propinqua facta est, ut eum in corpore portauerit, & in mente semper habuerit, & cum illo dum vixit sit conuersata. Quale bonum sit Deo adhuc rere cum illo conuersari. Vide Concione. 2. Rationum in principio.

## **I N F E S T O S A N C T I Andreæ Apost. Euang.**

*Ambulans Iesus iuxta mare Galileæ. Matt. 4.*

**A**mbulans Iesus iuxta mare.) Vita praesens huic mari magno & periculoso comparatur, remedia assignantur quibus in eo secunda nauigatione vti, & ad salutis portum peruenire valeamus, vide tomo. 1. Concionum, Dominica. 3. post octauas Epiphaniæ, Concione. 2. per totam.

(Mare

Mare mundus, retia Euangeli prædicatio, intelliguntur, vide tom. 4. Conc. Dominica. 4. post Pentecost. Conc. 2. ibi, Vbi Dominus cōscensa.

(Venite post me faciam vos fieri pescatores hominum.) Sic diuina iustitia statutum est vt & præmium correspondeat merito, & poena culpe, reliquerant Apostoli isti sanctissimi piscium parui emolumenti punctionem, ad hominum mirabilem punctionem sublimantur. Reliquit Matthæus theloni negotiationis mundanæ libros, illius calamus ex periculose negotiationis scriptura ad scribendum euangeli sublimia negotia Domini misericordia sublimatus est, vide tom. 4. Conc. Dominica. 1. post Pentecosten Concio. 2. ibi, Prius autem quam id.

Ex punctionis vili officio ad tantam dignitatē eucti sunt, vt intellegent Dei bonitate & largitate id adeptos, dum longius à tanta dignitate effenterum cogitationes, Dei liberalitatē in suorum bonorum distributione explicat noster auctor tota Concione. 1. in Septuagesima.

(At illi continuo relictis retibus & naui secuti sunt eum.) Quod omnia relinquenda sint, vt Dominum expediti sequamur. vide in prologo O. & in M. in epistola dedicatoria, vide etiam quæ adnotamus in festo omnium Sanctorum, & in Communi Martyrum in illud; Beati pauperes spiritu.

Tituli quibus Deo tenemur obedire vocant  
recensentur, in Introductione fidei, parte. 3. cap.  
17. Vide etiam de perfecta obedientia quæ adno  
tamus in Conuersione Sancti Pauli, & in festo  
Sancti Matthæi.

## IN FESTO S A N C T I Stephani Euangelium.

¶ Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & sapien  
tes, & Scribas. *Matth. 23.*

**V**Ideo cœlos apertos & Iesum stantem.)  
Dignum certè quod videbat & pulchrū,  
propter quod lapides contemneret. De  
Dei pulchritudine, vide in Add. tomo. 1. Consi  
deratione. 2. ex septem vltimis. Vide etiam quæ  
adnotamus Dominicain Quinquagesima, & in  
festo omnium Sanctorum.

(Quoties volui congregare filios tuos.) Qua  
cura Deus nos defendat, nutrit, & conseruet. Vi  
de in G. lib. 1. cap. 22. & in O. meditatione. 2. pro  
die Dominicæ. §. 2.

(Relinquetur vobis domus vestra deserta.) De  
Ierosolyma & templi destructione, vide quæ ad  
notauimus Dominicæ. 9. post Pentecosten.

IN

## ¶ IN FESTO SANCTI Ioannis Euangelistæ, Euangelium.

¶ *Dixit Iesus Petro sequere me.* *Ioan. 21.*

**S**equere me.) Domine quare Petru non præ  
scribis tempus quando te sequi debeat, an Pe  
tro qui prouecte ætatis est, iubes ut cōtinuo  
te sequatur Ioanni vt iuniori concedisvt cum ve  
nerit in maturiorem ætatem te sequatur. Contra  
eos qui in senectutem conuersionem differunt,  
vide in G. lib. 1. cap. 25. & 26. Vide etiam quæ  
nos ex alijs autoris locis adnotamus feria. 6. post  
1. Dominicam Quadragesimæ. De Christi seque  
la, vide quæ adnotauimus supra in festo Sancti  
Andréæ.

Pro exordio Concionis huius diei, vt inutiles  
contentiones de excellentiori gradu sanctitatis  
Sanctorum Baptistarum & Euangelistarum doceas, satius  
effet vt rosique patronos & aduocatos sumere, alte  
rum Euangelistā vt à Deo charitatis incrementū  
& Christi amorem (in quo summopere delecta  
batur) nobis impetraret. Alterum Baptistarum vt mun  
di contemptum carnis mortificationem, quæ ad  
diuinum hunc amorem viam sternit, nobis Dei  
miseratione concedi deposceret. Vide tomo. 1.

Gg de

de Sanctis, Conccione.3.Sancti Ioannis Baptista  
in Exordio.

**JIN CONVERSSIONE**  
Sancti Pauli Apostoli  
Euangelium.

**E**cce nos reliquimus omnia, & sequunti su-  
miste. *Matth. 19.*

**A**rbitrabatur Paulus fideles persecutus,  
obsequium se praestare Deo, freneticorum  
more qui in medicare volentes magis infas-  
tiunt, difficilis certe illorum curatio, nisi peculia-  
ris Domini assistat virtus, qui hodie Paulum ex-  
tam densissimis tenebris ad tantam euangelij ad-  
duxit lucem, vide tomo.3. Conc. Dominicana post  
Ascensionem, Concio.2.ibi, Haec tenus quidem.

In Pauli conuersione magnuni cernere licet di-  
uinæ misericordiaz opus, ut sic timore & præmio  
hominis mutet voluntatem, ut quæ antea sibi vo-  
luptati erant, arbitretur propter Christum detri-  
menta, hoc probat noster autor simili apposito  
tomo.4. Concionum, Dominicana.20. post Pente-  
costen, Conccione. 1. in fine, ibi, Sed videamus  
quo miraculo.

(Ecce nos reliquimus omnia, &c.) Petri sunt  
hæc

hæc verba, qui retia tantum pescationisque offici-  
um parui emolumenti reliquit, & tamen pro-  
pter hoc eximij præmij accepit promissionem,  
quia voluntatem pensat Dominus, non censem.  
De hac promptitudine animi qua sancti quid-  
quid habere in mundo poterant, propter Chri-  
stum relinquunt, Vide supra in festo Sancti  
Andreae, Conc.2.§.2. usque in finem.

(Quid ergo erit nobis.) Magnum vtique &  
exuberans præmium, quod Dominus se & virtu-  
tem sequentibus pollicetur etiam in hac vita, vide  
in prolog. G. & tota.2.par. ibidem hoc probat.

(Domine quid me vis facere.) De perfecta  
obedientia qua homo diuinæ conformatur vo-  
luntati, vide in Add.lib.1.cap.5.

De Pauli laudibus, vide in alio eiusdem festo,  
& in Introduct.fidei, par.2.cap.27.§.2.

**I N F E S T O S A N C T O-**  
rum Apostolorum Philippi  
& Iacobi Euangelium.

**N**on turbetur cor vestrum. *Ioan. 14.*

**D**omine ostende nobis patrē & sufficit no-  
bis.) Hominis appetitus licet vniuersa mun-  
di possidat non satiatur, donec Deum  
Gg 2 videat,

*Annotationes in Euangelia.*

videat, & ideo continuè orādum, Domine ostendebis patrem, nondum enim consummatum est opus, quod in me facere cœpisti, donec videā te, vide in G. lib. 1. cap. 2. §. 2. & in Add. libro. 1. Consideratione. 1. ex septem vltimis. §. 1. & Consideratione. 5. §. 1.

(Philippe qui videt me, videt & patrē.) Quòd homines Deum quēm non videbant, non diligebant, corporalibus affueti, ideo eius imago filius, nostra carne indutus, non diligentibus patrem omnem abstulit occasionem. Vide in Introduct. fidei, par. 3. cap. 14.

(Ego sum via.) Per Christi imitationē ad Christianūt. Vide tomo. 2. Conc. feria. 4. post Dominicam in Passione, Concione. 2. §. 2.

Via qua ad cœlum recta itur ostenditur tomo 3. Conc. Dominica. 5. post Pascha, Concio. 1. §. 1.

(Ego sum via.) Quòd homines viatores sint, & qua sit eis via incedendū, vt recto itinere ad æternitatem perueniant. Vide tomo. 4. Conc. Dominica. 22. post Pentecost. Concione. 2. ibi, Magister aiunt.

(Ego sum via, veritas, & vita, & in domo patris mei mansiones multæ sunt.) Hoc explicatur feria 2. Paschæ, Concio. 2. ibi, principio aduertēdum.

(Philippe qui videt me videt & patrem.) Dēi summi attributa & proprietates, perfectionesq;, vt inde colligere valeas, qualis sit eius filius, ostenduntur

*In festo Sanctæ Crucis.*

235

duntur Concionē. 3. Sanctissimæ Trinitatis, vide de hoc omnes Concionē eiusdem festi.

**I N F E S T O S A N C T Æ  
Crucis, pro Inuentione &  
Exaltatione eiusdem.**

**I**N Cruce Domini totius Christianæ philosophiæ summam contineri, vide elegantem Cōcionem, tomo. 1. de Sanctis, Concione. 2. Sancti Thomæ Apost.

Christi gloria in Crucis ignominia ostēditur, bene ergo & crucis exaltatio solennitas hæc nun cupatur, & in Christi Domini ad crucem exaltatione omnia ad se traxisse ostenditur tom. 3. Concio. Dominica in Albis Concione. 1. ibi, Atque ut à morte.

(Nunc princeps huius mundi ejicitur foras.) Per crucem sumus à dæmonis tyrannide liberati, vide tomo. 3. Dominica. 4. post Pascha, Concio. 1. ibi, De iudicio ergo primum.

Crux quæ antea summa erat ignominia, summo erat hominibus eius supplicium terrori, tantam ex membris Domini consecuta est gloriam, vt sancti summo ducerent honori Crucis Domini esse participes, ideoque ad eam alacriter currebant, vide præcipue de Beato Andræa, Concio-

*Annotationes in Euangelia.*

ne. i. infesto ipfius. §. 3. tomo. 1. de Sanctis.

(Quomodo potest homo nasci cū sit senex.)  
De interna Spiritus sancti regeneratione, quæ  
per eius amorem fit. Vide in festo Pentecost. Cō-  
cione. 1. ibi, Hactenus rei gestæ.

(Siterrena dixi vobis & non creditis.) Multa  
in terra cum labore inuenimus, non ergo mirum  
quod diuina & cœlestia captum nostrum & hu-  
manam rationem excedentia, inuestigare non  
possimus, vide in tomo. 3. Conc. Concione. 1. San-  
ctissimæ Trinitatis, ibi, Verum insurget.

Arboris Crucis mirabiles fructus recensentur,  
in *Introduct. fidei*, par. 3.

Quod tunc homo perfectè crucifixus fit, quā-  
do non suam sed Dei voluntatem expleuerit, nā  
cruci affixus manibus & pedibus impeditus est,  
vide quæ adnotauimus in *Conuersione S. Pauli*,  
in illa verba, Domine quid me vis facere.

Vide de mysterio Crucis & eius triumphis, in  
*Introduct. fidei*, par. 2. cap. 27.

(Ego si exaltatus fuero à terra.) Hoc explicat  
totum cap. 28. ibidem, vbi de mirabili victoria  
qua Christus per suam crucem vniuersum mun-  
dum ad se adduxerit, agitur, sed præcipue capite  
29. ibidem. Vide etiam in prologo. 3. par. ibidem.  
& cap. 25. & 26. ibidem, pro triumpho Crucis,  
vbi probatur, quod in cruce non solum ignomi-  
nia non sit, sed summa gloria.

IN

*In festo Petri & Pauli Apost.* 236

IN FESTO SANCTO-  
rum Apostolorum Petri &  
Pauli Euangeliū.

*Venit Iesus in partes Cesareae Philippi.*  
Matthei. 16.

PER pœnitentiam beatus Petrus sanctior &  
in Christi amore feruentior surrexit, vide  
Concione. 2. Sancti Ioannis Euangelistæ, to-  
mo. 1. de Sanctis.

(Portæ inferi nō præualebunt aduersus eam.)  
Quæ fundata est supra firmam petram, Petrum  
scilicet in fide & charitate firmum. Magni facit  
Deus firmitudinem in bono, vt inde eam amare  
contendas, vide in G. lib. 2. cap. 3.

De fidei catholicæ firmitate, & excellentijs, vi-  
de in *Introduct. fidei*, à parte. 2. & deinceps per  
totum librum. Vbi multa inuenies & huic festo  
& euangelio accommodata, summarij capitum  
recensis, sed parte, 2. capite. 8. De eius constan-  
tia & firmitate agitur & cap. vltimo. §. 2. expli-  
catur qualiter portæ inferi præualere nun-  
quam potuerunt aduersus Christi  
Ecclesiam quæ tale ac tam fir-  
mum fortita est funda-  
mentum.

Gg 4 IN

IN FESTO SANCTÆ  
Mariæ Magdalenæ Euan-  
gelium.

**¶** Rogabat Iesum quidam Phariseus ut man-  
ducaret cum illo. Luce. 7.

**D**E Magdalenæ conuersione habes pecu-  
liariter in M. & in Add. in tractatibus de  
Vita Christi.

(Mulier quæ erat in ciuitate peccatrix.) Nomē  
eius consulto prætermittitur, quò propter suam  
impietatem eos nescire Dominum intelligatur,  
qui peccatores sunt, nisi ad eorum punienda scèle-  
ra. Vide tomo. 3. Conc. Dominica. 3. post Pascha  
Concione. 2. ibi, Haec tenus diuitis sortem.

(Stans retro secus pēdes.) Christo adhæret, à  
cuius misericordia veniam sperat: sed timoris Do-  
mini plena & suorum conscientia criminum, non au-  
det coram eo stare, sed stat retro secus pedes, vt  
pariter spes & timor ipsam in Dei amore constā-  
tem reddant, vide Dominica. 6. post Pentecostē,  
tomo. 4. Conc. Concione. 2. in tractatione thema-  
tis, & in fine illius Concionis, & in admonitione  
ad lectorem insigni S. Bernardi testimonio, Do-  
mini pedes eius iustitia & misericordia intelligun-  
tur, quibus Sanctissima hæc peccatrix adhæsit.

(Lachry-

(Lachrymis coepit rigare.) Vide quæ noua ob-  
sequiorum genera, anteacte vitæ contraria, coele-  
stis ille spiritus qui huius peccatrixis animam cœ-  
lesti tetigit in pulsū, adinuenit, lachrymarum fon-  
tes aperire, qui aquam ad lauandos pedes submi-  
nistrent, & tortos antea capillorum crines, qui an-  
tea vexilli vanitatis officio fungebantur, nunc in  
officium linteaminis ad Domini tergendos pe-  
des transeunt. De mirabilibus diuini spiritus &  
eius amoris effectibus, vide tomo. 3. Conc. Con-  
cione. 1. in die Sancto Pentecostes per totā Con-  
cionem. Sed præcipue, ibi, Haec tenus historiæ  
rei gestæ.

Quot in se habuit oblectamenta, tot in se (vt  
Gregorius ait) adinuenit holocausta, antea ratio  
& corpus appetitus seruiebant, nunc è conuerso  
appetitus & caro rationi, efficacissima similitudi-  
ne hoc explicat noster autor in G. libro. 1. capi-  
te. 19. §. 1.

Deremedijs contra turpitudinis vitium, Ibidē  
libro. 2. cap. 6.

Vide quæ noua obsequiorum genera, lachry-  
mis rigare, capillis tergere pedes, hæc omnia chari-  
tas adinuenit. De excellentijs charitatis, vide in  
Add. libro. 1. cap. 1. per totum præcipue. §. 4. vbi  
has adinuentiones ex charitate procedere exem-  
pli mulieris, summoperè verum diligentis ex-  
pliatur.

Gg 5 (Magnis

Magnis encomijs extollit noster autor Magdalenaꝝ amorem, in Add. tom. 2. in mysterio Resurrectionis. §. 1.

Mutatio fit in anima peccatoris iustificati, ei similis quæ facta est in ecclesia per Christi adventum in carne explicatur in *Introductione fidei*, par. 4. cap. 12.

(Fides tua te saluam fecit, & vade in pace.) Fidei excellentia si cum charitate & cordis humilitate & reuerentia copuletur, explicatur tomo. 1. Conc. Dominica. 2. post octauas Epiphaniæ, Concione. 2. ibi, Sequitur deinde.

Magnis hodie faboribus Dominus peccatricē istam prosequitur, qua de causa sic se gerat Dominus cum peccatoribus, vide tomo. 3. Concio. Concione. 1. in die Resurrectionis, ibi, Introentes in monumentum.

## ¶ IN FESTO SANCTI Matthæi Apost. Euang.

¶ Præteriens Iesus vidit leui. Matthæi. 9.

**M**Atthæum nomine.) Nomen suum post thelonie factam mentionem posuit, quod humilitatis inditium est, vel quod sciret peccatores ad Christum vocatos & ab ipso iustificatos

ficatos nomina sua in coelis scripta habere, ac pro inde in eius Euangilio (quod huius iustificationis & redemptionis bonum nuntium est) scribi debere, magnam per Christi aduentum adepti dignitatem vide tomo. 1. Conc. in Nativitate Domini, Concio. 1. ibi, Fuit & alia.

(Sequere me.) Sequiubes & præmium non proponis, ad quod homines attendentes, omnia relinquere, & te sequi velint: mundus & dæmon multa promittunt, & nulla præstant, è contra Christus plus præstat quam promittit, huic intento applicari possunt, quæ dicuntur in prolog. G. in illa verba, Dicite iusto quoniam bene, quæ etiam verba applicantur ibidem libro. 1. capite ultimo.

Bona quæ Christus ipsum & virtutem sequentibus tribuit, recensentur ibidem in. 2. parte libri primi.

Statim cum illo & alijs peccatoribus dignatus est conuia esse, vt os lèderit se suauiter velle eius conuersionem disponere, & tenetam arborem foruere, donec in virtute radices emitteret altas, quam suauitatem ostendat Dominus suis. Ibidem cap. 16.

¶ DE

## ¶ D E S A N C T I S Angelis.

D E custodia Angelorum, vide in G. lib. 1. capite. 12.

Quod Angeli administratorij sint spiritus, in Add. Consideratione. 2.

De perfectionibus Angelorum, Ibidem Consideratione. 2. ex septem vltimis.

(Aduocans Iesum paruulum.) Paruuli iubemur esse in cordis simplicitate Christiana, vide in communi confessorum, Conccione. 2. §. 1.

## ¶ D E S A N C T I S S I M I S Patribus Dominico & Francisco.

D E fiducia quam habuit beatus Dominicus in Deum, qui adeò securus erat de sua gloria, qui & post obitum auxilium suis promiserit in perenni vita, vide in G. lib. 1. c. 24.

Qualiter Deus eius audierit orationes, vide in Add. Consideratione. 1. ex septem vltimis. §. 5.

Quod sanctus Franciscus melius operibus quam omnes mundi libri verbis doctrinam euangelicam expresserit, in prolog. Add.

De

De quadam oratione quam tota nocte habuit Sanctus Franciscus, ibidem lib. 1. cap. 4. §. 2.

Quam reuerenter in templo orabat Sanctus Franciscus, Ibidem Consideratione. 5.

Qualiter Sanctus Franciscus quotidie suam carnem affligebat, vide in M. tom. 1. in. 1. bene vivendi regula cap. 1. §. 6.

Qualiter gloriosi isti sancti fugerint vanam gloriam, vide in O. par. 2. cap. 3. §. 12.

Aliqui sunt qui indiscretè conantur, in totum sanctos istos imitari, vt cū beato Dominico qualibet nocte cum ferrea catena tres sumere disciplinas, & cum beato Francisco niui se immergere. De prudentia in rigore poenitentiae, vide in Add. lib. 1. cap. 18.

Pro beato Patre Dominico in Euangeliū. (Vos estis sal terræ.) Vide quæ adnotamus in communi confessorum.

Pro Sancto Francisco in Euangeliū. (Confiteor tibi Domine pater celi & terræ. Matth. 1 1.) Confiteor idem est quod gratias ago, gratitudo commendatur, & ingratitudo reprehenditur, tomo. 4. Concio. Dominica. 13. post Pentecosten, Conccione. 2. ibi, Sed vt ad historiæ, vide etiam nostras annotationes in eadem Dominica.

(Reuelasti ea paruulis.) Paruulis & de se nihil presumebitis & ad diuina & coelestia cum tremore & reuerentia accedentibus, diuina reuelantur,

tur, non elatis & altiora se quærerentibus. Quo tremore & reuerentia sit accedendum, ad tractandum & loquendum de Deo, vide in quinq; Concionibus Sanctissima Trinitatis, sed præcipue Conacione. 1. ibi, Hactenus fratres, & in eadē Conacione, ibi, Verum insurgit, & Conacione. 2. ibi, Nō est igitur, & Conacione. 4. in Exordio curiosè satis ostenditur quod de diuinis parum, & cum tremore inuestigandum est.

## IN FESTO OMNIUM Sanctorum Euang.

*¶ Videns Iesus turbas ascendit in montem.  
Matthæi. 5.*

**S**Anctorum vitam ad Dei nos cognitionem adducere eleganter ostenditur tomo. 2. Concio. fer. 6. post. 3. Dominicam Quadragesimæ, Conc. 1. in principio.

IN Euangelium, Præter ea quæ adnotamus in communī martyrum, & quæ sequuntur duximus adnotanda. De beatitudine æterna, vide quæ adnotamus Dominica in Quinquagesima.

(Beati pauperes spiritu.) De affectu in his terre nisi non ponendo, quod idem est, ac in suo spiritu pauperem esse, vide in M. tom. 1. in. 1. beneviuen dire regula cap. 1. §. 8.

Beati

Beati mites & pacifici qui pacem & cum proximis & in seipſis habēt, vide in Add. lib. 1. c. 14.

(Merceſ vestra copioſa eſt in coelis.) Et adeò copioſa, vt per idipſum per quod Deus beatus eſt, & nos beatificemur, quis noſter vltimus finis, quæ noſtra beatitudo, & errores Philofophorū de vltimo fine hominis, recenſentur, in Introducione fidei, lib. 2. cap. 3.

(Gaudete & exultate.) Gaudium & exultatio iuſtorum qui mundanis gaudijs spretis, ſe totos diuinæ ſuavitati tradiderunt, deuotæ depingitur, Ibidem par. 2. cap. 1. 1.

Quale gaudium in cœlo de ingressu decem millium martyrum, vnde colligendum quæ erit defecura poſſeffione tantorū millium, vide ibid.

## DE SANCTIS IN communi.

**S**Anctorum exempla quare proponuntur, illeſ et adeo excelsa vt illa fragilitas humana nō poſſit ex equo imitari, vide tomo. 1. de Sanctis, Conacione. 2. Sancti Ioannls Baptistæ in Exordio.

Quo honore sanctos & amicos ſuos Deus afficerit, vide in G. lib. 1. cap. 12. & Conacione. 1. Sancti Petri Apostoli. §. 1.

Quid

*Annotationes in Euangelia.*

Quid utilitatis ex Sanctorum exemplis fit sumendum, vide tom. 2. de Sanctis, Conc. 1. Sancti Dominici in Exordio, & Conc. 2. eleganter.

Quare Ecclesia Sanctorum mortem ut natalē celebret, vide tom. 2. de Sanctis Conc. 1. in Nativitate Beatæ Mariæ in Exordio.

Ezechielis figura de quatuor animalibus in quibus erant aquilæ, hominis, bouis, leonis, figuræ cui libet sanctorum aptari potest, hæc explicatur tomo. 2. de Sanctis Conc. 2. Sancti Matthæi.

Quid valeat apud Deum Sanctorum oratio, vide tomo. 2. de Sanctis Concione. 2. Sanctorum Simonis & Iudæ. §. 1.

Sancti contra ingruentes procellas murum se opponebant pro domo Israel, vide tomo. 3. Concio. feria. 2. in Rogationibus, Concione. 1. ibi, Vn de sancti viri.

**IN COMMUNI SAN-**  
**ctorum Apostolorum.**

**D**E mutatione quæ in mundo facta est per Apostolorum prædicationem, vide in Introduct. fidei, par. 4. cap. 12.

Mundi per Apostolos conuersio miraculosa ex omnibus circumstantijs amplificatur, Ibidem par. 2. cap. 28.

De

*In communi Sanctorum Apóst. 241*

Defidei excellētij Christi triumphis qui per pescatores idolatriani destruxit, mundi principes subiugauerit, Ibidem par. 2. per totam, sed præcipue cap. 11. 12. & 13.

Mirabilis per Spiritus sancti aduentum Apostolorum mutatio, & quod illi in nostrum coimmodum instructi & animati fuerint explicatur tomo. 3. Conc. Concione. 1. in die Pentecostes.

Quare Dominus ad Apostolatus culmen, homines contemptibiles, pescatores, & in humili officio occupatos elegerit, vide eleganter tomo. 1. de Sanctis, Concione. 2. in festo Sancti Andreæ §. 3. & in festo Sancti Matthiæ, Concione. 1. ibi, Neque ipsis modo.

**I**N E V A N G E L I V M. (Hoc est præceptum meum ut diligatis inuicem.) De præcepto dilectionis, vide in G. lib. 2. cap. 16. §. 1. Quod ad huius præcepti impletionem omnes virtutes omnia quæ in lege & prophetis continentur, ordinentur, vide in Add. lib. 1. cap. 1. §. 2. Quod Christi ergo nos viso amore Christus nos alliciat ad amandum nos ipsos, vide in Introductione fidei, par. 3. cap. 19.

(Sicut dilexi vos.) Vis scire Dei erga te amorem, ut eius imitatione intelligas quare proximum amareteneraris, vide copiose & eleganter Dominicæ. 2. post Pascha in tractatione thematis, to. 3. Conc. Quantum hoc præceptum à præceptis di-

Hh uinæ

*Annotationes in Euangelia.*

uinae legis distet, vide ibidem Dominica.4. Concione. 1.ibi, Hac igitur ratione.

(Maiorem charitatem nemo habet.) Seipsum suæ legis exemplum ponit, lex eius amoris lex est, via ad hunc amorem adipiscendum est, mundana spernere, labores & mortem denique pro amicis amplecti, quod & Dominus charitatis perfectionem amplectens exhibuit, elegâter hoc inuenies in Ascensione Concione. 1.ibi, Diximus fratres.

(Vt diligatis inuicem.) Ad hoc venit Dominus ut algentem mundum in Dei amore, hoc igitne in terram misso inflammaret, qualiter hoc præstiterit, vide tom. 3. Conc. Concione. 5. in festo Corporis Christi per totam.

Quod dilectionis præcepto veluti quodâ charactere Christianâ Christo sint insigniti, vt ab alijs secernantur, vide tom. 4. Concio. Dominica. 1. post Pentecosten, Concione. 2.ibi, Neque hac adeò insigni, lege vsque in finem.

(Maiorem hanc dilectionem.) Gradus esse inter virtutes ad longum ostenditur tom. 4. Concio. Domi. 17. post Pentec. Conc. 2. p. 2. per totâ.

Charitas quæ Christum pro nobis ad crucem ferendam adduxit, eadem Sanctos Apostolos ad mortem pro eodem Christo ferendam, incitauit, vide tom. 1. de Sanctis, Concione. 1. in festo Sancti Andreae. §. 1.

Præ-

*In communi Sanctorum Apostl. 243*

Præceptum suave iniungit, præmia datus eximia seruantibus: sic cum homine velut quodam statuit pactum, vt ipse seruet legem, ipse tribuat seruanti præmium, vide tom. 1. Conc. Concione. 1. in Circumcisione in principio.

(Vos amici mei estis.) Quo honore Deus suos prosequatur amicos, vide in Add. Consideratione. 1. ex septem vltimis.

IN EVANGELIVM. (Cōsiteor tibi pater.) (Venite ad me omnes qui laboratis egredieretiam vos.) Nihil eis deesse posse qui toto corde Deum sequuntur, ostenditur tom. 2. Conc. Dominica. 4. in Quadrag. Conc. 4. per totam.

(Venite ad me omnes &c.) Huic intento applicari potest Concio. 3. Dominica. 2. in Quadragesima, vbi de spirituali dulcedine & refectione quam Dominus eis qui eius ingum & crucem portauerint promittit agitur.

(Omnes qui laboratis & onerati estis.) Varijs calamitatibus mundum vult Deus plenum esse, vt illorum onere se præiente ad Christum verum solatium hominis confugiant, eo quod videat Deus succendentibus prosperis, non sic homines Dei sui memoriam habere, vide to. 1. Conc. Dñica. 4. Aduē iuxta morē Romanū, Cōc. 3. §. 1.

Quod in laboribus qui humanam comitantur vitam, & fragilem sequuntur naturam, unicum sit remedium in Christo positum. Vide

Hh 2 tomo. 3.

*Annotationes in Euangelia.*

tomo.3 .Conc.fer.2.in Rogationibus, Concione 1. per totum, sed præcipue ibi, Verum hi omnes.

(Iugum meum suave est & onus leue.) Peccatoris difficultas cum relæta præcedentis viæ via ad iugum Domini portandum se disponit, & illius per Christum suave & facile redditum virtutis iugum, eleganter depingitur tomo. 3. Conc. Concione. 1. in Resurrectione Domini, ibi, Dum igitur adhuc, & feria. 2. ibidem, per tres eius Conco[n]ciones, hoc est illarum præcipuum argumentum, vt videre est in earundem Concionum præfatione ad lectorem, & Dominica. 4. post Pascha, C[on]cione. 2. in principio.

(Discite à me quia mitis sum & humilis corde.) Qua ratione Dominus tantopere humilitatem amauerit & docuerit verbo & exemplo, vide tom. 1. Conc. Concione. 3. in Natiuitate, ibi, Atq; vt à tremore superbiæ, & concione. 4. per totam. De humilitate vide feria. 5. in coena Domini.

(Discite à me.) Quod Christus Deus & homo perfectissimus sit magister, à quo homines adisce re, & quem imitari omni excusatione semota tenentur, vide tom. 1. Conc. Dominica. 1. in Adventu, iuxta consuetudinem fratrum ordinis Prædicatorum Conc. 3. ibi, Verum quæ haec tenus.

(Iugum meum suave est, & onus leue.) Non est iugum meum quod portare non possitis, & onus graue vt erat olim legis veteris onus, de quo

Petrus

*In communi Sanctorum Ap[osto]l[orum]. 243*

Petrus quod neque nos neque patres nostri portare potuimus. Legis asperitatem in euangelij sua uitatem Christi seruatoris nostri ope mutatam esse, ostenditur tomo. 1. Conc. Dominica. 1. post octauas Epiphaniæ Concione. 2. ibi, In lege igitur, vbi etiam ostenditur in operibus virtutū quæ circa difficile versantur, in quibus mundani omnia esse aspera & in accessa falso autem, magnam inesse suavitatem.

(Discite à me quia mitis sum.) Quod Christi incarnatione homines ad eius imitationem prouocauerit, vide in Introduct. fidei, par. 3. cap. 19.

(Iugum meum suave est.) Vide copiose & ele ganter in G. lib. 1. cap. 28. vbi contra eos qui asperam iudicant virtutis viæ autor insurgit. In Euangelium. (Ego sum vitis vera.) Vide feria. 6. post. 2. Dominicam Quadragesimæ.

Magnum solatium similitudo hæc de vitæ affert, nam si palmites sumus Christo inserti, ab illo & influxum participabimus, eadem ferè est similitudo ac de capite & membris, quam vide in G. lib. 1. cap. 5. Vitis proprietates & eius operaciones & eius comparatio habentur in Introductio ne fidei, par. 1. cap. 10.

(Gaudete & exultate quia nomina vestra scripta sunt in celis.) De beneficio prædestinationis vide in G. lib. 1. cap. 6.

(Iugum meum suave est.) Facilem per Christi Hh 3 gratiam

*Annotationes in Euangelia.*

gratiam redditam esse virtutis viam ostenditur  
tomo. 1. de Sanctis, Concione. 1. in festo Sancti  
Andreae, §. 2.

IN EVANGELIV M. (Ecce ego mitto  
vos sicut agnos inter lupos.) Qua ratione rationa  
le animal homo scilicet irrationalibus & feris  
comparetur, imo sæpenumero & dæmonibus, vi  
de tomo. 4. Conc. Dominic. 7. post Pentecost.  
Concione. 2. in principio.

(Sicut agnos inter lupos.) Contra ingruentia  
mala ipsorum malorum munit prædictione, mi  
nus enim (ait Gregorius) iacula feruntque præui  
dentur, vide tom. 3. Conc. Dominic. post Ascen  
sionem, Conc. 1. in princ.

(Qui perseverauerit usque in finem.) De perse  
uerantia, vide tomo. 4. Concionum Dominic. 6.  
post Pentecosten Concione. 1. ibi, Misereor su  
per tutbam.

(Si mundus vos odit.) Quid fuerit in causa,  
quod viri sanctissimi & mitissimi, & absqueulla  
vientes querela odio habitu fuerint, ostenditur  
fer. 4. post Dominicā in Passione Conc. 1. princ.

Sancti Apostoli & si scirent se in gratia confir  
matos & nullatenus à coelesti regno excludēdos,  
carnem tamen suam inedia & laboribus macera  
bant, & ab omni voluptate terrena abhorrebant,  
vide eleganter tom. 1. de Sanctis, Conc. 1. S. Ioan.  
Baptistæ, ibi, Quæret autem aliquis.

IN

*In communi Sanctorū Martyrum. 244*

IN COMMUNI SAN  
CTORUM MARTYRUM.

**Q** Valiter sint sancti in uocandi, vide Domi  
nica. 2. 8. post Pentecosten, Concione. 1.  
ibi, Sed ut ad historiæ seriem.

IN EVANGELIV M. (Qui vult venire  
post me abneget semetipsum.) Modum sequen  
di virtutem proponit per sui abnegationem, con  
tra eos qui virtutē suadēt sequi, & modū sequēdi  
nō proponunt, vide in prolog. G. & in O. par. 2.  
cap. 5. §. 10. & in Introduc. fidei, par. 3. cap. 20.

(Si quis vult venire post me.) Christi Domini  
exemplo ad labores æquanimiter ferendos & ad  
crucem hortamur, vide tomo. 2. de Sanctis, Con  
cio. 2. sanctorum Simonis & Iudæ pertotam.

Per labores ad Christum pergedum, vide to  
mo. 1. Conc. Dominic. in Septuagesima, Conc.  
2. §. 2. & to. 2. Dominic. 2. in Quadrag. Conc. 2.  
in prin. & feria. 6. ibidem, Conc. 2. §. 1.

(Sequatur me.) Vtique me imitando, qui vestris  
debitam peccatis crucē humeris meis porto, quā  
tum valeant maiorū exempla, & quod iij qui cru  
cem sequuntur, inueniant animam suam, quę sint  
destinata præmia illis qui Christum per crucem  
& labores sequuntur, vide tom. 3. Conc. Conc. 2.  
in Ascensione, ibi, Cæterum ad hanc.

Hh 4

IN

*Annotationes in Euangelia.*

IN EVANGELIV M.(Nisi granum frumenti.) Si volueris literæ adhærēs explicare quæliter tritici granum corrumpatur,crescat,& in spiritu euadat, ex quo facili negotio parabolicum sensum elicere possis, vide in *Introductio fidei*, par. 1. cap. 10.

Huic euangelio aptari possunt quæ ibidem par. 3. dicuntur, vbi omnia quæ nobis attulit Christus commoda per suam passionem recensentur consule titulos capitum. Quod ex Christi morte innumerabilis seges Sanctorum monachorum secuta sit, ibidem par. 4. cap. 12. Quod homo huius grani similitudine corrumpi debeat in carne, vt crescat in spiritu, vide eleganter in *Add. lib. 1. capite 2.*

(Qui amat animam suam perdet eam.) Quæ mala sequantur ex proprio amore, vide in *G. lib. 2. cap. 4.* & in *Add. lib. 1. cap. 3.*

Inuenit animam qui eam odit & perdet qui amat, præmio & supplicio ad sui imitationē suadet: hoc præcipue habet religio Christiana inter supplicium & præmium homines in officio continere, vide in *G. lib. 1. cap. 1.* & in *M. lib. 1. cap. 1.* & in *Introductio fidei*, par. 2. cap. 7.

IN EVANGELIV M de pluribus martyribus. (Videns Iesus turbas ascendit in montem.) (Et aperiens os suum.) Vt exemplū præberet Christiano concionatori qua præmeditationis

*In communi Sanctorū Martyrum. 345*

tionis grauitate & cōfilio se munire debeat suggestum ascensurus, vide in *Rhetorica lib. 1. ca. 2.* Deinde etiam vt intelligas non absre distūfuisse, (Et aperiens os suum) cum nisi aperto ore loqui non posset, aperuit enim ad prædicandum ædificatoria & grauitate plena, non scurrilia & ad populi auram captandam, vt plerique faciunt concionatorum. Quæ item sint à Christiano concionatore prædicanda, quæ & Christus hic prædictauit, vide in *G. lib. 1. cap. 7.*

Aduerte quid Dominus in prima sua concione prædicauerit, ea certè quæ ad odium peccati virtutis amorem & ad æternam beatitudinē animum inducunt, quis debeat esse concionatoris finis, quæ etiam sint quæ semper populo suadere debeat exactè tradit autor in prologo suarū concionum ante initium tomī primi, ibi, Verum vt pius concionator.

(Docebat eos.) Magnum planè & perpetua animi gratitudine dignum beneficium, quod ipsum Deum habuerimus preceptorem, nostra induitum carne, vt ipsum non timeremus audire, vt olim ille qui Deum recusauerunt loquentem, & Moysi trementes dicebant, loquere tu nobis, illū certè quem multi reges audire desiderauerunt, neque ipsum loquentem audierunt, qui locutus fuerat patribus, sed in prophetis, vide to. 4. Conc. Dominica. 1. post Pentec. in prin. post Exordiū.

Hh 5 (Et

*Annotationes in Euangelia.*

(Et aperiens os suum.) Ad loquendum, myste-  
rio non vacat, vt loquentis diuinam attendas elo-  
quentiam, vide ibidem Dominica. 3. Concio. 2. in  
prin. & Dominica. 4. Conc. 1. ibi, Itaq; pro fugge-  
sto. Quod maius & excellentius nos beneficium  
aceperimus, quām antiqui illi veteris testamenti  
patres, cum illi de igne & fumo audierint Deum  
loquentem, nos in carne nostra eum vidimus cū  
hominibus cōuersantem, vide Dominica. 4. Ad-  
uent. iuxta morem Romanum, Concione. 2. ibi,  
Sequitur deinde.

(Beati pauperes spiritu.) Quod sit inter animā  
& spiritum discri men, & quòd eorum spiritus in  
cœlum eleuetur, qui corporeis & terrenis non  
adhæret, hoc eleganter explicatur tom. 1. de San-  
ctis, Conc. 1. in Visitatione S. Mariæ, prope finē,  
ibi, Cæterum cum hic.

Paupertatem spiritus humilitatem intelligere  
possimus cum Bernardo, nam verè humiles in  
suo spiritu, se pauperes esse cognoscunt, vide to-  
mo. 2. de Sanctis, Conc. 1. Sancti Michaelis prin-  
cipio post Exordium.

De paupertate euangelica, vide ibidem Con-  
cione. 1. in festo S. Francisci.

(Beati qui lugent quoniam ipsi consolabun-  
tur.) Consolabuntur etiam in hac vita testimo-  
nio bonæ conscientiæ. De hac consolatione vide  
in G. lib. 1. cap. 17. §. 1.

Quantum

*In communi Sanctorū Martyrum. 346*

Quantum Deus lachrymis piorum delecte-  
tur, vide tom. 1. de Sanctis, Conc. 1. in Purificatio-  
ne Beatae Mariæ, ibi, Cæterum ad hoc.

Sancti hic lugent & mali latantur, sed post  
hanc vitam diversa erit illis fors, sed in præsenti  
magna in iustorum luctu interna consolatio, &  
malorum falsa & inconstans amaritudinibusque  
permixta latitia, vide tom. 3. Concionum, Do-  
minica. 3. post Pascha, Concione. 1. ibi, Sua  
igitur seculi hominibus, & Concione. 2. ferè  
per totam, sed præcipue ibi, De hoc queritis in-  
tervos.

(Beati misericordes, quoniam ipsi misericor-  
diam consequentur.) Via ergo ad diuinam miser-  
icordiam nostra in proximos misericordia erit,  
vide tom. 4. Conc. Dominica. 1. post Pentecost.  
Conc. 2. ibi, Sed vt ad id cuius, & Dominica. 6. &  
8. de misericordia inuenies multa.

(Beati eritis cū maledixerint vobis homines.)  
Quare Dominus per tribulationes voluerit suos  
ad beatitudinem ire, tribulationum necessitas, re-  
media, earum fructus, & utilitas, explicantur Do-  
minica. 3. post octau. Epiph. Conc. 1. per totam.

Sanctorum martyrum exemplo fortiter est con-  
tra inimicos animæ dñnicandum, vide tom. 1. de  
Sanctis, Conc. 1. in festo S. Andreae prope finem.

(Gaudete & exultate &c. Merces vestra multa  
est in coelo.) Eadē est ferè sententia, hac illa, Nolite  
timere

*Annotationes in Euangelia.*

timere pusillus grex , quoniam complacuit patri vestro dare vobis regnum , quae verba satis deuotæ explicantur tomo. 1. de Sanctis, Conc. 1. Sancti Matthiae, ibi, Huic ergo Dominus periculo.

(Beati muudo corde.) De cordis munditia, vide quæ adnotauimus feria. 4. Cinerum in illud; Vbi est thesaurus tuus, &c. vide etiam in nostro autore in communi cōfessorum Conc. 1. in prin.

(Gaudete & exultate.) Mirabilis duorum affectuum vnio in sanctis visa est, vt mortem timerent, & illam summa alacritate exoptarent, hæc affectuum vnio, & eius causæ explicatur feria. 4. post. 2. Dominicam Quadragesimæ , Concio. 2. ibi, Sed ad discipulorum timorem.

(Beati pauperes spiritu.) Aduerte nouam doctrinam in prima Christi Concione & humiliter prædicatam, sine igne fumo tenebris, fulgurum corruscatione, tonitruum & tubæ clamore, vt olim in lege. Paupertatem spiritus prædicat illis qui potentem & diuitem sperabant Messiam, & hæc, & hoc modo prædicans humilia, & humiliiter maiorem effectum consequuta est lex noua, quam lex illa. Vide in Introduct. fidei, parte. 4. dialog. 5. 6. & 7.

Quod confidentia & spes quam sancti in Deo habebant faciebat illos tormenta spernere , & quod in se confidentes sanctos Deus veluti onni potentes faciat, vide in G.lib. 1.cap. 1. 8.

Hoc

*In communi Sanctorū Martyrum. 247*

Hoc ipsum charitas etiam faciebat quæ viatos faciebat viatores, vide in Add.lib. 1. cap. 1. §. 5. In de maxima in eis in medio tormentorum lætitia, cum Laurentius persecutoribus insultaret, & Vincentius ut tribunal sponte rogum consenderet, & Agatha lætanter iret ad carcerem, hæc omnia ex spe & charitate procedebant, de hac Sanctorum lætitia, vide in G.lib. 1. cap. 2. 2.

Quo honore Deus sanctos qui pro illo passi sunt, decorauerit, vbi & aliquorum martyrum agones recensentur, vide in Add.lib. 1. Consideratione. 1. ex septem vltimis. §. 6. & 7.

De tribulationibus pro Christo tolerandis, vide in O. meditatione. 1. pro die Sabbathi. §. vlt.

De peculiariis martyrum agonibus & eorū constantia & fortitudine, vide in Introductione fidei per totam partem secundam, sed præcipue à cap. 1. o. & deinceps.

IN EVANGELIVM. (Non veni pacem mittere sed gladium.) Quod accedens ad seruitutem Dei ad tentationem & bellum præparare debeat animam, vide in G.lib. 2. cap. 2.

IN EVANGELIVM. (Nisi granum frumenti.) Quid fuerit in causa, quod sancti carnem suam tam asperè tractauerint, & ab omni terrena delectatione abhorruerint, explicatur curiose tomo. 1. de Sanctis, Conc. 1. Sancti Ioannis Baptista, ibi, Queret autem aliquis. Hoc euangelium enarra-

enarratur in duabus Concio. in festo S. Laurētij.  
(Gaudete & exultate.) Vnde quæsio in Sanctis  
Martyribus tanta in passionibus tolerantia vt in  
medio tormentorum sic exultauerint, ex eorum  
certe in Deum amore, hoc ostenditur Pauli exē-  
pio tom. 1. de Sanctis, Conccione. 1. in festo San-  
ctorum Petri & Pauli circa finem, ibi, Quo in lo-  
co, & Conc. 2. ibi, Hæc de mirabili.

(Beati mites.) De mansuetudine vide Domini  
ca in Passione, Conccione. 1. §. 4.

## ¶ Pro communi Sanctorum

Martyrum, de eorum tormentis pro Christo  
toleratis, & de eorum veneratione sularumque  
reliquiarum, de eorum patientia & toleratia in  
laboribus, & quæ sequuntur duximus appo-  
nenda ex lib. Collectaneorū eiusdem, vt Ethnico  
rū exēplis adductis, nostra cōuincatur desidia.

**E**x his qui cum Phocione erāt morituri, qui  
dam indignans, complorabat sortem suam.  
Quem ita cōsolatus est Phocion. Non tibi,  
inquit, Euhippe, satis est cum Phocione mori?  
Phocion non tantum innocentem, verum etiam præ-  
clare de Rep. meritus, ducebatur ad mortem. Ma-  
gnum itaque solarium oportebat esse, cum Pho-  
cione innocentem mori innocentem. Plut. in Cræ-  
co, apoph.

Quod

Quod si magnum esse mortis solarium puta-  
tur cum Phocione mori, quid ergo cum Christo  
pati, & cōtumelij affici: & paupertatem cætera-  
que huius vitæ incommoda perpeti, quæ inno-  
centissimus ille agnus, atque adeò rerum omniū  
Dominus, nostri causa perpessus est?

Diogenes Cynicus taxabat hominū vulgus,  
quod bonos viros hoc nomine laudarent, quia  
pecunias contemnerent: nec interim imitarentur  
quos laudibus vehementer extollerent: sed pecu-  
niosos magis sequerentur, quos vituperabant.  
Laert. Diog. Hoc in eos quadrat, qui cum san-  
ctorum virtutes miris laudibus efferant, vitia ta-  
men perditorum hominū seellantur.

Alphonsus Aragonum rex potentissimus, in  
expugnatione Caietæ, cum aliquando defecis-  
sent ad tormenta ænea portentosæ amplitudinis  
saxa, nec aliunde habere facilius possent, quam  
ex villa, quæ ab incolis inueterata opinione ad-  
huc asseritur Ciceronis fuisse: vt aliunde disqui-  
rerent istiusmodi saxa rex iussit: Ciceronis vero  
(cuius admiraretur in dicendo lactem eloquenti-  
am) villam, si saperet, in uiolatam seruarēt. Mal-  
le enim se tormenta & machinas amittere, quam  
iniuria afficere saxa tanti illius viri, qui tot tatos-  
que homines ab iniuria & capitib[us] periculo vendi-  
casset suo patrocinio. Panor. Lib. 1. de reb. gest.  
Alph. Hoc exemplum ad venerationē sanctorū  
& reli-

& reliquiarum ipsorum accommodari maximè potest. Si enim post tam longa annorū spatiā, tan tī fecit rex sapientissimus rudia villæ illius saxa, quæ Ciceronem educauerant in dicendo clarissimum: quid illi merebuntur, qui non tam lingua, quam vita clarissimi fuerunt, & modo in æternū regnant cum Christo?

**I**n illud, Qui amat animam suam perdet eam. Ex eodem.

**A**lphonſus Aragonum rex, maximum argumentum immortalitatis sibi videri dicebat, quod corpus in hac vita decrescere, ac omnia membra suos quasi fines & terminos habere, videret: animos vero, quanto ad annos accederent, tanto magis intelligentia, virtute, & sapientia crescere. Panorm. libro. 4. de Alphon. rcb. geft.

In Austria cum obijſſet vnuſ ex primoribus, annos natus tres & nonaginta, qui vitam inter voluptates illecebrasque nulla vñquam valetudine offensam, duxiſſet: ignotaque illi omnis calamitas, omnis mœſtitia fuſſet, idque Frederico Cesarri narraretur: Et hinc, inquit ille, immortales animas censere licet. Namque si Deus est, qui hunc mundum gubernat (vt philosophi & Theologi docent)

docent(eumque iustum esse nemo negat: profecto alia loca sunt, ad quæ post mortem animæ migrant, ibique pro factis mercedem, aut poenā accipiunt. Nam hic nec bonis sua præmia, nec malis sua supplicia reddi videmus. Aeneas Syl.

Alexandro mortuo, cum Anaxarchus tempe state effet delatus in Cyprū, Nicocreon memor contumelię philosophum arreptum in mortariū coniecit, ac ferreis pistillis contundi iussit. Hic illam vulgò celebratam vocem emisit, Tunde Anaxarchi manticam, nam Anaxarchum non percūtis. Laer. lib. 6. cap. 10. Quæ quidem voce præci puam hominis dignitatem in anima posuit, corpori vix aliud, quam quod operimentum, ac ve luti receptaculum effet, tribuens. Quæ quidem sententia vehementer coarguit, qui animæ cura prorsus neglecta, omne studium suum ad corporis commoditatem & voluptatem transferunt. Quemadmodum enim quidam ita viuunt, vt nullum nomen esse credant: sic nonnulli ita fese gerunt, vt vel se animas non habere, vel eas cum corporibus simul interire arbitrentur: adeo feso totos curandis corporibus addixerunt.

Cyrus maior moriens apud Xenophontem, ita ait: Nolite arbitrari, o mihi charissimi filij, me cum à vobis discessero, nusquam aut nullum fore nec enim dum eram vobiscum, animum meum videbatis: sed eum esse in hoc corpore ex ijs re

Ii bus,

bus, quas gerebat, intelligebatis. Eundem esse creditote, etiam si nullum videbitis. Cato maior.

Democritus Milesius dicere solebat, si corpus animatum in ius vocaret, haudquam futurum, ut ille muneris male administrati crimen effugeret. Animus in corpore velut in praesidio collatus est: & tamen pleraque mala corpori ab animo veniunt, quae is tamen arbitrij potestate vita reponset.

Crates Thebanus conspicatus adolescentem athleticum, vino, carne, & exercitatione corpulentiorum fieri, omiser, inquit, desidia aduersus temetipsum carcerem munire. Maxi. monachus ferm. 27.

Chilon Lacedemonius frequenter dicere solitus est, Cae*t*ibi ipsi, & caue*t* ipsum quorū primo admonuit, caute*t* agendum esse cum hominibus, ne fraude circunuenti decipiamur, deinde vnumquemq*z* sibi suspectum esse oportere omnes enīn sibi ferē cauent ab alijs, tamen interdum netio magis hostis est homini quam homo ipse. Laert. in vita Chilonis.

Doroteus Thebeus monachus quotidie lapi-des ad mare colligebat, annuatimque hospitium fabricabat ægrotis. Hui laboranti quidam dicit, Cur ita conficis corpustum? cui ille, Quia me, inquit, illud occidit. Sozomenus tripart. hist. lib. 8. cap. 1.

In

**I**n communi plurimorum Martyrum, in illud, Beati mites. De modestia & mansuetudine, ex eodem vbi supra.

**Q**Vidam à Socrate salutatus, non resalutavit: sed hoc nequaquam molestè tulit Socrates: amicis autem admirantibus, & ob hominis incivilitatem indignantibus dixit: Si quis nos præteriret, peius affectus corpore, quam nos sumus, nequaquam illi succenseremus: cur igitur illi succensem, qui peius affectus est animo, quam nos sumus? Eraf. lib. 8. Apoph.

Idem cuidam admiranti, quod conuitijs nihil in eum commoueretur, à quo conuitijs incessebatur, Mihi, inquit, non maledicit: quandoquidem ea quae dicit mihi non adsunt, neque in me hærent. Eraf. lib. 3. Apoph.

Idem, cum in via quidam illi per lasciviam calcem impiegisset, admirantibus quod id pateretur, Quid facerem, inquit? Illis hortantibus, ut vocaret hominem in ius. Ridiculum, inquit: si quis asinus me calce percusisset, diceretis mihi, voca illū in ius: Nihil putabat interesse inter asinum & hominem brutum, nullaque virtute præditum: ac vehementer absurdum videri, non pati ab homine, quod ab animante bruto passurus sis. Laert. libro. 2. cap. 1.

II 2 Idem

*Annotationes in Euangelia.*

Idem cum Xantippem diu rixantem tulisset in ædibus, ac tandem fessus consedisset ante fores illa magis irritata quiete viri, de fenestra perfudit eum lotio. Ridentibus, qui præteribant, & ipse Socrates arridebat, dicens. Facile diuinabam, post tantum tonitruum sequuturam esse pluuiam. Laërt.lib.2.cap.1.

Idem colapho percussus à quodam in via, nihil aliud respondit, quām quod homines nescirent, quando prodire deberent cum galea. Bruc. lib.5.cap.1.

Demosthenes à quodam conuitijs lacesitus: Nolim, inquit, tecum in hoc genus certaminis descendere, in quo qui vincitur, ipso victore melior est. Stob.ser.17.

Phocionem cum pro concione dicentem quidam petulantissime maledicus interpellaret, multis conuitijs in illum debacchans, omisit quod cœperat, locumq; dedit maledico. Posteaquam ille vix dicendi fecisset finem, Phocion reuersus in suggestum, placido vultu, perinde quasi nihil esset dictum, exceptam orationem prosecutus est. De pedestribus, inquit, copijs audistis: superest, vt de velitibus ac leuis armaturæ milite dicam. Plut.

Lacones cum Deos comprecantur, hoc votis addunt, vt possint, iniuriam pati: quod neminem iudicarent ad gerendum imperium, aut alioqui magnas

*In communi Sanctorū Martyrum. 251*

magnas res obeundas idoneum, qui quauis iniuria commoueretur. Plutar.in Lacon. Apoph.

Cum ex militibus quidam in Antigonū conuictia iactarent, ignorantes illum prope esse, tentorio virga patefacto, Flebitis, inquit, nisi longius remoti male de nobis dicetis. Plutar.in Apoph.

Chilon Lacedæmonius fratri quarenti, quod Ephorus ipse non crearetur, cum ille esset: Ego, inquit, iniuriam ferre noui, tu non. Sensit sine patientia nullam esse prudentiam: qua virtus ad moderādam Remp. maximè necessaria est. Laër. Diog.in eius vita.

Isoocrates dicere solebat, improbi hominis, quæ sit taciturni canis, silentium magis quām vocem timendam esse. Max.Ser.20.

Heraclitus Ephesus dicebat, iniuriam magis extinguidam quām incendium. Ex leuissimis offendis, si negligantur, nascuntur atroces tragœdiae. Sed ad restinguendum incendium accurrit omnes: gliscenti vero simultati citius addunt irritamenta. Ex Laërt.lib.9.c.1.

Plato auditores admonebat, vt iratos ebriosq; se in speculo contemplarentur. Nam cum faciem suam furibūdam per omnia phrenetico similem viderent, eo dedecore territi, in posterum ab iracundia facile sibi temperaturos. Fulgos, libro.7. capite.2.

Chilon dicebat vincendam iram, quod is affe-

Etus sit cæteris potentior: quam superare fortius, est, quām hostē armatum deijcere: nec minus exti mortali bus sit ab ira, quam ab hoste. Laërt.

Diogeni de non irascendo accurate differenti, adolescens quidam proteruus, veluti periculum faciens, an re p̄staret ea quæ docebat, inspuit in faciem. Tūlīt hoc leniter ac sapienter. Non qui deīn, inquit, irascor, sed dubito tamen, an irasci oporteat. Laërt.lib.6.

Architas cum in agro comperisset, quosdam ē famulis ad missē quiddam, sentiens se commotorem in illos, nihil quidem tum fecit: tantum abiens, Fortunati, inquit, estis, quod irascor vobis. Cice.lib.4.Tusc.Quest.

Plato interrogatus, quo īdicio cognosceretur sapiens, respondit: Sapiens cum vituperatur, non irascitur: cum laudatur, non extollitur. Laërt. in eius vita.

Idem iratus seruo, cum eum castigare pararet, & forte interuehiret Xenocrates: Flagella, inquit, hunc puerum, nam ipse sum iratus: Sibi diffusus est homo philosophus, sentiens animi commotionem. At vulgus hominum tum maxime punxit, cum irascitur. Laërt.lib.3.

Aristoteles dicebat, Perinde ac fumus oculos incommodat, & aspectum ita conturbat, vt nec ea nobis videndi potestas fiat, quæ sunt ante pedes: ita oborta ira, rationi caligo suffunditur, vt se delinquere

delinquere nulla cogitatione deprehēdere possit. Stob.ser.18.

Demonax cum à quodam, cui imperator exercitum commiserat, interrogaretur, quonā pacto delegatam prouinciam quām optime gerere posset? Si, inquit, iracundia vacaris, Iram sensit vir prudētissimus ad omnem functionem inutilē esse. Eras.lib.8.Apoph.

Cato senior, iratum ab insano nulla alia re differre dicebat, quām mora temporis: sentiens iram esse breuem insaniam. Plutarc. & Stob.ser.18.

### *Pro communi vnius Martyris*

in Euangelium (Si quis vult post me venire, abneget semetipsum.) De sui abnegatione & quæ sequuntur duximus apponenda ex libro Collectaneorum eiusdem.

**Q**uemadmodum Xenophon iubebat, in secundis maximè rebus homines Deorū meminisse, eosque tum enixius venerari: videlicet vt cū res tulisset, maiore eos fiducia quicquid ipsis opus esset, poscerent, conciliatos iam & propitos: haud aliter cōmentationes eas, quæ sedandis perturbationibus appositissimæ sunt, præsumptas recōditalsq; esse oportet, dunataxat apud mentis cōpotes, vt multo ante præparatae, longè sint utilissimæ. Ut enim truculēti canes,

& ad omnem vociferationem consternabiles, ab  
vna tamen voce solita & nota sibi, demulcentur:  
sic animæ efferatos affectus non parui est nego-  
tij componere ac permulcere: nisi commentatio-  
nes solitæ ac familiares præsto sint, & ad manum,  
quæ turbulentos eos & percitos protinus conso-  
piant. Lib. de Tranq. animi.

Quod aduersus omnes affectus conducit, hu-  
ijs oportet eos, qui facile vincuntur inutili podo-  
re (quoties morbo superati, præter animi senten-  
tiæ peccant ac subvertuntur) firmiter meminisse,  
notasque morsus ac poenitentia defixas in ani-  
mo reuocare, seruareque in longissimum tēpus.  
Sicut enim viatores, posteaquam semel in lapi-  
dem impegerunt, aut nautæ posteaquam ad sco-  
pulum fregerunt nauem, si meminerint, perpe-  
tuæ metuunt, cauentque non illa tantum, verum  
etiam alia illis similia: ita qui turpitudinem dam-  
naq; ex vitioso pudore accepta assidue ingerunt  
animo poenitentia mortuq; vulnerato, in simili-  
bus postea reuocabūt se ipsos, nec facile patiētur,  
sele à recto cursu deduci. Lib. de vitiosa verecun.

Plurimam capies vtilitatem, si curiositatē auer-  
tas, vtique coereas, vt consuescat obtemperare  
rationi. Ab hoc initio proficiens ad acriorē exer-  
citationem, rectè feceris, si theatrum in quo quid  
iucundi recitatur, prætereas: si que amicos ad salta-  
tionis aut comediaz spectaculū secum abducere  
conan-

conantes, repellas: aut si clamore in studio circo-  
ve exorto, non aduertas oculos. Quemadmodū  
enim Socrates monebat, cauendos esse cibos, qui  
non esurientes inuitarēt ad edendum: similiter &  
potum, qui non sitientes ad bibendum: itidem  
oportet & nos omnia spectacula, omnesque reci-  
tationes cauere, fugereque, quæ nos ad se colligūt  
allestantq;, cū illis nihil sit opus. Lib. de Curiosit.

Est item & ad iustitiam exercēdam vtile, non  
nūquam & quod iustum est prætermittere: quo  
consuecas procul abesse à factis iniustis. Simili-  
ter & ad pudicitiam conducit, nonnunquam à  
proprijs vxoribus abstinere, ne quando commo-  
uearis in alienas. Hanc denique consuetudinem  
adducens curiositati, tenta nonnunquam & eo-  
rum quæ ad te pertinent nonnulla dissimulare,  
nec in aures admittere: & si quis voluerit aliquid  
earum rerum, quæ domini tuæ gestæ sunt, renun-  
tiare, differas, verbaque quæ de te dicta videntur,  
repellas ab auribus. Lib. de Curiosit.

Quomodo posset fieri, eundem se ipso melio-  
rem, & rursus peiorem esse, aut simul vincere ac  
vinci, ni modo quodam esset cuiusque animus  
natura duplex, & aliud bonum, aliud malum in  
se ipso haberet? Sic igitur, qui deteriore sic vtitur,  
vt obtemperet meliori, continens sui est, atque  
præstantior se ipso. Quivero per negligentiam  
patitur, vt princeps animus irrationalem effræna

*Annotationes in Euangelia.*

tumq; sequatur,& ei subministrat, is dicitur se ipso inferior,& incontinens sui,& præter naturam affectus. Nam cum ratio sit diuinitus homini data, conueniens est, eam præstare atque imperare ei, quæ caret ratione: tum quia originem ducit à corpore, tum quia natura sua compleetur affectibus, & illorum sit similis, & eos induit, & cum illis commiscetur. Quare iuuenes vehementes ac temerarij sunt, & in appetitibus inflammati, & furentes, & rabidi, propter sanguinis copiam & caloris. At in senibus concupiscentiæ fons, qui quidem est in iecore, restinguitur, parvusque sit, & imbecillus. Viget autem magis ratio, affectibus vñà cum corpore tabescientibus. Quod autem humanum corpus cum appetitibus affectatis cōsentiat, vnaque moueat, pallores arguunt, rubores, tremores, cordisque pauitationes: & contra diffusiones in spe, atque expectatione voluptati. Verū quando mens ipsa per se sine affectu mouetur, corpus agit quietein, & sibi constat: propterea quod mentis agitationes nihil cum corpore habent commune: si verbi gratia aliquid è disciplinis mens attingat, in quibus non est irrationali locus. Ex quo etiam patet, duo esse, & facultatibus inter se differentes. Lib. de Virtute morum.

Non est rationis munus vñà cum perniciosis excindere ea, quæ in affectibus sunt vtilia: verum tanquam sator bonus & vrbanus, agrestia & luxuriantia

*In communi Sanctorū Martyrum. 254*

luxuriantia refecare: deinde colere, & ad vtilitatē constituere. Nec enim qui temulentiam verentur, vinum effundunt: nec affectum, qui perturbationes timent, auellunt: sed ei adhibent modū. Bobus quoque & equis saltus & rebelliones & contumaciam, non motus nec actiones auferunt: affectibusque domitis & obedientibus ratio vtitur: haud eruata, nec stirpitus excisa ex animo ministrandi facultate. Curribus enim equus, aratros bos: at apro intentanti lethum, animosus est inueniens canis, inquit, Pindarus. Quibus lōge sunt vtiliora affectuum iumenta, cum videlicet rationi auxiliantur, & concordes ad virtutem dīri guntur. Vt ira fortitudini, si adsit modus: iustitiæ, odium improbitatis: indignatio, in eos qui præter dignitatem secunda vtuntur fortuna. Quod si qui amorem vñà cum furioso amore ejiciunt, peccant profecto. Nec illi quidem rectè faciunt, qui cupiditatem propter avaritiam vituperant: non enim discrepant ab illis, qui cursum propter lapsus improbat: & qui penitus cantus propter dissonantiam odio habent. Verum vt in sonis musica conceptum non extinctione grauis & acuti, & in corporibus medicina salutem non intentione caloris & frigoris, sed cū symmetria & quātitate tēperationib⁹ isporū perficit: ita in anima mores, quādo à ratione, affectuū motibus equitas ad hibetur ac moderatio. Quare in voluptatibus nimiria

mia tollenda est cupiditas, & in vltionibus nimis  
improbatis odium. Ita enim alias non stupidus,  
sed modestus: alias iustus, non faeuus, nec acerbus  
erit. Quod si penitus affectiones tollerentur, fie-  
rique id posset, in multis ratio segnis, obtusa, &  
languida esset: vt gubernator destitutus à ventis.  
Quam rem intelligentes latores legum, in rebus  
publicis cupiditatem gloriae, & æmulationes in-  
ter ciues serunt. Contra hostes autem tubis, alijq;  
modis iram excitant, & amorem augent pugna-  
di. Lib. de Virtute morum.

(Et sequatur me,) In hæc verba  
de exemplo & imitatione, & quæ sequuntur  
duximus apponenda ex libro Collectaneo-  
rum eiusdem.

**R** Odolphus imperator, in eo bello quod cō-  
tra Ottacarum Bohemiæ regē gescit, cum  
sitilaboraret cum toto exercitu, ferunt à  
rustico (qui messoribus potum ferret) oblatam  
hidriam sicera plenam. Quod cùm ille vidisset:  
Reddite, inquit, homini vasculum suum: nā ego  
exercitui, non mihi sitiebam. Sicq; sua abstinen-  
tia partim exercitum eo potu refocillauit, partim  
ad fuit patientiam inuitauit. Aeneas Sylvius lib. 3.  
comment. in res gesit. Alphonsi.

Alphonfus Aragonum rex, cùm fugato iam  
Iacobi

Iacobi Caudolæ exercitu, sine tentorijs ac com-  
meatu (siquidem ex insperato aduenerat) perno-  
ctare sub Dio cogeretur, & Ioannes Eseritanus  
Alphonsi studiosus raphanum vnum in tam ma-  
gna militum inopia, & panem vnum cum dimi-  
dio caseoli Balearici Regi misisset, recusauit: non  
decere, inquiens, imperatorem iejuno exercitu  
mandere. Panor. lib. 3. dereb. gesit. Alphon.

Themistocles, cùm esset adolescens, in com-  
potationibus ac mulierum amore volutabatur.  
At posteaquā Miltiades factus Imperator apud  
Marathonē deuicisset Barbaros, iam nullus of-  
fendit illum quicquam agentem præter decorū.  
Percontatns autem vnde sic esset repente muta-  
tus. Miltiadis (inquit) trophæum non patitur me  
dormire, neque cessare. Gloriæ studium excusit  
amorem voluptatum, clauum, vt aiunt, clauo.  
Plut. in Græc. Apoph.

Agesilaus rex iam senex, cur per hyemem sō-  
lo palio tectus obambularet absque tunica, inter-  
rogatus, Vt (inquit) juvenes hanc vitæ rationem  
imitentur. Plut. in Lacon.

Lacones scutiferum militem interemere, quod  
scuto non nihil purpurei panni intexuisset. In tā-  
tum horrebant exemplum peregrinæ luxuriæ:  
non ignari ex minimis initijs immedicabilem vi-  
tiorum colluuiem inundare: eoqué tutissimum  
esse iudicatæ, principijs obstare. Ob id in primos  
autores

autores seuerissimè animaduertebant. Plurimum  
nocuit Reipub. quisquis fenestram vitijs aperuit.  
Plut. in Lacon.

**¶ De sui abnegatione, in illud;**  
**Abneget semetipsum.**

**S**ocrates cum post sudorem ex palestra col-  
lectum, videns alios ad potum configere vt  
sunt explorent, ipse bibere solus noluit. Ve-  
rum cum interrogaretur cur bibere nollet, ne co-  
suescam inquit obsequi affectibus, sensit vir pru-  
dentissimus non minus hoc opus exercitatione  
constare quam cæteras artes.

Cum Megabates Spuditatis filius, eximia for-  
ma adolescens Agesilaum adisset aliquando salu-  
tandi gratia, ac iuxta Persarum morem osculum  
offerret, quod ab eo videretur admodum amari.  
Agesilaus auertit vultum refugiens osculum. Cé-  
terum cum erubuisse illi, ratus se contemptui  
fauisse ac deinceps salutaret eum eminus, rex peni-  
tens vitati osculi, finxit si mirari quid accidisset.  
Megabate quod ipsum non salutaret osculo, fa-  
miliares respoderunt ipse fuisti in causa oris, qui  
venientem non exceperis, sed formosi batrum  
exorueris. Alioqui nunc quoque persuaderi po-  
terit, vt tibi veniat ad osculum tantum ne rursus  
refugias. Hic posteaquam Agesilaus aliquando  
tacitus

tacitus suo cum animo cogitasset, non est inquit  
opus vt illi redditum persuadeatis, nam ego  
mihi sic videor affectus vt malim huiuscemo-  
di rebus superior esse quam aduersariorum vr-  
bem fortibus viris instructissimam, per vim cape  
re præstantius enim duco, vt quis sibi ipsi seruet  
suam libertatem, quam vt alijs libertatem adi-  
mat. O virum gerendo in alios imperio ido-  
neum qui suis cupiditatibus imperare posset.  
Erasin Apoph.

Democritus dicere solebat virilem non æsti-  
mare eum solum qui armis cæteros præcelleret,  
sed & qui cum voluptatibus pugnam capescens  
speciosam reportasset victoriam.

Fredericus imperator vietiis in Hungaria Gun-  
zienibus, magnum, inquit, actum est opus, nunc  
autem maius restat, vt vincamus nos metipso,   
atque avaritiae & vlciscendi cupiditati frenos im-  
ponamus. Æneas Silvius libro. 2. de rebus gestis  
Alphonsi.

Socrates Philosophus dicere solebat, parum  
sibi videri, naturæ secreta speculari, & vitæ nostræ  
rationem negligere quid enim nobis prodest ab-  
dita quidam naturæ rimari, si rationem quæ ap-  
petitum nostrum regere debet, quaqué à mutis  
animalibus discerniuntur negligimus, quid tur-  
pius ac foedius esse potest quam videre hominē  
doctissimum libidine ira cupiditate incensum,

ad eò

*Annotationes in Euangelia.*

adèò vt quo magis res adsunt, eo magis egere videatur ex Francisco Senensi lib. 2. de institutione Reipub.

**I N C O M M V N I S A N-**  
**ctorum Doctorum &**  
Confessorum.

¶ Ex alijs Concionum eiusdem locis, & quæ sequuntur duximus adnotanda in curiosi  
Lectoris gratiam.

**I N E V A N G E L I V M.** (Vos estis salter-  
ræ.) Hoc euangelium enarratur in Concionibus Sancti Patris Dominici.

(Sic luceat lux vestra coram hominibus.) Curandum est prælatiſ & doctoriſ ut ita bona opera faciant, vt sit opus in publico, intētio (iuxta Gregorium) sit in occulto, vt per odorem bonæ fame grata sit populo eorum doctrina, vide to. 2. Conc. feria. 4. Cinerum, Conc. 2. in princ.

Bona opera ita facienda vult Dominus, vt ab hominibus videantur, vt Dominus cuius sunt auxilio glorificetur, sed particula illa ut non designat finem, non ideo facienda sunt bona opera, vt solum videantur, si vero illis visis honor vobis, non affectatus, sequutus fuerit, memineritis honorem virtutem sequi. Qualis honor ad virtutē iubet,

*In cōmuni S. Doctorū & Confess.* 257

iubet, videt om. 2. de Sanctis, Conc. 1. Sancti Iaco bi. §. 1. & 2. & Conc. 2. in princ. vanus honor sua detur fugiendus.

Prouidenda sunt bona non solum coram Deo ut Paulus ait, sed etiam coram hominibus ab eis præcipue qui in ecclesia eminentiōti gaudent honore, sed his non debet esse ultimus bonorum operum finis, vide tomo. 1. de Sanctis Concio. 1. Sancti Ioannis Baptiste, dum illa verba explicātur, Erant ambo iusti ante Deum.

Quidam tantum placere Deo curant, & non prouident bona coram hominibus. Alij hominibus tantum placere curant, & vt videantur ab hominibus sua dirigunt opera, inter hæc duo extrema qua via incedendum sit, docet noster autor tom. 3. Conc. Conc. 2. feria. 2. Resurrectionis, ibi, Hocigitur modo.

(Vos estis lux mundi.) Quàm necessaria sit cœlestis & diuina lux (quæ Apostolis ab Spiritu sancto tradita ab ipsis ipsorum doctrinæ lux in cæteros ecclesiæ doctores deriuata) ad hominum illustrandas tenebras, vide to. 3. Conc. Dominica 4. post Pascha, Conc. 2. ibi, Cum autē venerit ille.

Non veni soluere legem, hoc explicatur to. 4. Conc. Domin. 5. post Pentec. Conc. 1. in princ.

Neque accidunt lucernam & ponunt eam sub modio.) Illi sub modio lucernam ponunt, qui ſacerdotia, & Ecclesiæ præfecturas, ad lucrum

Kk tempo-

*Annotationes in Euangelia.*

temporale conuertunt, hoc grauiter à Domino reprehenditur hoc est grauissimum Ecclesiæ sanctæ malum, vide tom. 4. Conc. Dominica. 9. post Pentecost. Conc. 2. ibi, Hac autem tam noua.

(Sic luceat lux vestra.) Eos esse idoneos ad veritatis diuinæ rationem reddendā testes, qui quæ ore prædicant operibus confirmant, Beati Ioannis Baptista testimonio probatur tom. 1. Conc. Dominica. 4. Aduent. iuxta morem Romanum, Concio. 1. ibi, Quia vero legatio.

(Non veni soluere legem.) Quam habuerit lex vetus efficaciam, & quid illi Christus Dominus contulerit, vide fer. 6. post. 1. Domin. Quadrag. Conc. 1. per totam Legem Dominus adimpleuit ut ab eius nos importabili iugo liberaret, vide tomo. 1. Concionum, Concione. 1. §. 1. & Dominica. 1. post octauas Epiphaniæ, Concione. 2. §. 1. & deinceps.

(Quifecerit & docuerit hic magnus vocabitur in regno cœlorum.) Facile est virtutem in generali & in communi diligere, probare, laudare, de illa mirificè prædicare, sed manum extendere ad opus, hoc opus, hic labor est, quæ voce laudantur opere perficere, qui ergo fecerit & docuerit, vide tomo. 1. Conc. in Epiphania, Concio. 2. ibi, Verum hoc in loco.

Prius de vita suæ integritate debet esse sollicitus qui alios docere voluerit salutis viam, vide tomo. 2.

*In communi S. Doctorū & Confess. 258*

tomo. 2. Conc. Dominica in Passione, Concio. 1. princ. post Exordium.

Doctrina iniungitur prælato, sed prius opera, qui fecerit prius apposuit, postea & docuerit, sic & David, prius à Domino petit bonitatem & disciplinam, postea & scientiam, sed & de Christo prius ait Lucas quod cœpit facere, postea docere, quod dum hæc vita durat operibus sint dignoscendi, qui magni sint & qui parui, & operibus respondebit in æterna vita, magnitudo præmij, & quod non debeamus inuestigare qua intentione bona opera siant, vide tomo. 4. Concionum, Dominica. 7. post Pentecosten, Concione. 2. ibi, Pseudo prophetæ.

(Vt videant opera vestra bona & glorificant.) In omnibus nostris operibus Dei gloriam non nostram querendam esse ostenditur fer. 6. post 4. Dominicam Quadragesimæ, Concione. 2. ibi, Hac igitur soro rum.

(Vos estis sal.) Per sal sapientia intelligitur, de qua & de itineribus quibus ad illam peruenire possumus, est integra Concio. torn. 1. de Sanctis, Conc. 2. Sancti Thomæ Aquinatis.

(Non potest ciuitas abscondi supra montem posita.) Sublimitas dignitatis eorum qui in Ecclesia doctoris gaudent honore, ostenditur, sed quo locus sublimior & casus maior. Vide tomo. 4. Concionum, Dominica. 16. post Pentecosten,

Kk 2      Concio-

*Anntationes in Euangelia.*

Concione. 2. ibi, Sed quoniam Euangelista.

Prælatorum & prædicatorum officiū est Dei ad homines legatione fungi, vide tomo. 3. Conc. Dominica. 3. post Pascha Concione. 1. in princ. in tractatione thematis.

(Qui fecerit & docuerit.) Quæ dicenda sint & operanda à concionatore, Sancti Ioannis Baptista exemplo, explicatur Concio. 2. eiusdem festi in Exordio.

Quæ sanctitas & vitæ puritas, in concionatori bus doctoribus sacerdotibus à Domino exigatur, tomo. 1. de Sanctis Conc. 1. Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, ibi, Cum ergo Dominus ac Saluator.

**IN EVANGELIVM VIGILATE.**  
(Ut cum venerit & pulsauerit ianuam confessim aperiant ei.) Abhorret Deus ab omni segnitie & mentis torpore, festinanter vult Deus sibi aperi riri, vide ad longum tomo. 1. de Sanctis, Concione. 2. in Visitatione Beatæ Mariæ in illa verba, Abiit in montana cum festinatione.

(Vigilate quia nescitis qua hora.) Incerta est mortis hora, præter ea quæ habes feria. 4. Cinerum, vide etiam tomo. 2. Conc. fer. 6. post. 2. Dominicam, Conc. 2. §. 2.

**IN EVANGELIVM DE DECEM TALENTIS.**

(Tradidit illis bona sua & peregrè profectus est.)

Vide

*In communi S. Doctorū & Confess. 259*

Vide tomo. 2. Concionum, feria. 6. post. 2. Dominicam Quadragesimæ. Nam illius diei Euangelium, cum his verbis maximè quadrat.

(Intra in gaudium Domini tui.) Magnitudine præmij suademur strenue nos gerere in administratione bonorum nobis commissorum, vide de hoc præmio in Septuagesima, Conc. 3 §. 3.

(Vigilate.) Vigilarum commendatio & ipsarum præmium habetur tomo. 3. Concionum, Concione. 1. in die Resurrectionis, ibi, Et valde mane.

(Beatus vir quem cum venerit Dominus inuenierit vigilantem.) Salutis nostra negotium in solertia & vigilantia constitutum esse ad longum ostenditur feria. 6. post primā Dominicam Quadragesimæ, Concione. 1. ibi, Ad hanc igitur piscinam, & Conc. 2. ibi, Sed est aliud.

Sub themate. (Beatus vir qui in lege Domini meditabitur.) De consideratione diuinæ legis & sanctorum scripturarum, vide Dominicæ. 1. in Quadragesima Concione. 4. parte. 2. §. 2. tom. 2. Concionum.

Sanctorum Confessorum monachorū & anchoritarum vita describitur tomo. 3. Conc. fer. 2. Paschæ, Conc. 3. ibi, Veniamus ad alios.

Quantum distent nostri ab antiquis concionatoribus, eleganti explicatur figura, varietate considerata antiqui templi Salomonis & noui

*Annotationes in Euangelia.*

instaurati in prologo Conc. ante tomū primum.

Qualiter fint sancti venerandi & eorum reliquiae in G. libro. 1. cap. 9. pag. 41. post medium illius cap.

IN EVANGELIV M. (Vos estis sal ter-  
ra.) De dignitate difficultate munere & alijs  
Christiano concionatori necessarijs differit copiose & eleganter in Rhetorica lib. 1. per totum.

(Vos estis lux mundi.) Exemplo corporum  
coelestium quod regulariter indeficienter luceat,  
explicatur qualiter qui luminarium in Ecclesia  
officio pollent, se gerereteneantur, in Introduct.  
fidei, par. 1. cap. 4.

Diuersi in Ecclesia sunt ministrorum ordines,  
& vnicuique munus suum deputatum est, non  
ergo sumat unus multoru officia, quod frequen-  
ter in ecclesia fit, quod argui potest exemplo cor-  
poris humani, vbi cuiuslibet parti suum ministeriu  
est taxatum, hanc similitudinem, vide in Introd.  
fidei, par. 1. cap. 2. 5. & 26.

(Non veni soluere legem, sed adimplere.) Ele-  
ganter hoc explicatur explicatis in sensu spiri-  
tuali varijs legis cæremonijs. Ibidem parte. 4.  
dialogo. 9.

(Qui fecerit & docuerit.) Vide Dominica. 2.  
in Quadragesima, in illud, Domine bonum est  
nos hic esse, & in prolog. M. habes quam necessa-  
ria doctrina in Ecclesia sit.

Munus

*In communi S. Doctorū & Confess. 260*

Munus prælatorum & quām sibi prouinciam  
sumant, eleganti Rheticis stylo explicatur in  
Rhetoricalib. 3. cap. 6.

IN Euangelium de decem talentis. De illo  
qui talenti nihil lucratus est, si tale meruit suppli-  
cium, qui talento lucratus non est, cum illum in-  
tegrum & incolume reseruauit, quale sustinebit  
qui talentum in Dei consumpsit offensam, in G.  
lib. 1. cap. 3. videtotum cap. vide etiam Dominica.  
2 1. post Pentecosten.

IN EVANGELIV M. (Nemo accedit  
lucernā) in illud, (Si oculus tuus fuerit simplex.)  
De intentione bonorum operum in G. libro. 2.  
cap. 17. §. 3. pagin. 238. & in M. tomo. 1. secunda  
beneviuendi regula cap. 2. pag. 125. vide de in-  
tentione bonorum operum quæ adnotauimus  
feria. 6. post Cineres, in illud, Attende, & quod  
in operibus sit vana gloria. Ibidem & feria. 4. Ci-  
nerum. De sanctis Doctoribus sub themate, Bea-  
tus vir qui in lege Domini meditabitur. De

utilitate & necessitate considerationis  
\* Dei, in prolog. Introductio-  
nis fidei.

Kk 4 In

In communi Sanctorum Confessorum, & quæ sequuntur duximus adnotanda ex libro Collectaneorum eiusdem. De prælatorum munere & officio, & de ijs quibus aliorum cura demandata est.

**A**ntigonus cum pugnaturus esset aduersus Ptolemæi milites, gubernatorque admoneret plures esse naues hostium: Pro quot, inquit, nauibus supprias, quod ego hic præstos sum? Senties ad victoriam plurimum habere momenti, si strenuus imperator præfens regat exercitum. Plut. in Reg. & imper. apoph. Hoc exemplo quantum Prælatorum in Ecclesijs suis præsentia valeat, facile poterit iudicari.

Cum quidam corpulentus ac nitidus, equum haberet macilentum ac strigosum, rogatus, quid esset in causa, respondit, miru nō debere videri, si equo suo esset habitior: quandoquidem ipse se pasceret, equum autem curaret seruus. Gellius & Era in proverb. Hoc etiā apophtega satis declarat, quantum gregi conferat Prælatorū cura & præsentia.

Alexander Seuerus afferribus designauit sua salario: quanquam dicebat, illos potissimum promouēdos, qui per se Remp. regere possent, nō per afferibes. Vnūquēq; enim hoc agere debere, quod nosset. Prudētissimus iuuenis sensit, hoc esse pricipiū vlcus omniū rerū pub. quod omnia munia per

per vicarios administrantur, interdum alteros, ac tertios. Præfetus urbis habet vicarium: & is vicarius rursus alterum vicarium, & hic rursus aliud. Atque frequenter, qui & honore & salario fruitur, minime omnium idoneus est ad functionem obeundam. Ael. Lamp.

Vetus multorum imperatorum dictum est, Magis esse timendum ceruorum exercitum duce leone, quam leonum, duce ceruo: adeo magnū est in quoquis negotio, gubernatorem ac pastorem esse præstantissimum. Hinc maioribus natu incusantibus Saguntinos, quod post aduentum Scipionis Romanos milites in congressu fugisset quos saepe antea fugare soliti essent, respondebunt. Grex quidem est idem, sed alius pastor.

Agesilaus Lacedæmoniorum Rex, illud sibi cum primis gloriae ducere solebat, quod rex cum esset, cæterisq; consilio prospiceret, nihilo fecius in laboribus obeundis nemini cederet: quodque sibi imperaret, sibiique (vt ita loquar) rex esset. Id pulchrius esse iudicabat, quām quod regnum obtineret in alios. Plut. in Apoph. Lacon.

Idem interrogatus, quas res imperatorem habere oporteat, dixit: Aduersus hostes audaciam, erga subditos benevolentiam, in oportunitate rationem & consilium. Stob. serm. 52.

Idem illud assidue in ore habuisse fertur, principis esse non mollicie delicijsve, sed temperantia,

ac fortitudine priuatis hominib<sup>9</sup> antecellere. Plu.  
Idem, si quid esset, quod per milites celeriter  
cōfici vellet, primus ipse sub oculis omnium ope-  
ras aggrediebatur, quo, vel pudore ad industriā  
extimularentur. Efficacissimum exhortationis  
genus, principem hoc facere, quod ab alijs fieri  
velit. Plut.

Cyrus abstinebat à conspectu Pantheæ , &  
Arapo dicenti, mulierem esse insigni forma, di-  
gnā regis oculis: Ob istuc ipsum inquit, magis est  
ab ipsa abstinentum. Etenim si nunc tuo obtem-  
perans consilio, illam adiero cum vacat, fortassis  
illa mihi persuasura est , vt ad ipsam frequenter  
commeem etiam cum non vacabit, ei que assideā  
neglectis serijs. Erasm. 5. lib. Apoph.

Philippus Macedonum Rex, cū audisset fi-  
lium suum quodam in loco scite ceciniſſe, obiur-  
gauit, dicens. Non te tui pudet, qui noris tam be-  
ne canere? Plut. in Reg. & imp. Apoph.

Anus paupercula cum dignitatem esse putaret, se  
a Philippo Alexandri patre iudicari, & s<sup>e</sup>penu-  
mero importuna esset, otium sibi non esse dixit.  
Vetula vero clamans, Ergo ne rex quidem sis, in-  
quit: Sed ipse dictū admirat<sup>9</sup>, nō illam mōdō verū  
alios quoque ē vestigio audiuit. Plut. in Apoph.

Alexander regium esse affirmabat, à quibus  
malè audias, in eos & s<sup>e</sup>pē & multū cōferre. Quo  
innuere voluit, liberalitatē aliquando erga  
indi-

indignos exercendā esse. Pont. c. 3. de liberalitate.

Idem cum benevolentiam ciuium sibi cōcilia-  
re cuperet, largitionibus eos corruptit. Verum cū  
hoc audiret pater Philippus: Quæ te malum, in-  
quit, ratio in istam spem induxit fili, vt eos putas  
tibi fore fideles, quos coēmeris pecunia? Plut. in  
Apoph. reg. & imp.

Idem cum ab amicis reprehēderetur, quod im-  
memor maiestatis imperatoriae, non pretioso ve-  
stitu, auro, gemmisq; corpus ornaret, respondit,  
Principatum atque imperium in virtute esse, non  
in corporis decore. Itaq; plebeius habitus & cul-  
tus nihil obstitit, quo minus totius Orientis impe-  
riū Macedoniæ regno adderet. Bruf. li. 3. cap. 13.

Antigonus Macedoniæ Rex , amicis suadent-  
ibus, vt si Athenas caperet, validis eas præfidijis  
communiret, ne quando deficerent: respondit, se  
semper in ea fuisse opinione, vt crederet, nullum  
esse regni præsidium firmius, quam ciuium bene-  
volentiam. Eras. lib. 4. Apoph.

Idem conspiciens filium suum, eos, in quos ha-  
bebat imperium, ferocius tractantem ac insolentius.  
An ignoras, inquit, fili, regnum nostrum  
esse splendidam seruitutem? nihil dici potuit  
cordatus. Nam princeps nō minus obseruire co-  
gitur populo, quam populus principi, nisi quod  
princeps id facit cum dignitate: alioqui re vera  
mutua seruitus est. Plutarchus.

*Annotationes in Euangelia.*

Augustus Cæsar cum nulliferè ad conuiuium inuitanti suum denegaret officium, exceptus à quodam cœna perparca, ac penè quotidiana, cū à conuiuatore demitteretur, hoc illi tantum insurrauit. Non putabam me tibi tam familiarem esse. Plut. in Rom. Apoph.

Idem cum apud Liuiam vxorem solus cōquereretur de hominum insidijs, quæ hinc inde etiā vigilantissimo instruerentur. Mirum non est, respondit Liuia, quòd tibi parentur insidiæ, partim quod id non sit alienum à natura, partim quod in tam magno imperio multa facias, ex quibus par est, plerosque molestiam capere. Princeps enim non potest omnibus placere, sed etiam quātumvis rechè imperet, ei multos irasci necesse est. Dionys. in August.

Idem cum audisset, quòd Alexāder natus annos triginta duos, posteaquam plerasque mundi regiones peragrarat, dubitasset, quid in reliquā vitæ tempus esset facturus: demirabatur, si Alexander non iudicasset maius opus, bene gubernare partum imperium, quām amplam ditionē comparasse. Recte nō aut inexplibilem Alexandri ambitionem, qui nullam aliam functionem rege dignam existimasset, quām proferre ditiosis terminos: cū multò tum pulchrius tum difficius sit, regnum quod contigit, rectis legibus sanctisq; moribus exordiare, quām armis regno resnum

*In communī S. Doctorū & Confes. 263*

gnum addere. Plut. in Rom. Apoph.

Equite Romano quodam defuncto, compertum est, illum tantum habuisse æris alieni, vt sum mam ducenties numum excederet, idque dum viueret, celauerat. Cum igitur res illius auctioni subijcerentur, vt ex pecunia creditoribus satisficeret, Augustus iussit sibi emi culcitram illius cubicularem: ac mirantibus hoc præceptum, Habēda est, inquit, ad somnum concilianum illa culcitra, in qua ille tanto ære alieno obstrictus, somnum capere potuit. Nam Augustus ob ingentes curas sēpe maximam noctis partem ducebat in somnem. Macro. li. 2. c. 4.

Apollonius rogatus à rege Babylonizæ, qua ratione quiete imperio frui posset, respondit. Si pacis credideris. Voluit autem nihil aliud hoc indicare dicto, quām nihil administrando regno periculosis esse, quām si delatoribus & assentatoribus aures facile præbeantur. Bruso. lib. 3. cap. 13.

Parysatis Cyri & Artaxerxis mater præcipere solebat, vt Rex palam ac libere loquuturus, verbis byssinis vteretur: hoc est magnificis ac molibus. Talis enim decet regem oratio, qualis est amictus. Ex Plut. in Reg. & imper. Apoph.

Solon argutissimè dixit, tyrannorum amicos calculis supputatorijs esse simillimos: qui vt arbitrio supputantis ponuntur, interdum valent multa millia, interdum minimum, interdum nihil. Sic enim

enim illorum fortunas inconstans tyranni libido variat. Laert.li. i.cap.3.

Alexander Seuerus descriptum habebat, quid cui præstisset. Qui nihil, aut minimum petifcent, eos appellabat, dicens. Quid est cur nihil petis? an me tibi vis fieri debitorem? Petet, ne priuatus de me queraris. Intelligebat præcipuum boni principis officium esse, debitis præmijs de Repub. benemeritos afficere: cum omnis bene constituta Respub. poena & præmio potissimum stabilia tur. Älius Lampri.

Scurra quidam cum vidisset principum indigna & nefanda facinora, dixit, In uno annulo bonos principes omnes sculpi posse. Sentiens esse quidem magnum imperatorum numerū, sed in his perpaucos esse bonos. Vopiscus in Aurelio.

Scipio, postquam Carthaginem noctam, quæ erat Hispanorum, armis ceperat, milites quidam virginem eleganti forma captam adduxerunt, eique tradiderunt. Hic ille, libenter acciperem inquit, si priuatus essem, non imperator. Plut. in Rom. Apoph.

Epaminondas, cum festum diem celebraret ciuitas, omnesq; compotationibus, & libidini indulgerent, cuidam è familiaribus factus est obuiā squallidus & cogitabundus. Admirante illo, cogitanteq; quid tandem esset rei, quod solus ad eum affectus modum obambularet? Vt vobis, inquit, omnibus

omnibus ebrios ac socordes esse liceat. O vocem principē dignam! Tum enim maximè vigilandum est principi, cum populus maximè indulget genio. Plutar. in Græco. Apoph.

Agasicles cum sciscitaretur, quo pacto posset quis tutò imperare nullo stipatus satellitio, respōdit. Si sic imperet suis, quemadmodum pater imperat liberis. Nemo vñquam plura dixit maiori compendio. Plut. in Laco.

Alcamenes Telecri filius cuidam percontanti, quo pacto quis optimè regnum seruare posset. Silurcum, inquit, non magni fecerit. Longe latèque dissentientis à vulgo principum, qui non alia magis ratione principatum constabilire student, quam attenuandis ciuium, & suis augendis opibus, cum iustitia & æquitas maximè reddant diu turnum imperium. Plut. in Laco.

Ouinius Camillus antiquæ familiæ senator, homo delicatisimus, rebellionem moliébatur, tyrannidem affectans. Id cum Alexandro renuntiatum esset, statimq; probatu, ad palatium eū rogauit, eiq; gratias egit, quod Reip. curam, quæ bonis virtutis recusantibus imponi solet, sponte recipere. Mox ad senatum processit, atq; tanti sceleris conscientia trepidū confortem imperij appellauit, in palatium recepit, ornamenti imperialibus & melioribus quam vtebatur ipse, decorauit, præfectionis comitem adhibuit. Cumque impe-

*Annotationes in Euangelia.*

imperator ipse pedibus iter faceret, inuitauit & Ouinium delitijs assuetum, ad laborem: quem post quinque millia passuum cunctantem, equo sedere iussit. Cumque post duas mansiones equo etiam fatigatus esset, carpēto imposuit. Hoc quoque respuentem, ac imperium tædio laborum recusantem, dimisit, ac militibus, à quibus Cæsar præcipue diligebatur, commendatum, ad villas suas tutò abire iussit. Sic illi commonstrauit, quid esset gerere imperium. Lampr.

Saturninus, hortantibus vt imperium susciperet, ait, Nescitis, o milites, quantum malis sit imperare: Gladij vt ceruicibus immineat, hastæ vndique & spicula: ipsi custodes timentur; ipsi comites formidantur: non cibus pro voluntate, non iter pro autoritate, non bella pro iudicio, non arma pro studio. Paucissimis verbis varia principū incommoda, & pericula vulgo incognita complexus est. Brus.lib.3.cap.13.

Cum sub Nerua Cocceo, Romæ promiscue omnes ab omnibus leuisimas ob causas accusarentur, atque inde magnus tumultus exortus esset, Frontonium consulem dixisse ferunt, Malum quidem esse, imperatorem habere, sub quo nemini licet quicquam facere: sed multo peius esse, cum omnia licent omnibus. Fulgos.lib.2.cap.2.

Diocletianus adhuc priuatus dicere solebat, nihil esse difficultas, quam bene imperare. Id Flavius

*In communi S. Doctorn & Confes. 265*

vius Vopiscus in Aureliano tradit se audiuisse à patre suo, & addidit causam: Colligunt, inquit, se quatuor aut quinque simul, consilium ad decipiendum imperatorem capiunt, dicunt quid probandum sit. Imperator qui domi clausus est, vera non nouit: cogitur hoc tantum scire, quod illi loquuntur: facit iudices quos fieri non oportet: a nouit à Repub. quos debebat retinere. Ita, vt dixit Diocletianus, bonus, cautus, optimus vendit imperator. Brus.lib.3.cap.13.

Traianus, imperatorem juris atque iustitiae amatorem atq; cultorem esse debere, dixit: cuius ipse etiam tamen fuit studiosus, vt aliquandoensem strictum Præfecto urbis in conspectu omnium dederit, atque dixerit: Caput ferrum hoc: & si recte quidem imperium gessero, pro me; sin autem, contra me hoc vtere. Niceph. Callist.lib.3. capit. 23. hist. Eccles.

Otho imperator Romanorum sè penumero dicere solebat ad suos: Nescitis amici, quid sit Romanorum gubernare imperium: mihi credite iam experto, qui iam mori malo, quam imperare. Brus.lib.3.cap.13.

Sigismundus Romanorum imperator rogatus, quem virum in imperio dignum, aptumq; existimaret: eum, inquit, quem nec secundæ res extollent, nec aduersæ deprimerebant. Aeneas Syl. Commentar.libr.4.de rebus gest. Alph.

*Annotationes in Euangelia.*

Idem regnandi artis imperitum esse dicebat, qui simulare nesciret. Innuit autem, multa regibus simulanda, multa dissimulanda esse, quo suos in officio cōtineant extra omne vitæ periculum. *Aenias Syl.lib. i. comment.de rebus gestis. Alph.*

Antisthenes Atheniēi. cum accepisset Platonem de ipso male loqui: Regium est, inquit, cum bene feceris, audire male. Excelsi profecto animi est, in gratitudine hominum non deterreri à studio bene merendi de omnibus. *Laer.lib. 6. cap. i.*

Demetrius Phalereus Ptolemaeū regem adhortari solebat, vt sibi pararet libros de regno, de quæ militari imperio gerendo tractantes, eosque diligenter euolueret, propterea quod ea de quib⁹ amici non audent admonerere reges, in libris scripta habeantur. *Laer.lib. 5. cap. 5.*

Dionysius, cum ad filium ingressus cōspexisset valculos aureorum & argenteorum magnam vim, exclamans, Non est, inquit, in te regius animus, qui his poculis, quæ à me tam multa accepti, neminem tibi amicum feceris. Sentiens absque ciuium benevolentia regnum nec parari, nec teneri. Benevolentiam vero maxime conciliat benignitas. At iuuenis rerum imperitus, putabat esse felicius argentum & aurum, quam amicos. Plutar.in reg. & imper. Apoph.

Menedemus Eritriensis Antigono cōsulenti, deberetne ad comedationem quandam ire: post silentium

*In communi S. Doctorū & Confess. 266*

silentium nihil aliud respondit, quam Regis filii es. Subindicans, luxum indecorum esse regno natis. *Laert.lib. 2. cap. 18.*

Philonis dictum est, Si vis bonus esse rex, cum fortitudine benignitatem & mansuetudinem serua, vt non formidolosus, sed reuerentia dignus tuis subditis videaris. *Phauorinus.*

Seueri imperatoris vltima verba dicuntur suis. Turbatam Rempub. vbique accepi, pacatam etiam Britannis relinqu, senex & pedibus æger, firmum imperium Antonini meis relinquens, si boni erunt: imbecillum, si mali. *Ælius spartianus.*

Vespasianus senior Romanorum imperator grauiter febricitans, cū increparetur à medicis, quod morbo corruptus, nihil de quotidiana vita ratione immutaret, faceretque omnia, quæ ad principatum spectarent, respondit, Imperatorem stantem mori oportere. *Xiphilinus in eius vita.*

Traianus amicis incusantibus, quod parum memor imperatoria maiestatis, nimium esset omnibus expositus, respondit. Talem præstabo imperatorem priuatis, qualem optare ipse priuatus. *Eras.lib. 8. Apoph.*

Antiochus ille, qui bis exercitū duxit aduersus Persas, cum in venatu quodā feras insequeretur, aberrans ab amicis ac famulis, in casam pauperum quorundam (quibus ignotus erat) introiit,

L1 2 atque

*Annotationes in Euangelia.*

atque inter coenam iniecta mentione regis, audiuit, quod cætera quidem probus esset, sed plerasque functiones mandaret amicis improbis, ipse ad eorum facta conniuens: tuin, quod immodeco venandi studio frequenter necessaria negligeret. Ad hæc tunc temporis nihil respondit, nec quis esset prodidit: verum vbi diluculo satellites venissent ad casam, iamque agnosceretur, allata purpura simul cum diademate. Age, inquit, ex quo vos indui, heri primū vera de me ipso audiui. Nā fere hoc studio est his, qui viuunt in aulis principum, ne quid audiant nisi blandum auribus. Plutarch. in regum Apoph.

Thomas Pontanus, homo multa prudentia clarus, frequenter dicere solitus est, Amorem qui dem iner mem incedere, dormire autem loricatum. Notabat autem principes, qui licet benevolentia & amorem suorum non ignorent, habent tamen nocturno præcipue tempore, qui armati propè custodias agant, vt extra omne periculum somnum dulcissimum capiant. Iacob. Spieg. in 2. Aeneæ Syl. lib. de reb. gest. Alphō.

Persæ adunco homines naso & amant, & pulcherrimos putant, quod Cyrus, qui maxime regum omnium fuit amatus, aduncū habuit nasum. Dicitabat autem Cyrus, imperium nemini conuenire, qui quibus imperat, melior non sit. Perfas autem cupientes pro sua montana, & aspera, planam

*In communi S. Doctorū & Confess. 267.*

planam molle inq; regionē occupare, non permisit, quod diceret, vt plantarū semina, sic hominū vitas regionibus similes fieri. Plutar. in Apoph.

Alphonſus Aragonum rex, nihil inconuenientius esse dicebat, quam si quis alijs imperaret, qui suis affectibus proprijs imperare prius nō posset: Sentiens nihil perniciosius esse Reipub. quam si is, qui prauos aliorum affectus coercere debet, pœna adhibita, proprijs ipse affectionibus vincatur. Panor. lib. 2. de reb. gest. Alphonſi.

Senex quidam multo vino repletus, cum suā apud Alphonſum excusare conaretur ebrietatē, dicendo, lac ferum esse vinum: respondit: Sed regum cibus est honos, quem Dij immortales non otio aut luxu, sed improbis laboribus, multisque sudoribus hominibus vendunt. Panor. li. 1. de rebus gestis Alphonſi.

Eundem solitum dicere accepimus, regum in primis studium, & officium esse, populares suos locupletes efficere. Popularibus enim ditoribus factis, nec vtique reges futuros pauperes. Quoniam subditorum amor ac benevolentia, veri sunt principum thesauri, ac diuitiæ, non pecunia imperata. Panor. lib. 4. in fine.

Idem dicere solebat, eos, qui alij præfessent, tanto priuatis hominibus meliores esse oportere, quanto honoribus & dignitate antecellerent. Panor. lib. 9. de reb. gest. Alph.

Idem commemorantibus, quendam ex Hispaniæ regibus dixisse, Non decere principes viros scire literas, exclamauit, eam vocem bouis esse non hominis. Non omnes literæ cōueniunt principi, sed hæc, quæ politiken tradunt, aut ethicen, quæque recte, aut secus gestorum exempla com monstrant: id quod facit historia. Vbi supra.

Architas dixit, iudicem & aram idem esse: pa riter enim ad utrumque confugiunt, qui iniuria afficiuntur: sentiens tales oportere iudices esse, vt oppressis sint præsidio. Refert Aristot. Rhet. 3.

Ægyptiorum reges iuxta regionis illius con suetudinem iudices ad iuriurandum adigebant, vt etiam si quid rex iuberet eos iudicare, quod rectum non esset, ne iudicarent. Tanti referre putabant, vt populus iustos haberet iudices. Porro potentia ferociæque regiæ opposita est iuri siurādi religio, quod adactū videri nō poterat cū ab ipsis regibus exigeretur. Plut. in Rom. Apoph.

Philippus Macedo Machætæ cuiusdā pro tribunali sedens causam cognouit, sed dormitabundus, nec satis attentus ad iuris æquitatem: itaque sententia tulit aduersus Machætam. Verū cum is exclamasset, se ab ea sententia appellare, Rex iratus, Ad quem? inquit: nam appellandi verbum Monarchis est inuisum. Hic Machætes: Ad te ipsum o rex, si expurgiscaris, & attentius audias causam. At tum quidem surrexit rex.

Cæte-

Cæterum postea quam causam apud se melius perpendisset, intelligeretque Machætam iniuriam, iudicata quidem non rescidit, sed pecuniā, qua damnatus fuerat Machætes, ipse persol uit. Sit hoc ciuitatis, regiæque moderationis: il lud vero prudentiæ, quod ingenioso commento sic damnatum exemit dāno, vt regiam tamen in iudicando autoritatem non proderet, multam priuatim perinde quasi ipse dānatus esset et dissoluit. Plut. in Reg. & Imp. Apoph.

Simonides Poëta, cum Themistocles Prætoris operam pro amico in re iniqua peteret, respondit Themistocles, Nec Simonidem fore bonum poetam, nisi mensuram modumque in canendis carminibus quæ scribebat, curaret: nec se bonum Pætorem habitum iri, si legibus ac iustitiæ aliquius gratiam præposuisset. Fulgo. lib. 6.

Fabio iam sene, filius illius consul factus est: qui cum publicitus multis audiētibus habuisset orationem, Fabius con senso equo præcedebat. Qum autem iuuenis licetorem misisset, qui patrem iuberet equo descendere, alij quidem factū hoc auersati sunt: at Fabius ab equo desiliens, nō habta ætatis ratione accurrit, ac filium complexus, iuge, inquit, fili, sapis, qui intelligis quibus impiës, & quam magnum magistratum suscep peris? Plut. in Rom. Apoph.

Bia damnaturus quempiam ad mortem, la L 1 4 chry-

*Annotationes in Euangelia.*

chrymatus est miseram hominis & merito deplorandam fortunam. Verum cum dixisset quidam, Quid est, quod defleas, cum in tuo sit arbitrio condemnare aut liberare hominem? respondit Bias, Necessarium quidem esse natura condolere, allege autem & iustitiae regula discedere, perniciolum esse. Stob.ser.44.

Aristides, cognomēto iustus, semper suo vniū presidio fretus, Rēpub.administravit: à sodalitatibus & amicorum potentia abhorrebat, que ad iniuriam alijs inferendam adderet animum. Abhorruit autem ab omni factione & amicitia, ideo; ne adigeretur ad aliquid faciendum, quod iustū non esset, aut cogeretur abstinere ab eo, quod iudicasset Rēpub.conducere. Plutarch.n. Apoph.Græco.Impe.

Heraclitus Ephesius Rēpub, vt deploratam contempsit, ei que dare leges (cum rogaretur) recusavit. Secessit autem in templum Dianæ, ibi cū pueris ludebat talis. Circumstanti & administrati populo, Perditus, inquit, an non præstat loc agere, quam vobiscum Rēpub. administrare? Laer.lib.9.cap.1.

Chrysippus rogatus eur non administraret Rēpub.dixit: Quia si quis male rexerit, diplicabit Diis: si bene, ciuibus. Stob.ser.43.

Cleon, cum primū statuisset Rēpub.capef- fere, amicis in unum locum conuocatis, eam, quæ ei cum

*In communi S. Doctorū & Confess. 269*

ei cum illis intercesserat, amicitiam dirupit: tanquam quæ in administratione ciuitatis rectum ac iustum institutum emolliat, & transuersum agat. Antonius in Mel.s.par.2.ser.1.

Alphonsus Aragonum rex magistratum, contem appellare solitus est, quo hominum ingenia probarentur. Magistratus enim (vt cōmune proverbiū celebrat) virum indicat. Est autem sensus, vix satis perspici posse mores & ingenium in vita hominis priuata. Panor.lib.3.

Socrates dicere solebat, absurdum esse, cum artes manuarias nemo exerceat, qui eas non didicerit, neque quisquam aliquid faciendum locet ei, qui eius opificij sit plane ignarus: ad publicos magistratus admittit eos, qui rerum omnino rudes essent. Eras.lib.3. Apoph.

Chilon Lacedæmonius fratri querenti quod Ephorus ipse non crearetur, cum ille esset: Ego, inquit, iniuriam ferre noui, tu non: significans neminem esse idoneum magistratu, qui nō possit dissimulare multa præter æquum & bonum facta. Laer.in Chilonis vita.

Alexander Seuerus, honores iuris & gladij nunquam vendipassus est, dicens. Qui emit, & vendat necesse est. Hoc Ethnicus, & iuuenis: quid iam decet principes Christianos? Lampridius, & Brus.lib.4.cap.5.

Cato senior censuram petens, cum cæteros cō-

*Anntationes in Euangelia.*

petitores videret supplices, populo que blandientes, ipse clamabat, populo opus esse medico austero, validisque premedij: proinde eligendum, non qui iucundissimus esset, sed qui inexorabilis. Atque haec dicens, ante omnes Censor creatus est. Agnouit populus morbum suum, eoque Cato plus valuit obiurgando, quam ceteri blandiendo. Plut. in Rom. Apoph.

Themistocles Neoclis filius, audiens quosdam ambire magistratum: Si mihi, inquit, duas ostenderitis vias, quarum una ad infernum, altera ad tribunal duceret, multo libentius tenderem eam quae recta ad infernum tenderet. Non ignorauit fane vir sapientissimus, quantae curae, molestiaeque eos sequerentur, qui magistratum recte administrare debeat.

Demosthenes ad iuvenes quos habebat familiares, dicere solebat, Sibi gnaro iam, quantum in uidiæ, metus, calumniæ, ac discriminis sit expectandum ad Rempub. accedenti, si ex duobus alterum sit eligendum, citius in exilium iturum, quam ad suggestum ac tribunal. Eras. li. 4. Apoph. ex Plutarc.

Demosthenes cum audiret quodam, qui in Rpnbl. euehi cuperet: Omnia difficultimum esse dixit, vt hi qui potestatem habent in multis, multis placeant. Stob. Ser. 23.

In eo-

*In communi S. Doctorum & Confess. 270*

In eodem Confessorum communi, sub themate, Baatus vir qui in lege Domini meditabitur, & quæ sequuntur dum adnotanda de lectionis & sapientiae studio.

**A**lphonsus Aragonum rex Capuae labrans aduersa valetudine, medicis multa mendicamenta adhibentibus in grauissimo morbo Quinti Curtij historias de Alexadri Magni rebus gestis descriptas legere coepit: cuius lectio delectatus, cum omnem morbi improbitatem superasset, sanitati restitutus. Vale, inquit, Auicena, valeat Hippocrates, & alij medici, & vivat Curtius, restitutor sanitatis meæ. Panorm. de rebus gest. Alphon.

Aristippus cuidam iactantis, quod esset multiplicis eruditio, quasi nihil non didicisset: Quemadmodum, inquit, non hi qui plurima edunt, excernuntque, melius valent his qui sumunt quantum opus est: ita non qui plurima sed qui utilia legerunt studiosi & erudi sunt habendi. Grauer taxavit eos, qui tumultuaria immo- diacaque lectio semet ingurgitant neq; ea quæ legunt, traiiciunt in animum, sed tantum reponunt in memoria, quare neque doctiores euadunt, neque meliores. Laert. lib. 2. cap. 8.

Alphonsus Aragonum rex, cum aliquando de

de iactura rerum pretiosarum sermo haberetur, persanctæ affirmasse dicitur, malle de gemmas, vñiones, margaritas suas, quæ quidem essent in orbem omniaem terrarum diffamatissimè, quam libros qualescumq; perditum ire. Patr. lib. 4. de rebus gestis Alphon.

Saluius Julianus solitus est dicere, si alterum pedem in sepulchro haberem, adhuc tamen addicere vellem.

Aristoteles Stagyrita dicere solebat, artium radices satis quidem esse amaras, sed dulcissimum adferre fructum.

Solon ille Salaminius qui inter Græciæ sapientes, non postremi nominis fuit, gloriari solebat, se aliquid quotidie addiscentem, senem fieri tanta enim homini sapientissimo, inerat discendi cupiditas, ut senex iam grauatus, non minus philosophia incumberet, quam cum adolescens, ac iuvenis fuisse. Cicer. in Catone maiore. Vide etiam in eadem Collect. verbo Philosophia, & scientia.

## IN COMMUNI SAN- tarum Virginum.

IN EVANGELIVM. (Simile est regnum coelorum thesauro abscondito in agro.) Quod thesaurus iste per Christi gratiam iam sit fide-

libus

libus reuelatus, & quæ sint causæ quod iam reuelatus à tam paucis queritur, in G. lib. 1. c. 24. §. vlt.

Quòd thesaurus iste quem omnibus venditis tenemur emere charitas sit in Add. lib. 1. cap. 1. §. vltimo.

Quanta cura terrenas querunt homines margaritas, & quam minima cœlestes, ibidem cap. 1. 1.

Quod vniuersa mundi fabrica thesaurus quidam sit, & ager vbi sapientia potestas & Dei bonitas lateant, hoc est argumentum totius primæ partis Introd. fidei, sed præcipue huius argumēti serias ordo & utilitas. cap. 3. §. 5.

Margarita pretiosa fides non incongruè accipit potest, qua inuenta intellectus videns eius pulchritudinem a prime delectatur, in Introd. fidei, parte. 2. capite vltimo, vbi & laetitia in credendo explicatur.

IN Euangelium de decem virginibus. (Prudentes horam aduentus sponsi incertam videntes sibi oleum parauere, ideo merito prudentes appellate. Quod non differenda poenitentia in horam mortis, neque in aliud tempus, in G. libro. 1. cap. 2. 5. & 2. 6. De prudentia, ibidem lib. 2. cap. 1. 5. §. 8. 9. & 10.

(Vigilate quia nescitis qua hora.) Quod in certa sit hora mortis in O. meditatione. 2. pro fer. 3.

(Et clausa est ianua.) Hoc efficaci spiritu expli- catur in M. cap. 1.

*Annotationes in Euangelia.*

**F I N F V N E R I B V S**  
Defunctorum.

**V**I deferia. 4. Cinerum, in illa verba; Memen  
to homo &c.

Inter omnia animantia formica mor-  
tuos sepellit, & veluti futuri prouida, in vere con-  
gregat ut in hyeme habeat, ideo adipsum nos mit-  
tit sapiens erudiendos, in Introduct. fidei, par. 1.  
cap. 14. & cap. 15.

Animalia quædam tempora & faciem cœli di-  
numerare norunt, & contra ingruentes procellas  
se præparant, sic nos ad mortem, & cap. 28. pecu-  
liariter de formica.

**F I N I S.**



**S A L M A N T I C Æ**

Excudebat Antonius Renaut.

M. D. LXXXV.